Ex istis patet ad omnes auctoritates adductas arguẽdo ad principale. vel enim loquũtur de sacramentis veteris legis improprie dictis. s. de cerimonijs. vel si loquantur de circũcisione que fuit ꝓprie sacramẽtũ negãt eã gratiã ↄferre ẽm aliquẽ intellectũ predictum. ¶ Ad tertium de apertione ianue dico ꝙ nõ fuit defectus circũcisionis ꝙ non aperuit ianuam: sed quia cucurrit tpe quo precium nõ fuit solutum. nam post solutũ precium potuit alicui aperiri ianua qui nõ fuisset baptizatus: sed solũ circũcisus ꝛ in gratia. baptizato vero defuncto ante passionẽ nõ patuisset ianua pro tũc. ¶ Ad vltimum dico ꝙ baptismus quantum ad actum exteriorem nõ significat nisi quãdam deletionem immũditie corporalis: ꝛ tñ nullus negat aliquid esse eius effectum positiuum. Dico ergo ad maiorẽ ꝙ sacramentũ magis ꝓprie significat illũ effectũ in aĩa ad quẽ confert gratia in sacramento ꝙ̃ signet ipam grãm. vnde gra existẽte vna in aĩa: sacramẽta tñ diuersa distinguunt penes diuersa significata propria: que sunt diuersi effectus eiusdem gratie: sicut dicet post: effectus tñ gratie tam in circũcisione ꝙ̃ in baptismo ꝓprius est ablutio aĩe a peccato: licet concomitet alius. s. acceptatio ad vitã eternam.

Questio. VII.

Iuxta hoc quero vtrum in tpe legis nature fuit aliquod sacramẽtũ corñdẽs circũcisioni: videt ꝙ nõ. de ↄse. di. iiij. Qđ apud. et est Greg. moral. iiij. li. Qđ agit apd nos aqua baptismi hoc egit apd veteres ꝑ paruulis sola fides: vel pro maioribꝰ virtus sacrificij: nõ ergo sacramẽtũ. ¶ Itẽ sacramẽtum nõ potest institui nisi imediate a deo. patet in. q. de sacramẽti institutione. Sed nõ legit deum tpe illius legis saltem vsqꝫ ad abraham instituisse aliquod sacramentum. ¶ Contra. August. xix. contra Faustum. In nullum nomẽ religionis possunt homines colligari nisi aliquorũ signorũ velut sacramẽtorum visibilium consortio colligãtur.

Respondeo. nullo tẽpore dimisit deus cultores suos sine remedio necessario ad salutẽ: sꝫ oĩ tpe post lapsum fuit necessaria ad salutẽ deletio originalis. ergo quocũqꝫ tpe aliquod remediũ efficax erat ad hoc: et si potuit deleri in adultis ꝑ motũ bonũ intrinsecũ: tñ in paruulis in qbꝰ talis motꝰ fuit impossibilis nõ potuit deleri ꝑ actũ suũ ꝓpriũ. ergo per actum aliquem aliorum circa ipos vel ad ipsos relatum: sed non poterat esse certum ꝙ actus alterius relatus ad paruulum sufficeret sibi: nisi hoc esset institutũ a deo. nullus enim potest esse certus ꝙ ꝑ aliquid attigat ad salutem: nisi sit certus ꝙ deus acceptauit illud tanꝙ̃ sufficiẽs ad talẽ finem. Cum ergo non solum adultis cultoribus suis ꝓuidit deus de remedio necessario ad salutem: sed etiam paruulis eorum. et hoc de remedio de quo parentes possunt esse certi pro paruulis. sequit ꝙ tempore illius legis nature erat a deo institutũ aliqđ remedium vel signum certum ꝛ efficax deletionis originalis pcti. Et magis ꝓbabile est ꝙ ꝑ aliqđ signum sensibile ꝙ̃ ꝑ aliquod signum intelligibile tñ: qr ꝓ toto statu nature lapse congruunt homini signa sensibilia respectu spũalium. ergo rationabile est aliquod sacramẽtũ saltẽ ↄtra originale fuisse in tpe legis nature. si aũt aliqđ aliud puta matrimoniũ vel aliqđ corespõdẽs alicui sacramẽto noue legis fuerit illo tpe de hoc inferius in tractatibus de illis sacramentis. A

Ad primum argumẽtũ dico ꝙ Greg. non intelligit solã fidem ꝑ solo habitu nec forte tãtũ ꝑ actu interiori: sed ꝑ actu exteriori sensibili ꝓtestãte fidem. ille autem actus sufficiẽter potuit habere rationem sacramẽti: et sic distinguitur fides sola. i. fides solitaria sine sacrificijs contra fidem in sacrificio protestatam: ꝛ primum posuit ipe sufficere pro paruulis. forte autem ista protestatio fiebat in verbo aliquo inuocandi deum vel offerendi paruulum deo. secũdum autem. s. fidem cum sacrificijs ꝑ adultis fuisse necessariam posuit. ¶ Ad secundũ potest dici vno modo ꝙ potuit deus tale sacramẽtum reuelasse alicui patrum cum quo tunc frequentius loquebatur: licet cui ꝛ qñ scriptura non dicat: que ab adam vsqꝫ ad abraam satis succincte ptrãsit. ¶ Uel potest dici qđ expsse habet ex scriptura ꝙ pro tempore illo placuerũt deo sacrificia. qđ non esset nisi a deo fuissent instituta immo reputarẽtur fatui et presumptuosi si talia sine diuino precepto vel inspiratiõe fecissent. tum geñ. iiij. de oblatione abel ꝛ chaim. tum ex oblatione noe: postꝙ̃ exiuit de archa. geñ. viij. tum ex oblatione melchisedech qui erat sacerdos excelsi dei. vt dicitur Geñ. xiiij. tum ex oblatione abrae diuidentis vaccam. ergo. Et istud fuit rationabile: quia homies temporis illius fuerũt ꝓni ad idololatriam: vt patet ex tãta multitudie que tempore illo defluxit ad eam. Fuit ergo congruum in remedium ne ad istam defluerent ꝙ deus suis cultoribus institueret sacrificia sibi offerẽda. Possibile autem est ꝙ aliquod determinatum sacrificium foret sacramentum: non est enim contra rationem sacrificij ꝙ ipsum vel oblatio eius sit sacramentum: et tunc licet indistincte habetur de tali sacramento in diuersis locis scripture ꝙ sit institutum a deo in lege nature. B C

Iam ad sacramenta noue legis accedamus &c. Distinctio.II.

IN prima distin. egit magister de sacramento legis mosayce et legis nature. In hac secunda distin. incipit agere de sacramentis noue legis. Hec pars diuidit in duas partes. Primo nãq3 determinat de eis coniunctim. Secundo de singulis separatim ibi. (Nunc vero de baptismi). Prima habet duas partes sm q primo determinat que et quot sunt sacramenta noue legis. secundo de tempore institutionis et efficacia eorũdem ibi. (Si vero queritur).

Quæstio.I.

CIrca hãc distinctionẽ quero. Utrum sacramenta noue legis habeant efficaciam a christi passione. et videtur q nõ. quia .v. meta. et .ij. phys. dicitur q causa in actu et effect9 in actu simul sunt et non sunt. Sed passio christi non est in actu. ergo nec effectus aliquis in actu. ergo &c. Item aut ab illa tanq̃ preuisa futura: aut vt exhibita. non primo modo: quia tunc potuissent sacramenta veteris legis habuisse efficaciam per eam: tempore enim illius legis illa passio fuit pu[n]sa et predicta. sed consequens est inconueniens: qr sm sanctos illa tm permittebãt gratiam. Non vt exhibita: quia tunc baptismus et eucharistia non haberent efficaciam per ea. erant enim instituta ante passionem christi: vt patebit inferius. Item aut ab illa tãq̃ a causa principali: aut tãq̃ meritoria. nõ primo modo: quia nihil potest esse causa principalis sacramenti: nisi qd potest esse causa principalis effectus significati per sacramentum. Sed hoc non potest esse nisi solus deus immediate. Non secũdo modo: qr respectu gratie nulla est causa meritoria. si enim est ex meritis: iam non ex gratia. Roma. ix. Itẽ si ab aliqua passione: hoc maxime fuisset a laterali vulnere. per illud Aug. xv. de ci. c. xxvj. vbi loquitur de archa noe dicẽs. Qd ostium in latere arche profecto illud est vulnus quando latus crucifixi perforatũ est lancea. hoc quippe ad illum venientes ingrediuntur: quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiant: sed ab illo vulnere non potest aliquod sacramentum habere efficaciam. ergo &c. probatio mi. quia illud vulnus fuit inflictum corpori iam mortuo. vt patet Jo. xix. Ad iesum autem cum venissent & vidissent iã mortuum &c. Sed corpus christi post mortem non erat causa meritoria alicuius gratie. Contra. multipliciter in litera. et Aug. de ci. vbi prius.

T.c.2. T.c.37.

A

Vide bo. & alios antiquos hic

Respondeo hic prima cõclusio sit hec q legẽ euãgelicã cõgruũ fuit sacramẽtis pfectissimis adornari. probatio hec est lex perfectissima quã trinitas disposuit dare homini p statu vie. est enim vltima sm illud Matth. xxvj. Noui et eterni testamẽti. i. post qd nullũ aliud est futurũ. in processu aũt ab ĩperfecto ad pfectũ posteriora sunt pfectiora istud etiã est primũ pfectissimo. s. statui finalis beatitudinis. ergo cõpetebat homini in statu illius legis pfectissimis adiutoriis ad grãm preparari: cuiusmodi sunt pfectissima sacra. ergo &c. Itẽ pbat scdo sic. Perfectissima cã meritoria grẽ quã trinitas disposuit dare gñi humano fuit christus cõplẽs cursũ suũ in hac vita nobiscũ. cã aũt meritoria iuste inclinat deũ ad cõferẽdũ bonũ illi p quo talis cã meretur. causa etiã illa exhibita pl9 ĩpetrat q̃ pmissa. ergo p passionem christi exhibitã & cõfirmatiuã legis noue: cõgruum fuit maxima adiutoria ad grãm hoĩb9 pferri p tpe illius legis obseruãde. ergo &c. Conditio ista pfectiõis hoꝝ sacramẽtoꝝ exponit pfectissime & quãtũ ad intẽsiõnẽ pfectiõis: & quãtũ ad extẽsionem. primũ qr pfectio sacramẽti cõsistit in pfecte significãdo vere quãtũ ad cognitionẽ & in grãm pfectã causando. ergo sacramẽta noue legis debuerũt esse pfectissima primo mõ: qr est lex veritatis. Secundo mõ qr est lex gratie. vnde Jo. j. gratia & veritas p iesum christũ facta est. Secũdum. s. perfectio maxima quãtũ ad extẽsionem declarat: qr sicut in vita naturali primũ est gñatio. deinde sequit nutritio & roboratio & sanitatis pdite reparatio: & hec quatuor pertinent ad quãlibet psonã singularẽ. preter hec aũt requirit aliquod ptinẽs ad cõitatẽ quo aliqs cõstituat in gradu necessario ad aliquẽ actũ necessariũ cõmunitati: & ita spũaliter ad cõpletã pfectionẽ extensiue opz esse adiutoriũ aliquod ptinẽs ad gñationẽ spiritualem: & secundo aliqd ptinẽs ad nutritionem. tertio ptinens ad roboratiõnẽ. quarto ad reparationem post lapsum. Preter hec aũt quinto requirit aliqd eẽ quo exiens finaliter pparet: qr vita ista spũalis qdam via est ordinãs vt bñ viuẽs in ea de ipa sine ipedimẽto trãseat ad aliam p qua pparat. Hec ergo. v. requiruntur tãq̃ adiutoria necessaria persone cuicũq3 pro se. Ad bonũ aũt cõitatis obseruãtis istã legẽ requiritur & multiplicatio carnalis: qr ista psupponitur bono spũali: sicut natura grẽ & multiplicatio spũalis aliquorum in ista lege. sic ergo cõgruum fuit septem adiutoria conferri obseruatoribus legis euangelice in qbus esset perfectio non tm intẽsiua: sed etiam extensiua: et sufficiens ad omnia necessaria p obseruãtia huius legis. hec aũt sunt vt dicit magister in lra. baptism9 pertinens ad gñationem spũalem. eucharistia necessaria ad nutritionem. confirmatio ad roboratiõnẽ. penitentia ad lapsi reparationem. extrema vnctio ad finalem preparatiõnẽ. matrimoniũ ad multiplicatiõem in esse nature vel carnali. & ordo ad multiplicationem in esse gratie vel spirituali. C

Secunda conclusio hic declaranda sit hec. Omnia instituta sunt a christo vel a deo p tẽpore isti9 legis: qd breuiter ostẽdo hic: qr de singulis in locis eoꝝ propriis plenius apparebit. De baptismo pz: qr fuit istitut9 a Christo viuẽte. qr discipuli baptizabãt: vt pz Jo. iij. et pceptũ fuit vt publice pdicaret. Matth. vlti. ite docete oẽs gẽtes baptizantes eos &c. De eucharistia patet eius pdicatio diffusa. Jo. vj. sed institutio in cena. Matth. xxvj. De confirmatione patet institutio Jo. xx. Accipite spm sanctuz &c. vel in die penthecostes. Actuũ. ij. De penitentia dicit q est instituta. Jacobi. j. Cõfitemini alterutrũ &c. sed hoc non videtur probabile ex processu litere: quia statim sequitur. Orate pro inuicem &c. manifestum est enim q per illud sequens non intendebat aliquod sacramentũ instituere nec pmulgare: nec etiã erat apud Jacobũ auctoritas instituendi aliquod sacramẽtum sicut post tangek in ratione ponenda ad istam conclusionem. Melius ergo est vt dicatur institutum fuisse. Jo. xx. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c. et promissum Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celorum: quodcũq3 ligaueris &c. Ista

D

enim potestas non erat principaliter dimittendi pecca-
ta quod est dei proprium: sed arbitrandi de dimissione
peccati arbitrio approbato a deo. sic autem arbitrari est
Magr sen in foro penitentie soluere vel ligare. ¶ De extrema
tē.di.23.4. vnctione dicitur ꝙ Jacobi.v. Infirmatur quis in vo-
cap.2. bis ꝛc. sed licet ibi promulgauerit illud sacramentum
Hugo li.2 est melius dicere ꝙ fuerit institutū a christo. Legimus
d̄ sacris. p enim Marci.vj.ꝙ apostoli vngebant oleo multos in-
ii.ca.2. firmos et sanabantur. constat ꝙ hoc non fecerunt nisi
in virtute christi qui instituerat illam vnctionem virtuo
Gen.1. sam. ¶ De matrimonio apparet Matthei.xix. Non
legistis ait christus: quia masculum et feminam fecit
eos. supple deus. et dixit supple per os ade. Quamobrem
relinquet homo ꝛc. vbi christus approbat et ratificat:
id quod deus in statu innocentie per os ade publicauit.
Gen.2. ¶ De ordine Matthei.xxvj. Hoc facite in meam com
memorationem. ꝛ Joan.xx. Quorum remiseritis pec
cata ꝛc. Hec enim duo pertinent ad ordinem sacerdo
talem. scilicet potestas respectu corporis christi veri. ꝛ
potestas respectu corporis christi mystici. vt dicetur in
E materia de ordine. ¶ Quod autem hec omnia a solo
deo fuerint instituta: patet per illud quod tactum est in
generali de institutione sacramenti: nulli enim compe
tit signum instituere practicū nisi vel respectu alicuius
actus sui proprij: vel respectu alicuius qui subest sibi:
quantum ad illum actum: sacramentum autem est si-
gnum practicum respectu effectus dei proprie. et de-
us non potest in actu sibi proprio alicui alij subesse. er
go ꝛ cetera.

Ex his duabus conclusionibus patet so

lutio questionis exposito primo intellectu questionis: quia
F sacramentum habere efficaciam est ipsum habere re-
gulariter effectum significatum concomitantem. ergo
ab illo habet efficaciam a quo est ꝙ effectus concomi
tetur. Quod autem sic concomitetur: potest esse ab ali-
quo dupliciter. vel tanquam a causa principali principaliter
causante huius concomitantiam: vel tanquam a causa me
ritoria: que.s. meretur vt sit talis concomitantia. ¶ Et
sm hoc dico ꝙ sacramenta noue legis a solo deo habent effi
caciam tanquam a causa principali: a christo autem patiente si-
ue a passione christi habent efficaciam tanquam a causa merito
ria. primum istorum probatur ex secunda conclusione prehabita.
solus enim deus instituit hec sacramenta. ꝛ efficacia
sacramenti non potest esse ab alia causa inferiore eam
instituente. hoc etiam patet sic. Solus deus determinat
se ad effectum causandum sibi proprium. si enim pos-
set ab alio determinari ad agendum: iam esset causa se
cunda respectu eius. effectus autem significati per sa-
cramenta sunt proprij soli deo. ergo solus deus potest
determinare se ad causandum effectus sacramentorum regu-
lariter concomitantes sacramenta. hoc est autem sacramenta habere efficaciam
scilicet habere effectus regulariter concomitantes. et a sola voluntate di
uina habent determinate sacramenta efficaciam tanquam a causa princi
pali. Secundum patet ex dist.xix.tertij.li. ꝛ quantum ad presens
breuiter ostenditur sic. homini facto dei inimico per cul
pam disposuit deus non remittere illam culpam: neque
aliquod adiutorium dare ad talem remissionem siue ad
consecutionem beatitudinis: nisi per aliquid sibi obla
tum quod gratius acceptaret quam offensa illa esset sibi di
splicens vel ingrata. nihil autem potest inueniri grati
us trinitati quam sit tota culpa et offensa generis huma-
ni displicens vel ingrata: nisi sit aliquod obsequium per
sone magis dilecte quam tota communitas illa que offen
dit per vniuersalem offensam fuerat vel debebat esse
cara: si non offendisset. talem personam sic dilectam non
potuit genus humanum ex se habere. quia totum fuit
inimicum de vna massa perditionis. ergo disposuit tri
nitas personam sic dilectam sibi dare generi humano:
ac ipsam ad hoc inclinare: vt ipsa offerret obsequium
pro toto illo genere. talis persona non est nisi christus
cui non ad mensuram dedit deus spiritum charitatis
et gratie. Joan.iij. et tale obsequium est illud in quo ma-
xima apparet charitas: quod est offerre se vsque ad mor-
tem pro iustitia. ergo trinitas nullum adiutorium per
tinens ad salutem contulit homini viatori nisi in vir-
tute huius oblationis christi in cruce facte et a perso-
na dilectissima et ex maxima charitate: et per hoc pas-
sio illa fuit meritoria causa respectu boni meritorij col-
lati homini viatori.

Hic sequitur correlarium quomodo in

H collatione talium remediorum necessariorum generi
humano concurrunt et misericordia et veritas. maxi-
me enim misericordie opus est homini inimico tanta
remedia concedere. sed etiam maxime iustitie est pro-
pter obsequium tam gratum persone tam dilecte tan-
tum remedium conferre illis pro quibus illa persona
obtulit illud obsequium. Justum enim est acceptare ob
sequium persone tam dilecte pro illo pro quo offert ob
sequium. maxima etiam fuit misericordia in persona
offerente sic se offerre pro inimicis trinitatis quam sum-
me dilexit. sed etiam maxime iustitie tam in compara
tione ad deum quam ad hominem lapsum. quia non vi
deretur maxime diligere deum et proximum nisi pro tan-
to bono communi. s. beatitudine hominis ad quam de
us predestinauerat eum et disposuerat cum non aliter
peruenturum quam per istud obsequium vellet istud ob-
I sequium exhibere. ¶ Ex istis patet aliud correlarium
quod suppositum fuit in.q. de circuncisione. quia pas-
sio christi cum esset causa meritoria respectu efficacie
sacramentorum veterum et etiam respectu gratie col-
late antiquis patribus: tamen maiorem efficaciam habet
respectu nostrorum sacramentorum et gratie nunc con
ferende quam tunc: quia iuste obsequium exhibitum ad bo
num maius acceptat quam preuisum. trinitas autem nunc
confert tanquam propter passionem christi exhibitam et a no
bis creditam vt exhibitam. tunc autem contulit vt pro
pter eam a seipso preuisam et ab alijs fidelibus precre
ditam vt exhibendam. ¶ Hinc etiam apparet quare
baptismus aperuit ianuam. non autem circuncisio non
quidem ex parte meritorum: quia quantumcunque ma
gna gratia collata fuisset in virtute passionis christi
preuise non conferebatur vt efficax ad finem gratie sci-
licet ad beatitudinem nisi prius obsequium illud esset
K solutum minima autem si conferretur tunc in virtute
huius obsequij iam soluti. conferretur tamen vt suffi-
cienter disponens ad beatitudinem. ¶ Exemplum in
nobis maius bonum conferimus propter obsequium
exhibitum quam speratum.

Ad primum argumentum dico ꝙ & si

passio christi non sit nunc in effectu: est tamen in acce
ptione diuina. ꝛ hoc sufficit vt sit causa meritoria. pa
L tet enim ꝙ nos conferimus multa propter aliquod bo
num non presens in se sed presens in memoria nostra
si sit preteritum. vel in oppositum si sit futurum.
¶ Ad secundum potest dici ꝙ omnia sacramenta no
ue legis habent a passione christi vt exhibita efficaci-
am: non quidem in actu exteriori sed interiori exhibi-
tam. ab instanti enim conceptionis christus habuit me
ritum passionis. ꝛ in illo interiori actu consistit principa
lior ratio meriti. ꝛ ideo quicquid instituit tempore vite sue
potuit etiam habere tunc efficaciam a passione volita perfecte ab
ipso christo: in qua volitione erat principalis oblatio: ꝛ

principalis oblatio grata facta deo nec potest dici q sic passio illa accepta fuisset ante incarnationem vel passionem: quia z si deus eam preuidit: non tamen fuit oblata actu interiori neqz exteriori. ¶ Vel potest dici q sacramenta noue legis viuente christo omnia minorem habuerunt efficaciam q̄ post eius passionem: et tamen non fuit inconueniens q instituerentur ipso viuente. quia erant instituta nō vt pro tūc sed vt p tēpore post eius mortē habitura p̄ncipalem efficaciam. ¶ Ad tertiū dico q intellectus apostoli est q grā nō hz cām meritoriā de cōdigno in illo cui cōfert. tñ pōt hēre cām meritoriā de cōgruo in eodē. z cām meritoriam de cōdigno extrinsecā. maxie si illa cā meritoria extrinseca gratuite sit data illi pro quo est cā meritoria: vt sit ei talis cā. ¶ Et si obijcis. Grā data pro tali causa condigna nō est gratia: qz aliquibus meritis est debita. z si nō meritis recipiētis. ¶ Posset dici q in vniuersis opibus dei nō fuit aliqḋ opus mere grē: nisi sola incarnatio filij dei. z hoc si ad illā nulla merita p̄cesserunt: qḋ vtiqz verū est in ordinatione diuina de illa incarnatione: qz si tpe cōceptionis p̄cesserūt aliq̄ merita marie tamē nō erāt bona absolute respectu incarnatiōis: sed forte accelerationis vt ipleret illa icarnatio p̄ordinata. Vñ ergo ait Aug. xiij. de trini. c. xix. In rebus p tps ortis zc. ¶ Ad vltimū dico q si illō vulnꝰ fuit inflictū xp̄o post mortē (vt narrat euāgeliū) sacrā nō fluxerūt ab illo tanq̄ a cā meritoria. sed dr̄ spālit inde fluxisse p̄pt quandā siītudinē expressiorē eorū q̄ ibi fluxerūt ad sensibilia q̄ sunt in q̄busdā sacr̄is. sanguis eni spālius assilat spēi sub qua est sanguis et eucharistia. z aqua spālius assilatur materie baptismi q̄ sunt duo p̄ncipalia sacrā. z iste intellectus pōt hēri ex gra de celeb. mis. in fi. vbi dr̄ q in illis duobꝰ. s. aqua et sanguine duo maxima sacramenta redemptionis z regenerationis relucent.

Quæstio Secunda.

Hic agit magister de sacramētis noue legis de singulis sigillatī. z prīo ď baptismo qḋ est p̄mū sacrz z ianua aliorū: que in. ij. diuiditur. primo agit de quodaz preambulo ad verum baptismum. scilicet de Joannis baptismo. Et secundo de vero christi baptismo in principio distin. iij. ibi. (Post hoc videndum est.)

Circa istam partem quæro vtrum baptizatus baptismo Joānis necessario tenebař baptizari baptismo xp̄i vr̄ q nō. qa magr̄ in litera. c. vlti. dicit. Qui spem non posuerunt in baptismo Jo. z p̄rem z fi. et. s. s. credebant non sunt postea rebaptizandi. ¶ Item in receptione sacramentorum quod dař non est iterandū. sed si aliquid omittatur caute est supplēdum: extra de clerico per saltū p̄moto. c. vnico. z de sacramētis nō iterādis. c. j. Sz in baptismo Joānis dabař ablutio exterior. & si defuit interior illa fuit supplēda: sz nō exterior iterāda. ¶ Cōtra de cō. di. iiij. aliud z accipiř ab Aug. sup Jo. ho. v. Si q̄s baptizauit Jo. iterū sunt baptizādi. plane iterū sed nō iterato baptismo. quos eni iudas baptizauit z christus: quos baptizauit Joan. non zc. ¶ Itē Augu. de baptismo cōtra donatistas li. v. Chrisꝰ tali baptismo mūdat ecclesiaz quo accepto alterū nō erat necessariū. Jo. aūt tali baptismo p̄tingebat quo accepto esset baptismū ďnicum necessarium.

Respondeo. Potest intelligi dupliciter Joā. baptizauisse. Vno modo in forma baptismi xp̄i quam potuit scire a discipulis christi vel ab aliis audientibus eos baptizare. z tunc non diceret̄ p̄pter baptismus Joānis. sicut nūc non dr̄ baptismus petri vl̄ pauli. Istū enim errorem reprehendit apostolus. j. ad Cor. et si isto modo baptizaret Joan. planuz est q talis non esset iterum baptizandus. ¶ Alio modo pōt intelligi Joan. baptizasse non in forma baptismi christi. sed vel in aliqua alia forma propria. scilicet in noīe venturi vel absqz aliqua forma: z de sic baptizato satis videtur manifestum quod erat baptizādus baptismo christi. tum propter preceptum eius generale obligans omnes: quod preceptum non impleuerat baptizatus a Joan. Istud autem preceptum generale fuit rationabile. quia rationale fuit oēs obligari ad hoc q essent mēbra ecclesie et ad suscipiendum signum illud cōmune omnibus ingredientibus ecclesiaz. tum quia medicina preparatiua suscepta congruuz est recipere medicinam curatiuam. dispositione etiam inducta cōgruum est adhuc induci formam principalem. sed ille baptismus Joan. erat sicut dispositio mere preparatiua ad baptismum christi: vt per illam ablutionem facilius inclinarentur homines ad suscipiendum ablutionem sibi salutarem: nec esset molestum ipsis iaz ad simile exercitatis. Et hanc rationem innuit Joā. baptisma Joan. j. Baptizo vos aqua. supple tantū. Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. qui supple baptizat vos non in aqua tantum sed in spiritu et veritate. Si dicatur q magister loquitur de baptizatz a Joan. primo modo vtente. scilicet forma christi i baptizando. hoc non potest stare: quia infidelitas suscipientis baptismum non est causa sufficiens q oporteat eum alias baptizari. dum tamen adsit intentio suscipiendi illud quod confert ecclesia. z si ergo a Joan. baptizatus non habuisset fidem trinitatis. dum tamen itenderet recipere illum baptismū quem Joā. intendebat dare: qui sic intelligendo poterat esse verus baptismus christi: non erat iste postea baptizandus: cuiꝰ oppositū dicit magr̄ de postea baptizandis.

Ad primum argumentum dico q nō tenetur magister. nec argumentum quod sumitur ex actibus. xix. concludit. verum enim est q non habētes fidem fuerunt baptizandi baptismo christi. sed nō sequitur. ergo habentes fidem non erant postea baptizandi. iste modus arguendi non tenet nisi in causis precisis: quod non est in proposito. infidelitas enim non erat causa precisa rebaptizationis baptismo christi: immo magis quia prius non receperant gratiam baptismi. ¶ Ad secundum argumentum dico q maior est vera quando aliquid sacramenti baptismi confertur. in baptismo autem Joan. nihil sacramēti baptismi cōferebatur. ablutio enim exterior sine determinatz verbis et determinata intentione prolatis omnino nihil est sacramenti baptismi. sicut nec quecunqz alia balneatio. ¶ Et si obijcias. vbi ergo habet veritatem illa maxima: vbi omissum est aliquid caute supplenduz est. ¶ Respondeo vel non potest habere locum in sacramento vere vno: quia duobus concurrentibus ad istud sacramentum: alterum sine altero nihil est sacramenti: quia alterum sine altero nec: significat gratiam. nec efficit. z tunc exponenda est illa maxia de diuersis sacramētis ordinariis: cuiusmodi sunt ordiatio in diaconū subdiaconū z hmōi. z de talibus est ibi sermo. vel si possibile est in aliq̄ sacro vere vno vnā partez esse sine alia. puta in eucharistia loquēdo de specie

bus panis ⁊ vini:ibi locum habet illud q omissum ẽ: est supplendum.sed in proposito nõ:quia ablutio Joannis nihil erat sacramenti baptismi. ideo non valet.

¶Post hæc videndum est quid sit baptismus &c. Distinctio.III.

SVpra magister egit de quodam preambulo ad baptismum christi.hec erit de sacramento baptismi. et diuidit̃ in duas:in proemium ⁊ tractatuz.qui incipit ibi. (Baptism⁹ dicitur.) prima diuiditur in ꝑtem principalem ⁊ incidentalem : que incidentalis incipit.
a.I.2. capi.iiij. Principalis diuiditur in tres partes . primo agit de partibus intrinsece pertinẽtibus ad baptismũ
a.I.6.i illo Secundo de suscipiente baptismum.iiij.disti.tertio de
c.hoc autẽ ministro dist.v.(Post hoc sciendum.) prima que per
sciẽdũ est. tinet ad presentem lectionem diuiditur in.iij. primo agit de quiditate baptismi siue quid sit baptismus. Secundo de forma eius ibi.(Sed quid est illud verbuz.) Tertia de institutione eius.ibi. (De institutione.) Et in illa tertia parte interserit de materia baptismi . ibi ¶ Celebratur autem ⁊c̃.

CIrca istam distinctionem tertiam. querenduz est de quatuor.pmo de baptismi diffinitione.an illa propria sit ei⁹ quam ponit magister.Baptismus ẽ tinctio.i.ablutio corporis exterior facta sub fora verborum prescripta? Secũdo de forma baptismi.an hoc sit precisa forma eius.Baptizo te in no.pa.et.fi.et.s.s.amen? Tertio de materia an sola aqua naturalis pura sit materia ꝯueniens baptismo? Quarto de institutiõe vtrũ institutio baptismi euacuet circuncisionem?

Quæstio Prima.

AD primũ arguitur q non:quia pars non predicatur de suo toto. Ablutio est pars sacramenti baptismi. quia secundum Augustinum.j.questiõe.j. detrahe. Accidit verbum ad elementum et fit sacramentum Sacramentum ergo sicut non est verba ita nec ablutio ipsa.
¶ Contra. Magister in dist.j.

In solutione huius questionis potest ꝑcedi sicut supra dist.j.de diffinitione sacramenti. Supponendo enim ex vsu loquentium significatum nois baptismi. s. q baptism⁹ significat quoddã spãle sacr̃m vt si baptism⁹ significet ablutionez sicut apud iudeos erãt baptismata corporũ ⁊ vasoꝝ.i.ablutiões. tũc hoc
A qd erit sacr̃m baptismi itelligẽdo ibi ꝯstructionẽ itrãsitiuã significat sacr̃m spãle. ⁊ hoc tã specificãdo significationẽ ⁊ effectũ significatũ.puta purificationẽ aĩe a pctõ originali: tñ specificãdo fundamẽtũ talis significatiõis ⁊ reꝉonis. Ex hoc inq̃ supposito apparet q̃lit̃ baptismus põt hr̃e diffinitionẽ. Cũ eni diffinibile opz

esse ens positiuũ ꝑ se vnũ ⁊ reale ⁊ cõe.vt hẽtur supra. baptismus nõ ẽ pure nõ ens.sicut ipoꝉe.⁊ pbat̃ eo mõ quo supra de sacr̃o.qa rõ eius nõ est ĩ se falsa. nulla ei est repugnãtia qdcunq; sensibile vel q̃cunq; sensibilia institui a deo ad significandũ efficacit̃ ablutionẽ aĩe a pctõ.neq; etiam est purũ nõ ens sicut negatio vel priuatio.ptz.est etiã ꝑ se vnũ q̃tũ ad illud qd principalit̃ significat.qd est talis reꝉo signi ad tale significatum. Nec huic obstat qd cõnotat correlatiuũ suũ ⁊ fundamentũ:qa sit reꝉo q̃cunq; ꝯnotat:nec q in fundamẽto sunt multa ꝯnotata:qa vt dictũ est supra vna reꝉo rõnis põt fundari in quãtũcunq; distinctis in re.talis tamen ꝯnotatio bene prohibet habere diffinitionez primo.nihil enim habet diffinitionem prĩo.nisi substãtia q̃ nõ diffinit̃ ꝑ aliqd additũ.neq; sicut correlatiuũ additur in diffinitiõe correlatiui:nec sicut subiectũ ĩ diffinitione accñtis.talia enim hñt diffinitionẽ.sed nõ ꝑmo.ptz.vij.metha.§.Illud aũt palam. Sola ergo tertia conditio.scilicet q oportet diffinibile esse ens reale excludit a sacramento baptismi q non habeat omnino perfectam diffinitionem.habet tamẽ eo modo quo secunde intentiones vel quecunq; relationes rationis diffiniuntur:quod sufficit quantum ad intellectum habentem scientiam per diffinitionem.eodem enim modo est diffinitio sicut illa cui correspondet quiditas in re. ¶ Secundo principaliter est videndum an hec sit eius diffinitio:quam ponit magister. Ubi notandum est q duobus modis potest de fundamento relatiõis poni quam importat baptismus.vno modo q illa fundetur in toto isto . scilicet ablutionem simul et verbis tanq; in vno fundamento:et hoc est bene possibile nõ obstante vnitate eius cum sit relatio ratiõis. Alio modo q eius fundamentum sit sola ablutio:sola inq;:id est nihil aliud fundet.neq; vt totum fundamentuz:neq; vt pars fundamenti.sed non sola:id est ipsa sine q̃buscunq; aliijs:immo oportet eam habere multa alia concomitantia ad hoc vt fundet.scilicet verba:⁊ q sit a tali ministro sic intendente.nec istud est inconueniens q respectus tales precedant in fundamento relationem rationis tanq; presuppositi illi relationi rationis. Et sic i ista ablutiõe precedit habitudo ad verba concomitantia et ad personam suscipientem aliqualiter consentientem.⁊ sic in omnibus relationibus talibus precedentibus in fundamento sic relato per ipas posset poni relationem significationis illius quã importat baptismus fundari. Si primum istorum poneretur:tunc cum in diffinitione accidentis in concreto ponatur totum suum subiectum ⁊ non pars precise.sicut nec ipsum in concreto predicatur de parte sui subiecti:sed de toto:non esset baptismus siue sacramentũ baptismi ablutio:sed ablutio et verba simul. Sicut e conuerso ablutio nõ esset baptismus:quia ablutio sola non est subiectum vel fundamentum huius relationis.sed ambo simul.scilicet ablutio et verba.ergo nec alterum eorum denominatur per se ab alio. Si autem secundum poneretur tunc sicut de ablutione denominatiue predicaretur diffinitio baptismi.licet illa ablutio intelligatur circunstantionata multis relationib⁹ talibus ad hoc vt sibi conueniat illa relatio.sic et econuerso in diffinitione huius relationis in concreto accepte posset poni ablutio solummodo in recto et omnia alia in obliquo cum quibusdam determinationibus significantibus illa determinare siue circunstantiare ipsam ablutionem. ¶ Istorum duorum primum videretur verius : quia vera non videntur esse simpliciter necessaria nisi essent signuz vel pars signi.si tamen diceretur q essent quedam determinatio ipsius ablutionis que est signum: et sufficit illud ponere signum magis q̃ duo:quando in vno potest inueniri ratio suffici

E ens significandi. ablutio autem exterior satis potest poni sigare ablutionē interiorē. Hoc ponendo posset poni talis rō baptismi: ꝙ baptismus ē ablutio hominis aliqualiter consentientis facta ab alio in aqua sil' ꝟba certa cū intentione debita ꝓferente significans efficaciter ex institutione diuina ablutionem aīe a peccato. ¶ Q; si teneat alia via. s. ꝙ ꝟba sunt pars fundamenti: tunc posset poni alia ratio baptismi ꝙ baptism⁹ est sacramētū ablutiōis aīe a pctō ɔsistēs ī ablutiōe hoīs aliqualiter consentientis facta in aqua ab alio abluente: ꝛ in verbis certis simul ab eodem abluente cum debita intentione prolatis. ¶ Qualiter autem particule posite in vtraqꝫ rōne sunt necessarie ad rōnē baptismi bene patebit specialius de singulis in questionib⁹ sequentibus. ¶ Nec est differentia inter istas ratiōes quin eadem ſm vtramqꝫ sint necessaria ad baptismū: sed vna ponit in diffinitione eius solam ablutionez in recto. alia ponit ꝛ ablutionem ꝛ verba ex equo ad eius rōnem ptinere quē differentia cōsurgit ex diuerso opinandi modo de fundamento huius relatiōis an sit sola ablutio circunstantionata an simul ablutio ꝛ ꝟba. ¶ Patet ergo solutio questionis: qa magister vr loq̄ ſm illā opinionem ꝙ ablutio circunstantionata sit baptismus. ꝛ sic ponendo tangit ea q̄ pncipalr ptinet ad rationem baptismi. licet multa concomitantia debeāt intelligi que exp̄mit rō illa. ablutio hoīs ꝛc. ¶ Ad argumentū dr ꝙ de re artificiali bn̄ p̄dicatur mā cum sit tota substantia artificiati. vn̄ archa nō tn̄ est lignea: sed lignū. sacramentū aūt qa est res rōnis assilat artificiali. ¶ Sz hoc nihil ē: qa ps māe nō p̄dicat de artificiato. nō enim dom⁹ est lapides. sed ad esse dom⁹ req̄rit aliud cū lapidib⁹: qꝛ vt dictū est p̄us: nihil ponit in cōcreto in diffinitiōe accñtis concreti nisi illud de quo accñs p̄dicat in ɔcreto. nullū aūt accñs p̄dicat de parte sui subiecti. ¶ Opz ergo dicere sustinendo diffinitionem magistri ꝙ ablutio nō est ps fundamenti relōnis quā includit baptismus: sed est totum fundamentum licet remotum: int' qđ ꝛ relonē signi mediant quedam relones rōnis vt dictū est. ¶ Si obiiciat ꝙ neqꝫ sic neqꝫ sic pōt describi: qa formalr īportat relonē rōnis. illa aūt nō est aliq̄d reale neqꝫ illa realia. ergo ꝛc.

Ri. i. 4. di. i. ar. i. q. i. i sol. 2. arti.

F ¶ Rñdeo. sicut relo rōnis in cōcreto dr de re extra: quēadmodū hec est ꝟa. hec vox hō est nomē vel signū nature hūane. ita ecōuerso in diffinitiōe talis concreti pōt poni res extra vt additū tanq̄ fundamentū relationis. ideo non valet sic de primo.

Quæstio. II.

AD secūdum principale sic ꝓcedit. Et hic arguit qđ hec nō sit forma baptismi Ego baptizo te in noīe pr̄is ꝛ filiȷ̄ ꝛ spūs scti. p̄mo qa cuiuscūqꝫ habentis mām ꝛ formā. forma ei⁹ est in mā. Sed hec ꝟba nō sunt in aqua nec in ablutiōe vt ī subiecto. pz. ¶ Scđo qꝛ xp̄s Mathei vlti. exp̄mēs formā baptismi nō exp̄ssit istā. Sed ab ipso hr forma sacrorū q̄ instituit. & ꝛc. ¶ Tertia si ista est forma aut vt ꝟa aut vt falsa: qꝛ nihil falsitatis ē in sacris veritatis. nō vt ꝟa. qꝛ ꝟitas ei⁹ seq̄t ordīe nāe collationem sacramenti baptismi. veritas eniz orationis sequitur esse eius. ꝙ significatur per ipsam. ista autem oratio significat collationem sacramēti baptismi. forma autem eo ꝙ est forma non est posterior eo cui⁹ est forma naturaliter sed prior. vȷ̄. metha. ¶ Item de partibus istius forme arguitur primo sic. Greci vere baptizant et baptizati ab eis quādo veniūt ad nos non rebaptizantur. non autem seruant nostraz formā sed hanc. baptizetur seruus christi in nomine patris ꝛ filiȷ̄ ꝛ spiritussancti. ¶ Item ſm Priscianum verbuz p̄me persone dat intelligere nominatiuum. ergo sufficeret dicere. Baptizo te absqꝫ hoc pronomine quod ē ego. ¶ Et confirmatur per illud. extra de baptis. ꝛ ei⁹ effe. Siquis. vbi dicit glo. ꝙ pronomen non est de substantia forme: quia plenum sensum generat hec vox baptizo sine pronomine. ¶ Item arguitur de conse. distin. iiȷ̄. retulerunt. vbi dicitur. Siquis dicit te baptizo ꝛc. baptizatus est ex quo baptizare intendit. Sed ibi non ponitur pronomen. ¶ Item Amb. de conse. distin. iiȷ̄. a quodam. Si in nomine trinitatis vel in nomine christi baptizati sunt. non debent rebaptizari quia sic apostoli baptizabant: vt habetur actu. ȷ̄. x. et xix. ¶ Item. v. de trinita. cap. vȷ̄. Item est patrem eē: et genitorem eque ergo esse valeret dicere. in nomīe genitoris ꝛ geniti sicut patris ꝛ filiȷ̄. ¶ Item Ambrosi. de spiratione spi. s. capi. iiȷ̄. ꝛ ponitur in litera. Si fide ministerium trinitatis tenetur: et vna tantum persōa nominetur plenum est sacramentum. ¶ Item. ȷ̄. periermenias. nomina et verba transposita idem significant; ergo equiualeret si ista verba essent transposita: ergo ista forma non est precisa. ¶ Contra de baptismo ꝛ eius effe. extra siquis. Siquis puerum ter in aq̄ merserit in nomine patris ꝛ fi. et spiri. sanc. amen ꝛ nō dixerit ego baptizo te in nomine pa. ꝛ fi. et. s. amen nō est puer baptizatus.

T. c. 7.

c. i. circa fi.

A Hic primo videndum est si aliqua verba possunt esse forma huius sacramenti. Ubi aduertēdum est ꝙ proprie loquēdo de forma: prout est altera pars compositi forma sacramenti est ipa relatio signi qua formaliter est tale sacramentum. ꝛ materia est totum fundamētū ipsi⁹ relonis. verūtn̄ si in fundamēto isto sint plura ex quibus aliquo mō sit vnū sacrm: que nō oīno equalr se hn̄t sz alterū sit quasi p̄uiū ꝛ determinabile. alterū quasi posteri⁹ ꝛ determinatio p̄cedentis. p̄mū pōt dici quasi mā p quandā silitudinē ad materiā ꝛ alterū forma. māe enim ē p̄cedere ſm originem et determinari. forme aūt seq̄ ꝛ determinare. similr illud qđ est p̄ncipali⁹ ꝛ actuali⁹ pōt dici forma respectu potētialioris. similr qđ ē spūalius pōt dici forā respectu eius qđ est minus spūale. ¶ Ad ꝓpositū in fūdamento relonis baptismi cōcurrunt ablutio ꝛ verba siue tanq̄ partes fundamenti ſm vnaz opinionem siue tanq̄ fundamentum ꝛ circunstantie fundamenti ſm aliā. Si p̄mo modo pars principalior in significando sunt verba: qꝛ ſm Augu. ȷ̄. de doc. christiana. cap. j. b. verba inter homines obtinuerunt principatuz ī significando. ꝛ similem sn̄iam dicit. xv. de trini. Tunc propter istam principalitatez verba possent dici forma respectu alterius. ¶ Scđo mō ptz ꝙ ꝟba sunt determinantia respectu ablutionis. et siue sic siue sic. patet ꝙ verba sunt magis spūalia ablutione. ¶ Sic ergo ſm istas methaphoras p̄dictas ptz ꝙ vbi aliqđ signū cōcurrit sensibile in fundamento alicuius relationis sacramenti ꝛ aliqua verba simul. verba semper dicuntur forma. Hec de primo. B

De secundo videndum est quæ verba sint forma isto modo: vbi sciendum est ꝙ in sacramētis est aliquid necessarium simpliciter. s. ex parte sacri. quo. s. non exn̄te oīno non est sacramentū. aliq̄d est necessariuz aliqualiter. s. ex parte ministri: sine quo minister dispensando sacrm nō pōt vitare pctm̄. Si queratur de forma secundo modo necessario hoc est de forā

necessario obseruanda a ministro. dico q in tota ecclesia romana forma necessaria hec est de qua queritur forma necessaria. scilicet ministro. & hec loquendo de ministro cui competit ex officio baptizare. quis sit ille dicetur dist. v. nam istum non potest ignorantia excusare. quia tenetur scire illa que sunt sui officij ad quod deputatur. Probatio. quia quilibet minister in ecclesia romana tenetur necessario illam formam seruare quam talis ecclesia imposuit ministris huiusmodi est ista de qua queritur: vt patet extra in arguendo. scilicet ad oppositum in illo capitulo si quis. ¶ Si queras de forma necessaria ministro apud grecos: dici potest q quantum ad aliqua verba non principalia in forma. scilicet illa quibus exprimitur suscipiens & actus siue minister: ecclesia greca quandoque non voluit formam istam seruare: cuius causam tangit apostolus. j. Corinth. j. distin. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit. ego quidem sum pauli &c. Gloriabantur enim de ministris baptizantibus quasi eis ascriberetur baptismus: & redarguit eos: & istam eorum contentionem dicens. Diuisus est christus: & propter hoc ortum fuit inter eos scisma. & ordinatum fuit inter eos ad istud scisma tollendum ne minister exprimeretur in propria persona: nec actus in indicatiuo modo sed optatiuo: quia tunc minister non significatur esse actor baptismi. sed tantum minister desiderans: et orans effectum baptismi conferendum a deo. & suscipiens etiam non exprimeretur in secunda persona. sed in tertia quasi non precise reciperet: quod recipit ab aliquo sermone sibi dirigente: veruntamen melius posset suscipiens fuisse expressus quam per hoc seruus christi. scilicet nomine proprio. non enim iam seruus christi baptizatur. sed baptizatur vt sit seruus christi loquendo de seruitio spirituali quo christianus est seruus christi. ¶ De hac forma potest dici q quandiu tolerata fuit ab ecclesia romana: licita fuit eis. et pro tempore pro quo instituta fuit: rationabilis fuit durante causa predicta. sed cessante illa causa rationabiliter potuit forma comunis fuisse eis imposita. vel ergo romana ecclesia prohibuit illam formam quantum ad eos: & tunc peccant seruando: quod expresse non inuenitur in aliquo capitulo specialem mentionem faciente de eis: vel si permisit siue concessit: licitum videtur eis illam formam continuare. et si tali permissione seu licentia stante in concilijs suis particularibus ordinauerunt inter se talem formam esse seruandam. videtur q minister eorum tenetur eam seruare sicut stante ista permissione ecclesie romane q alicubi fiat trina immersio: alicubi vna in illa ecclesia que determinauit trinam immersionem seruandam: sic faciendum est et est de necessitate ministri preceptum et modum prioris ecclesie seruare. Hec de forma necessaria ex parte ministri.

Tertio de forma necessaria ex parte sacramenti.

patet q ista non est talis quantum ad omnia verba. ex hoc q dictum est q greci vere baptizabant: non tamen sub eadem forma. Unde aduertendum est q in ista forma sunt verba principaliter pertinentia ad eam. aliqua autem non principaliter pertinent: quia exprimunt ministrum actum & suscipientem. ministrum enim non est simpliciter necessarium aliquo verbo exprimi: neque pronomine cuiuscunque persone: quia non est in verbis christi. Matth. vlti. Alia autem duo. s. actum & suscipientem necesse est exprimi. sed non determinate eodem modo quo istis verbis exprimuntur. s. actus verbo indicatiui modi & suscipiens pronomine secunde persone. sed potest actus exprimi verbo alterius modi: et suscipiens verbo alterius persone: vt greci exprimunt. ratio autem necessitatis q ista duo sic vel sic exprimerentur: sumitur ex illo Matth. vlti. Baptizantes eos &c. vbi exprimitur actus & suscipiens. ¶ De verbis autem principalibus que sunt: in nomine pa. & fi. & s. s. an ista sint precise pertinentia ad formam? ¶ Ad cuius intellectum aduertendum est q secundum philosophum. v. physico. quadruplex est mutatio. s. secundum substantiam: qualitatem: quantitatem: & vbi. sic secundum ista verba potest fieri quadruplex variatio. s. secundum substantiam alia verba ponendo pro istis: vel aliud verbum pro isto. secundum quantitatem apponendo vel subtrahendo. & si apponendo vel anteponendo vel postponendo vel interponendo. secundum qualitatem. s. auferendo aliquam requisitam terminationem ad congruam locutionem. secundum vbi transponendo. Et de quacunque istarum variationum: dico q si varians intendit vti verbis quibus vtitur tanquam forma ecclesie precise non baptizat: quia deficit sibi intentio vtendi verbis quibus vtitur tanquam forma ecclesie. intendit enim vti illis verbis aliqualiter variatis tanquam forma precisa baptismi. ¶ Supposito: ergo q non deficiat intentio. queramus ex parte verborum in se que istarum variationum potest stare cum forma & que non: et hoc de singulis per ordinem. ¶ De prima dico q potest intelligi dupliciter. vel q aliud verbum secundum quid ponatur in loco alicuius verborum illorum. puta alia vox. tamen idem & sub eadem ratione significans vel aliud verbum simpliciter. s. alia vox aliud significatum habens. & si secundo modo adhuc dupliciter. quia vel illud significatum est omnino disparatum a significato vocis pro qua ponitur: vt si poneretur lapis locis huius quod est pater: vel est significatum conueniens omnino habens idem substractum in re. et hoc contingit dupliciter. vel quia exprimit distincte tres personas sub aliquibus rationibus significatas quam significantur per hoc. pater & filius & s. s. & sic est de istis nominibus genitoris. geniti & spirati. ista enim significant personas sub ratione proprietatum. non autem sub ratione subsistentium & hypostasum. vel ille persone significantur implicite. & hec vel tanquam in toto collectiuo: quomodo significat eas hoc nomen sancta trinitas. vel implicite vt in quodam importante personas per correspondentiam effectus ad causam. et sic importantur per hoc nomen christus. Hoc enim nomen significat filium secundum naturam humanam: qui vnctus est: et dat intelligere patrem a quo vnctus est. et spiritum sanctum quo vnctus est sic ergo habemus quantum ad istud membrum nomen aliud tantum secundum vocem. vel nomen aliud habens significatum omnino disperatum. vel nomina significantia tres personas non sub ratione personarum. vt genitor et genitus vel nomen significans ista collectiue. vt trinitas. vel nomen connotans personas sicut effectus causam.

¶ De istis quinque de primo patet q manet eadem forma. quia in qualibet lingua potest fieri baptismus. forte tamen non licet baptizanti ex officio: et solemniter vti verbis cuiuslibet lingue: sicut nec in confectione eucharistie: quia ordinauit ecclesia romana quod officia ecclesiastica dicantur et sacramenta ministrentur in latino grammatico. et hoc rationabiliter: quia istud distinctius potest scribi et proferri.

¶ De omnino impertinente patet q omnino forma non seruatur.

¶ De nominibus significantibus proprietates & non personas: vt genitor &c. dico q non seruatur in eis forma: quia christus voluit personas vocari nominibus personarum. et rationabiliter secundum illud quod tactum est in primo libro distinctio. xxij. vt sicut iudeis datum erat aliquod nomen significans essentiam diuinam sub propria ratione: quod ipsi vocabant nomen dei tetragrammaton. ita christus dedit ecclesie nomina significantia personas sub proprijs rationibus: si etiam non sic dede-

rit. tamen bene probabile est in aliqua inuocatione nomen persone habere aliquam efficaciam: quã non habet nomen proprietatis persone. petendo enim aliqđ donum ab aliquo pro amore ioannis citius impetraretur ꝙ̃ si loco nominis proprij poneretur nomẽ significans proprietatem suppositi. ¶ De nomine trinitatis patet ꝙ christus intellexit illas personas explicandas. in hoc aũt noĩe trinitas tantũ importantur ĩplicite. ⁊ ideo ꝙ dicit illud cap. a quodam trinitas debꝫ intelligi explicite pro tribus personis. ¶ De quinto scꝫ

I de nomine christi patet ꝙ aliquando licitum fuit baptizare. act. ij. xix. et. x. de cornelio. Sed an modo esset baptizatus: si sic traderetur: dubium est: videtur ꝙ sic baptizans peccaret mortaliter. immo oĩno non baptizaret. p̃mum probatur. q̃a legem superioris nullus inferior potest reuocare nec simpliciter nec ad tempus. lex de baptizando in ista forma cõmuni. In nomĩe patris ⁊ filij ⁊c. promulgata fuit a christo Matth. vlti. ergo eam pro tp̃e pro quo christus non reuocauit nullus alius potest reuocare. sed licet dispensauerit in illa lege pro tp̃e primitiue ecclesie: q̃a fuit ratio dispensandi vt diuulgaretur nomen xp̃i. tamen illa ratione cessante non dispensauit. ergo nullus inferior pro tempore illo posteriori potest aliqualr̃ a lege illa absolui. ¶ Cõsimiliter probatur scđm. q̃ forma tradita cõmuniter semper manet forma nisi per forme institutorem pro aliquo tp̃e fiat aliqua dispensatio. Sed forma non fuit dispensatiue tradita nisi pro tp̃e pro quo fuit dispensandi ratio. s. in ecclesia primitiua: vt nomen christi diuulgaretur. ergo tp̃e illius dispensationis cessante forma illa sola manet q̃ fuit forma ex institutione. Quid ergo? non audeo dicere ꝙ baptizat⁹ hodie in nomine xp̃i esset baptizatus: sed nec audeo dicere ꝙ non esset baptizatus: q̃a non lego vbi fuerit illa dispensatio re-

K uocata. in hoc ergo casu reputo dubium an talis sit baptizatus. ¶ Circa istum autem tale remedium habẽdum est. sicut vniuersaliter in alijs dubijs adhibet̃. de quo extra de baptismo ⁊ eius effe. de quibus dubium est an baptizati fuerint baptizentur verbis istis p̃missis. si baptizatus es non baptizo te. sed si non es baptizatus: ego te baptizo in no. pa. ⁊ fi. ⁊c. Et vniuersalit̃ ĩ omnibus dubijs quantum ad materiam ⁊ formã sunt tres maxime. ¶ Pr̃ia est ista. si possibilitas adest via tutissima est eligenda. ¶ Secunda si non adest possi-

L bilitas vie tutissime proxima est tenenda. ¶ Tertia ẽ ista. Cessante impossibilitate cause est supplendũ qđ impossibilitas prohibebat.

De secunda variatione principali. s. se-

cundum quantitatem. dico ꝙ si aliquid addatur repugnans verbis principalibus forme vel diminuẽs ver-

M ba illa nihil fit: q̃a non seruatur forma. v̄. gratia. de p̃mo si sic dicat̃: in noĩe p̃ris maioris ⁊ filij minoris ⁊c. v̄. g. de scđo si premittat̃ vel disiungat̃ vel interponat̃ aliqua ꝯditio q̃ nõ existat. vtpote si ego sum oĩpotẽs. ego te baptizo ⁊c. vel si sit aliqua oр̃o disiunctiua ꝯtra rõnẽ forme: q̃ disiunctiua nõ ponit determinate alteram p̃te. ⁊ eodẽ mõ de sillibus. Simil̃r si anteponitur vel postponit aliqđ nõ repugnãs fit: si alit̃ nõ. ¶ De interpositiõe m̃ certo ꝙ nõ sit alicuius distrahentis vel repugnãtis est ĩpale hoc q̃ si iterrũpat vnitatẽ debitã forme nõ manet forma. qñ aũt talis vnitas necessaria interrũpit̃: iudicat̃ ex alijs actib⁹ humanis. qñ enĩ ex cõi loq̃la ex interpositione ĩpertinẽtis nõ iudicatur q̃n posset prior sermo cõtinuari. consil̃r nec debet in p̃posito iudicari: vtpote si q̃s incipet or̃onẽ ⁊ diceret tacete vel recedite. nõ ꝓpt̃ hoc eẽt necessarium incipere or̃onem: sed nõ obstãte tali interruptione posset eãdẽ cõtinuare ⁊ cõplere. ¶ De subtractiõe vero si subtrahatur aliqđ v̄buꝫ de non p̃ncipalibus dictũ est prius. N

Si autem de p̃ricipalibus aliquod subtrahatur nihil fit: q̃a quodlibet verbum illorum est per se necessariuꝫ ad formam. sed si subtrahat̃ aliqua syllaba per sincopam non ꝓpter hoc destruit̃ forma. nõ enim voluit deus oĩno determinare hoĩem ad verba in sacramentis vltra illum modum quo v̄ba sufficiunt ad exprimendũ conceptũ. sed cũ sincopa bñ intelligit audiens conceptũ loquẽtis. hoc aũt magis cauendũ est v̄bis sacralibus ꝙ̃ in alijs verbis ꝓpter reuerentiã sacr̃i. nec tamen auderẽ dicere ꝙ nõ vitãs eã peccet mortal̃r: si nõ vitat nõ ex cõtẽptu: sꝫ ex q̃dã infirmitate vel cõsideratione hũana q̃ nõ p̃cauet oĩbus quantum posset.

De tertia variatione principali quãtũ

ad qualitatẽ. i. terminationes q̃ pertinẽt ad congruitatem. patet per illud. c. de con. di. iiij. retulerũt. vbi papa rñdet de sacerdote qui baptizauit ĩ noĩe patria ⁊ filia ⁊ spũ sancta. ꝙ si hoc fecit ex impitia lingue latine nõ intendens inducere errorẽ: vere baptizauit. Qđ intel- O
legendũ est qñ est talis incongruitas in fine dictiõis q̃ non prohibet q̃n possit capi ꝯceptus significat⁹ p̃ dictionẽ. Et quõ hoc sit possibile bñ expiunt̃ aliq̃ audientes quosdã illiteratos q̃ loquũt̃ ĩcõgrue: ⁊ tñ ꝯcipiunt q̃d volũt dicere etiã ꝙ̃tum ad singula verba.

De quarta variatione principali. s. vbi

dico ꝙ aliqua transpositio oĩno variat sñiam: vt si diceret̃. Ego patris baptizo te in noĩe filij ⁊c. aliqua autẽ trãspositio p̃mittit vt transposita teneãt quasi eandẽ virtutẽ in ipsa forma: vt si diceretur. In noĩe filij ⁊ patris ⁊c. et prima transpositio impedit: q̃ aufert conceptum or̃onis vt instituta est. secunda nõ impedit: q̃ et si cõgruũ esset seruare ordinem ꝓferendo personas q̃ est p̃sonarũ scḋm originẽ: ⁊ necessariũ sit hoc ꝙ̃tuꝫ ad ministrũ. tñ nõ vr̃ oĩno necessarium ex parte sacr̃i. q̃ p̃sone quocunq̃ȝ ordine noĩate sunt vnũ efficiens principale in baptismo: ⁊ vt sic inuocantur.

Ad primum argumentũ patet ex pri-

mo articulo quid sit proprie forma hic. ⁊ qualiter v̄ba sunt forma. ¶ Ad secundum patet ex secũdo articu- P
lo ꝙ christus expressit verba que sunt principalia ĩ forma illa. ⁊ que non principalia. s. actum ⁊ suscipientem: sed in potestate ecclesie fuit determinare quibus verbis prime vel tertie persone et indicatiui vel optatiui modi exprimerentur suscipiens et actus. et ecclesia latina elegit exprimere suscipientem in secunda persona et actum indicatiue. et rationabiliter vt notaret ministrum vere conferre sacramentum. Ecclesia autem greca elegit aliter et rationabiliter pro tempore vt dictum est: vt auferretur scisma gloriantium de baptizãtibus ministris. ¶ Ad tertium potest dici ꝙ diuisio non est sufficiens. quia bene possibile est ꝙ verba aliqua materialiter sumpta sint forma in aliquo sacra- Q
mento. immo potuit deus instituisse verba non significatiua pro forma. ¶ Aliter potest dici ꝙ oratio vt vera non pro tempore prolationis sed pro vltimo instanti complente prolationem: sicut dicetur inferius ĩ materia de eucharistia et tunc cum arguitur vt vera sequitur actum rei. verum est ꝙ consequitur ipsam ablutionem: et ipsa ablutio importatur per hoc verbum baptizo. et tunc non erit sensus baptizo. id est sacramentum baptismi confero: sed baptizo hoc est abluo.
¶ Ad quartũ de grecis patet. ¶ Ad quitũ de ꝓnoĩe ego. verũ ẽ ꝙ nõ ẽ simpl̃r de necessitate for̃e. neq̃ȝ exp̃ssum neq̃ȝ vt implicitum in verbo prime p̃sone: sꝫ quãtum ad ecclesiã latinã ad minus post tp̃s Alexandri

necesse est ministro exprimere ego. ⁊ glo. illa. siquis. cuz probatione sua retulerunt. pōt intelligi pro tēpore pre cedente illam constitutionem Alex. tertij. siqs. ¶ Ad illud de trinitate ⁊ christo patet in dictis de prima va riatione verborum. ¶ Ad illud de genitoris ⁊c. dicē dum ꝙ Augu. ibi intelligit ꝙ idem est genitor ⁊ pater quantum ad hoc quod est dici ad alterum. siue impor tare proprietatem eiusdem persone. sed non sunt idem
R quantum ad primum conceptum significatum vtrobi qz: quia pater significat primo: ⁊ per se suppositum in natura diuina. aliud autem significat primo ⁊ per se p prietatem. et non est eadem vis nominis proprij ⁊ pro prietatis nominis in inuocatione facta alicuius psōe ad aliquem effectum. ¶ Ad vltimum dico ꝙ proposi tio phylosophi vera est absolute de nominibus trans positis: sed non sequitur quod conceptus totius ora tionis ex talibus nominibus sic et sic transpositis sit idem: forma autem non consistit tantum in significa tione incomplexorū. sed in significatione toti⁹ orōnis.

Quæstio Tertia.

AD tertium principale sic proceditur: ⁊ arguitur ꝙ nō solum aqua nālis pura sit con ueniens mā baptismi: qꝛ aq̄ ar tificialis habet eadē accn̄tia cū aqua nāli. s. hūiditatez: frigidi tatem: perspicuitatē ⁊ huiusmo di. Sed ex accidētibus cogno scit substantia. ex pemio primi
T.c.11. de aīa. ¶ Item mixtum est grossius aqua elementari aqua aūt artificialis est subtilior vel saltem non gros sior. ergo non est aliquod mixtum. ergo elementum: ⁊
T.c.38. non nisi aqua ergo ⁊c. ¶ Item miscibilia possunt se parari a mixto. primo de generatione. ergo aliquis po test adhibere actiuum passiuo ad faciendum talem se parationez. ergo aqua artificialis potest esse aqua ele mentaris separata a mixto. ¶ Confirmatur per illō Exo. vij. de ranis. vbi ars demonum adhibuit actiuū passiuo ad producendum statim ex aqua fluuij ranas. ergo eque possibile est ecōuerso per artē adhiberi acti uum passiuo vt fiat separatio elementi a mixto maxīe cum resolutio sit facilior q̄ generatio vel compositio ¶ Item quantum ad illam particulaz. pura aqua na turalis ex secundo metheororum. cap. j. est subtilior q̄ vsualis. ⁊ patet per experientiam: quia per decoctiōez vel depurationem separatur terra ab aqua vsuali q̄ re sidet in fundo. ¶ Item ex latere christi fluit aqua in qua institutus est baptismus ſm illō. extra de celebra tione missarum. c. in quadam. Sed illud qd ibi fluxit non fuit aqua elementaris sed falsa: qa in corpe mor tuo non statim est aliquis humor q̄ sit aqua elementa ris. nec per vulnerationem exijt aliqs humor nisi q̄ tē pore apertionis erat in corpore. Sed tunc non erat in corpore aqua pura. ergo ⁊c. ¶ Contra Joan. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto ⁊c. ¶ Itē per Auicen. Sciant artifices alchimie spēs per artem pmutari non posse. Et phūs etiam. iiij. metheo. ꝙ non possunt mixtum resoluere in puram aquam.

Hic dicendum est proportionabiliter ad illud quod dictum est in pncipio precedentis que
A stiones materia enīz proprie accipiendo sicut illud in quo est forma rei est totuz illud quod est ibi sensibile in quo fundatur relatio signi: quod est formale in ba ptismo, sed sicut in illo toto sensibili aliquid est prin cipalius vt vltimate determinans: et ideo dicitur for ma: ita aliquid est minus principale vel determinabi le. et illud dicitur materia. sed tale pōt intelligi vel p ximū ad significandū vel remotū. proximū est ipsa ab lutio visibilis. ipsa enim cum verbis tanq̄ signum p ximū significat effectū baptismi. ⁊ ideo non viget nos illa dubitatio. pma. q. j. de trahe. ne forte asinus bibat sacramentū. q̄ vere ē dubitatio asinina: qꝛ illa ablutio nō durat nisi in fieri. ⁊ q̄tumcūqz aqua posset bibi vel huc vel illuc transfundi: ipsa ablutio nō ⁊ intelligitur ablutio hic non tantū sicut aqua dicit lauare corp⁹ q̄ si formalr. sed sicut hō dicit lauare corpus cum aqua quasi pprie actiue. Nā solus cōtactus corporis ab aq̄ que est quasi ablutio formalis nō est instituta tanq̄ si gnum vel pars signi. sed ipsa lotio effectiue facta ab
B aliquo abluente. Nec oportet ꝙ sit ibi ablutio put di stinguitur contra lotionem ⁊ includit amotionem sor dium a corpore per contactum aque. sed sufficit lotio ī communi dicta corporis ab aqua: alio hoc agente: qd nisi ꝙ oportet istum contactum corporis ab aqua fie ri ab alio causante contactum istum ⁊ isto modo intel ligendo ablutionem ⁊ lotionem: lotio est materia pro xima: quasi per se fundamentum vel pars fundamen ti istius significationis. aqua autem est materia remo ta que applicatur corpori in ista lotione. Et huius p batio non est alia: nisi qa sic institutum est: vt patz Jo
C an. iij. ⁊ Matth. iij. Quare autē sit sic institutum sunt aperte congruentie. quia aqua est frigita: fluida: luci da: necessaria: ⁊ cōmunis. ⁊ he oēs pprietates conue niunt illi humori in quo debet fieri baptismus: qui est ad reprimendum estum concupiscentie: ad flectendū rigorem inobedientie: ad illustrandum charitatem fi dei: ad introducendum in viam salutis. ⁊ hoc est com mune oibus: sicut lex ista: cuius hoc sacramentum est iniciatiuum: cōis est oibus ad salutem.

Quod autem in quæstiōe ponit natu ralis ad distinguendum aquam artificialem. ¶ Rn̄ deo ꝙ aque ille que cōiter dicunt artificiales sunt cor
D pora quedam mixta: ⁊ non dicuntur aque nisi equiuo ce: ꝙ patet primo: quia ita est ex qualitatibus ꝯtib⁹: totam speciem: ꝙ vna qualitas similis non concludit identitatem substantie. sed vna dissimilis in tota spe cie concludit aliam esse substantiaz. Ille autem que di cuntur aque artificiales habent a tota specie aliquam qualitatem dissimilem aque elementari. Hoc patet se cundo ex modo generationis istarum. nam impossibi le est toti nature create ex vno generare aliud nisi ser uando determinatum processum per media determīa ta. tota enim natura creata non posset ex aceto genera re vinum statim. sed oportet redire ad materiā pmam cōem eis: q̄ est aq̄ q̄ attracta in stipite vitis tādē ī vua ꝯuertit in vinū. ⁊ ista snīa ponit a phīo. viij. metha. et patet ad sensum ꝙ ita ē. sed iste aq̄ artificiales ex q̄cun T.c.14. qz sint fiunt nō seruato pcessu nature p media deter minata ordinata. iste etiā vlr fiunt p actionē ignis de coquētis ⁊ resoluētis. ignis aūt nō videt eē sufficiēs ī virtute actiua ad corrūpēdū vel ꝯuertendū q̄cūqz mi xta in aquā elementarē. ppt qd vlr ꝯcedi pōt ꝙ aq̄ il
E le q̄ dr̄ artificiales nō sūt ꝯuenientes mā baptismi. qa nō sunt in specie aque elementaris.

Quod additur in quæstione pura ē in telligendū ꝙ ipuritas in aq̄ pōt itelligi duob⁹ modis. vel ppt mixtionē ſm iuxta positionē. vt aq̄ lutosa dr̄ ī pura: vl' ppt mixtionē alterātē a spē. sicut hūor mixt⁹
F dr̄ nō eē aqua pura. ⁊ pma q̄ dē ipuritas nō phibet. dū tn̄ nō excludat ab aqua quin sit cōueniens ad lauādū vel abluendū: nec est alia ratio: nisi qa sic institutum

est. vnde aqua imbibita farine in pasta vel in spongia: dum ibi est: vel imbibita in spisso luto. & sic de aliis si contingant carnem non sunt conueniens materia baptismi tales aque. quia talis contactus nō est lotio. sz tantum contactus aque fluide libere coniungentis se cuti vl' separantis inter cutem & aliud corpus. ¶ In secundo modo dico q aliqua impuritas potest eē manente aqua inter speciem: sicut forte si incipiat inspissari tendendo ad generationē elementi grossioris: ista non prohibet: dum tamen sit fluida: quod pro tāto dico: quia in glatie niue et grandine que tamen sunt imperfecta vel in via ad mixtionem dum talia sunt non potest in eis fieri baptismus: quia ibi nō est lotio sicut nec in duro. Si autem per illam alterationem iam sit extra speciem aque: omnino nō est materia baptismi: et de q̄busdam alterationibus satis patet: quia cōstituunt alteratum extra speciem aque. puta de humoribus naturaliter resolutis per degestionē vt saliua vrina et huiusmodi. iuxta illud extra de baptismo & eius effectu. Non vt apponere. ¶ De aliis autem non est ita manifestum. puta de decoctionibus & admixtionibus secundum sensum in quibus non apparet euidenter q sit alterata species: vt patet de brodio carnium: et farinata et huiusmodi. & ceruisia & medone. non enī manifestum est q sit ibi aliquod actiuum corrumpēs speciem aq̄. tamen hoc discutere non pertinet ad theologum determinantem materiā baptismi inquantum haberi potest ex canone biblie. neqz ad canonistaz determinantem conditiones materie: prout determinātur ab ordinatiōe ecclesie: sed pertinet ad phylosophū naturalem: cuius est inquirere que alteratio trāsferat aquam a specie sua: & que non: q si de aliq̄bus sit dubium et in talibus fuerit baptismus factus vtendum est ibi illis tribus maximis positis in solutione precedentis. q. de remediis adhibendis circa eos: de quib⁹ probabiliter dubitatur.

Que Ri. di. pūti. q. 3 arti. 3.

Ad primum argumentū dico q aqua artificialis & si habeat aliqua accidentia similia. tamē aliquod vel aliqua dissimilia habet tota specie ex quibus sequitur distinctio substantie. B ¶ Ad secunduz dicendum q & si aliqua aqua artificialis videatur subtilior q̄ȝ elemētaris: quia magis penetratiua. ista tamē subtilitas non est subtilitas simplicitas: sed virtutȝ actiue. & hoc modo vinum ē subtile vel subtilius aqua. subtilitas autem conueniens aque elementari est subtilitas simplicitatis eo modo quo elementum est simplicius mixto. ¶ Ad tertium concedo q possibile esset angelum bonum vel malum adhibere aliqua actiua mixto vt passo per que resolueretur ab eo aqua elementaris. non enim negaui aquam artificialem esse aquā elemētalē: qz ars ibi ꝯcurrit: qz nō ꝯcurrit ꝓducēs D terminum sed vt adhibens actiuū passiuo. sed dico q̄d nulla ars potest adhibere idem actiuum. puta ignem quātūcunqz diuersis mixtis. ita q per illud agens fiat immediate resolutio in aquam. s. elementarem. quia illud idem agens non potest habere virtutem sine formis intermediis mutandi: neqz etiam ita taliter diuersa in eundem terminum corrumpendi. ¶ Ad quartū patet ex dictis de impuritate per iuxta positionem.

¶ Ad quintum respondet Innocentius ibi q illa aq̄ que fluxit de latere saluatoris non fuit falsa: sed vera aqua: quod probat ex verbis euāgeliste. Et qui vidit testimonium perhibuit veritati. profecto non aquā: sz falsa dixisset si non fuisset aqua sed falsa. Probat etiā a posteriori per materiam sacramenti baptismi. nec in hoc inquit verum regeneratiōis sacramentū fuissz oñsum. cum per sacramentum baptismi non regenerent in falsitate: sed in aqua. probat etiam per aquaz miscedam in sacramento eucharistie. probat etiam quarto: per figuram que precessit super hoc in veteri testamento quando moyses percussit scilicet: & ex ea non falsa: sed aqua manauit. ¶ Ad probationem respondet ibi q vel illa aqua fuit ibi de nouo creata miraculose: vel de componentibus resoluta. Sed qualitercunqz dicatur de aqua lateris christi: quia fluxit sicut sibi placuit non propter hoc ibi sacramenta susceperunt efficaciā vt supra dictum est. sed propter quandaz similitudinē perfectiorem ad baptismum & eucharistiam. certuzest tamen q baptismus non potest fieri nisi in aqua visuali: quia christus hoc instituit. di. 2. q. 1.

Quæstio Quarta.

Ad quartum principale sic proceditur & arguitur q institutio baptismi nō euacuauit circuncisionem. quia Matth. v Non veni soluere legem: sz adimplere. sed circuncisio erat precepta in lege Gen. xvii. ergo christus non euacuauit eam instituēdo baptismum. ¶ Confirmat̄. qa iste christus in seipso eam suscepit. ¶ Item Gen. xvii Data fuit abrae circuncisio in fedus sempiternum. ergo ad semper permansurum: alioquin non fuisset sempiternum. ¶ Item nullus inferior habet auctoritatē reuocādi legem institutam a superiore. Sed certum ē q dñs instituit legem mosaycam & circuncisionem: et non inuenitur vbi eam reuocauerit etiaz in nouo testamento: immo christus toto tempore vite sue mortalis eam seruauit. etiam ante cenam comedendo agnū paschalem. Discipuli autem non habuerunt auctoritatem reuocandi. ergo &c. ¶ Contra Joan. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. ergo baptismus post sui institutionem erat simpliciter necessarius ad salutem. ergo circuncisio est euacuata: quia non simul concurrunt duo remedia necessaria et sufficientia contra idem. ¶ Item Gal. v. Si circuncidimini nihil christus vobis prodest.

Luce. 2.

Ista quæstio supponit baptismum institutum fuisse in lege noua quod verum est & rationabile. verum sicut patet ex multis auctoritatibus noui testamenti et christi et apostolorum in quibus probat̄ necessitas baptismi. quod non esset nisi esset institutus in lege illa legitime. quando tamen primo fuit institutus dubium est. non quidem quando christus baptizabatur a Joanne: qa ille non fuit baptismus christi id est in forma christi. sed in forma Joannis. tū christus dedicauit tunc aquā tanqz materiam idoneā suo baptismo ex contactu sue mundissime carnis: quia in legislatore confirmatus est visus aque. i. vt ministeriū. Nec etiam in illo verbo Joan. iii. dicto Nicodemo. Nisi quis &c. quia non est verisimile tam necessarium sacramentum in conclaui coram persona priuata institui: que non debuit. esse preco institutionis illius. neqz etiam differebatur institui vsqz ad tempus ascensiōis Matth. vlti. Nam discipuli christi ante passionem baptizabant baptismo christi. Joan. iii. Dicunt discipuli Joan. ad ipsum. Rabi cui testimonium perhibuisti. Ecce ipse baptizat & omnes veniunt ad eum. & sequitur. c. sequenti. q̄ȝ Jesus non baptizaret sed discipuli eius. conuincitur ergo tempus institutionis fuisset ante illud tempus quo discipuli christi baptizabant licet precise hora institutionis non legatur in euangelio. ¶ Istud etiam suppositum est rationabile: qa sacramentum principale legis euangelice per quod, sc3

intratur in eius obseruātiā debuit esse nouū et ꝓpriū illi legi: vt prius dictū est in.q.de institutione sacramēti in cōmuni di.j. Debuit etiā istud sacramētū esse euidēs in significatiōe. qꝛ ista est lex veritatis euacuans

B vmbrā. Et debuit esse copiosum in grē collatiōe: quia hec est lex grē. Jo.j. Gracia ꝛ veritas ꝑ iesum christū facta est. Debuit etiā esse facile: qꝛ iuguꝫ christi suaue est et onus ei⁹ leue. Matth.xj. ¶ Jtē debuit eē cōe: quia deus ad legē Moysi elegit vnū populuꝫ tm̄. sed ad nouā legē totum mundū. Jn oēm terraꝫ exiuit ꝛc. hec quatuor inueniūtur in vno.s.in ablutione cū verbis: quia hoc euidenter significat mundationem anime que est effectus principalis ꝛ dat gratiam copiose. vnde in psal. dicitur aqua refectionis. Super aquam refectionis educauit me. Est ꝛ facilis: qꝛ nullo modo ꝑiculosa sicut fuit circūcisio ꝛ cōis oī sexui ꝛ etati.

Hoc ergo supposito tanꝗ̄ vero & rationabili: videndum est primo vnde erat susceptio baptismi simpliciter necessaria. secūdo an ex eodem fuerit circūcisio euacuata? ¶ Quantū ad primū dico ꝙ institutio ꝓcessit ꝓmulgationē: non enim ꝓmulgatur lex: nisi prio sit determiata a legislatore a quo habeat firmitatem ꝛ ista determinatio pōt dici institutio: nisi etiā ab ipso sit reuelata alicui tāꝗ̄ ꝓconi solēni: ꝛ hoc si per preconem illam voluerit ꝓmulgari. ¶ De hac institutione dico duo. primo ꝙ propter eam non erat necessarium simpl'r baptizari. qđ patet Jo.xv. Si nō venissem ꝛ locutus eis nō fuissem pctm̄ nō haberent. Ex quo dicto accipio istā ꝓpositionē ꝙ nullus teneꝛ ad aliquod ꝓceptū diuinum nisi ꝑ aliquē idoneum et auctēticū sibi ꝓmulgeꝛ: vel fama veridica ꝛ testimonio bonoꝝ: cui debet quilibet ratiōabiliter credere: et hoc ītelligo de lege positiua que nō est nota interius in corde: non ergo per solam istam institutionem ꝓcedētem promulgatōem obligatur populus necessario ad baptismum: ꝛ hoc maxime de isto precepto: qꝛ erat tm̄mō positiuū. illud aūt positiuū qđ ꝓcessit de circūcisione: non debuit statim dimitti: ex quo certum fuit ꝙ a deo fuerat institutum nisi etiā certitudo fieret illud secūdū fuisse datū a deo. hec aūt certitudo de secūdo nō poterat haberi sine promulgatione auctentica. ¶ Secūdo dico ꝙ ꝓmulgatio hui⁹ sacri poterat poni duplex. vna ꝑ modū consilij. alia ꝑ modum ꝓcepti.

D hoc aūt fuit congruum ꝙ primo ꝓmulgareꝛ ꝑ modū cōsilij ꝓpter duo. primū qꝛ lex euangelica que est ꝑfectissima non debuit precipitanter imponi. sed homies prio ad illā allici cadētē adhuc sub consilio: vt postea exercitatis posset sub ꝓcepto īponi. Secūdo qꝛ lex vetus non erat mala sicut est idololatria: ꝛ iō nō debuit subito repelli: in hoc enim fuisset repulsa quasi mala: sed debuit synagoga cum honore sepeliri: vt ostendereꝛ fuisse bona ꝑ tēpore suo. Jmpositio aūt baptismi per modum precepti euacuatio fuit circūcisionis saltē quantū ad necessitatē. Debuit aūt aliquando sequi promulgatio ꝑ modum ꝓcepti: quia aliter nūꝗ̄ haberet lex ista firmitatem vel necessitatem saltē quantum ad illud sacrm̄. ¶ Et notādū ḡnaliter ꝙ ꝓmulgatio

E facta de consilio diuino obligat ad non contēnēdum: qui enim consilium contēnit: contēnit cōsulētē inquātum consulentē: et ideo nolens seruare cōsiliū diuinū euāgelicum: quasi contēnēs illud tanꝗ̄ irrationabile ꝛ infructuosum peccat mortaliter. vnde videant mordētes paupertatē euāgelicā ne forte (cum nolint seruare: qꝛ nō est necessarium) cōtēnant: qꝛ tales ꝯtēnentes: vel paruipēdentes ꝯtēnunt christū. qui hāc suasit obseruari tanꝗ̄ meritoriam et vtilem ad vitam eternam: vt habeꝛ in.vj.lib.de ver.sig. Promulgatio autem ꝑ modū ꝓcepti obligat nō solum ad nō cōtēnendū: sꝫ etiā ad obseruandū si est affirmatiuū: vel cauendū si est negatiuum. ¶ Hec autē dixi de ꝯsilio et precepto diuino: quia secus est de humano etiam loquēdo de consilio seu precepto hoīs supioris seu ꝓlati: licet enim tam consilium ꝙ̄ preceptū alicuius superioris contēnere. i. irrationabile ꝛ infructuosum iudicare: sed non lꝫ dum est ꝓlatus contēnere nō obseruando: qꝛ dr̄ Matth.xxiij. Sup cathedram Moysi sederunt ꝛc. Jstud de cōtēptu cōsilij vel precepti superioris probatur: quia nō teneꝛ aliquis necessario habere falsam opinionē de suo supiore: sed monitio eius vel preceptū potest in se ex irrōnabile ꝛ infructuosum: et F rōnabiliter ꝛ vtiliter tunc laborandum est ad eius reuocationem ꝛ ad correptionem vel amotionem talis prelati fatue ꝓcipiētis. ergo non teneꝛ subditus reputare ꝓceptū eius tanꝗ̄ rationabile ꝛ fructuosum: sed potest oppositum reputare sicut est: ꝛ sic cōtēnere non approbādo. Sic ergo pꝫ ꝙ prima obligatio baptismi ꝑ modū cōsilij obligauit oēs ad nō cōtēnēdum. secunda autem per modum precepti obligauit oēs ad quos legitime venit ad suscipiendum.

De secundo principali. s. an ex eodem fuerit circūcisio euacuata ex quo fuit susceptio baptismi simpliciter necessaria. dicitur ꝙ tēpus quo baptismus fuit sub consilio erat a prima publicatione eius vsꝗ̄ ad christi passionem: et hoc non euacuauit circūcisionem etiam quantum ad necessariū: illō enim tempore necessarium erat iudeo circūcidere paruulū suū: quia nōdum fuit illa lex reuocata sicut nec alia imposita. A tempore autem passionis vsꝗ̄ ad tempus publicationis euangelij fuit circūcisio licita: sed nec necessaria nec vtilis: qꝛ in christi morte legalia sunt consummata. qđ ꝓdatur ex illo. Jo.xix. Morte imminēte dixit Jesus consummatum est. Et si queritur quid erat paruulo iudei in remediū contra originale a passione vsꝗ̄ ad publicationem euangelij: dicitur ꝙ non circūcisio: sed fides parentū vt tempore legis nature. ¶ Tertio vero tēpore post publicationē euāgelij circuncisio fuit mortifera ꝑ quo tēpore loquiꝛ Pau. ad Gal. Q̄ si circūcidimini ꝛc. ¶ Cōtra primū arguiꝛ sic. Si vnum preceptum impositū totaliter reuocat aliud consiliū seu monitio de vno facit aliud non necessarium: qꝛ cuius actus preceptū est alterius ꝓhibitio: eius actus consilium est licentia de non obseruando reliquum. ergo si ꝓceptum de baptismo erat prohibitio circūcisionis: quātum ad fructum ꝛ consiliū de baptismo erat reddens circūcisionē non necessariam. ¶ Hoc confirmatur: qꝛ si ante passionē aliqꝭ iudeus ad predicatiōem christi vel petri paruulum suum baptizasset et non circuncidisset: si paruulus fuisset mortuus: saluatus fuisset: qꝛ recepit gratiā in baptismo. a prima enim institutione baptismus contulit gratiam. ¶ Et si dicitur qđ verū est ꝙ paruulo suffecisset baptismus: sed pater peccasset nō circūcidēdo. ¶ Contra. qꝛ ante octauum diem potuit baptizare paruulū: ꝛ ex quo ille habuit iā remediū cōtra originale: ꝛ hoc credidit pr̄. nam credidit baptismum efficacē ad hoc tūc videꝛ ꝙ non tenebaꝛ necessario ꝓuidere paruulo de alio remedio. ¶ Cōtra secūdū qđ dicitꝛ de tpe inter passionē christi et ꝓmulgatione euāgelij. arguiꝛ sic: qꝛ nullus aliter se habet nunc ꝙ̄ prius ad aliquam legē: nisi qꝛ est sibi aliter ꝓmulgata. Sed post passionē christi anteꝗ̄ apl'i baptismū ꝓdicarēt non fuit baptismus aliter populo ꝓmulgatus ꝙ̄ ante. ergo nō aliter obligabatur aliquis post passionē ad baptismum ꝙ̄ ante. nec per ꝯñs ad circūcisionem aliter se habuit. ¶ Jtē ab eodem habēt ꝓcepta. s. baptismus ꝛ circūcisio vim obligādi ꝛ medēdi seu curādi. pꝫ per Bedā super il-

Ri di.3.4 art.5.q.3.ꝛ vid eū di.1 h⁹.4.q.vi.

lud. Jo.iij.et ponit in lra dist.j. Nisi quis renatus ₰c.
Qui nūc per euāgelium suum clamat terribiliter ₇ sa
lubriter: nisi quis renat⁹ ₰c. Terribilr dr ꝓpter artā
obligationē:salubriter ꝓpter efficacē medelā:ille du=
dū clamabat p legē:masculus cuius caro prepucij cir
Gen̄.17. cūcisa nō fuerit pibit aīa ei⁹ de populo suo. Sed circū
cūcisio habuit vim obligādi vsquequo reuocaret. er=
go p idē habuit vim medēdi vsqꝫ ad illā reuocationē.
Sed p solam christi mortem nō est aliter reuocata ꝙ
prius. vt patet ex oratione procedente:qꝛ nulla lex est
aliter ꝓmulgata.ergo ₰c. ¶ Item post mortem chri=
sti vsqꝫ ad ꝓmulgationis tempus iudei tenebātur cir
cūcidere paruulos suos:qꝛ nullo mō cōstabat eis de
reuocatione circūcisionis: non autem concludit eam
paruulo:nisi vt vtilem ₇ necessariam sibi ad salutem:
quia tenebatur ponere spem in ea sicut et prius . ergo
tenebatur de necessitate habere falsam opinionem de
circūcisione.qđ nihil est dictum: quia deus nullū deci
pit nec obligat necessario ad decipiēdū. ¶ Itē nunqꝫ
fuit homo relictus sine remedio certo:et de quo non
esset certus ꝙ erat remedium certum. Sed in illo tpe
post passionē ante publicationē nullū fuit aliud certū
nouū remediū datū eis:qꝛ nec publicatū. ergo remā=
sit idem qđ prius:₇ eque certū remediū.ergo eque cir
cūcisio remāsit sicut prius. ¶ Contra tertiū qđ dicit
de tpe post publicationē euangelij.apparet act.xxj.c.
vbi legit de paulo qui ascēdit hierusalē:₇ ibi de ꝯcilio
Jacobi ₇ aliorū fratrū post quartā synodū habitā in
hierosolymis purificat⁹ ſm legē ascēdit tēplū ₇ obtu=
lit p se sacrificium:ꝙuis solēniter ante iam ibi fuerat
euāgeliū publicatū.ptꝫ act.xxj.c.qꝛ ibidē dixit Jaco=
bus. Uide quot milia hominū in iudea crediderūt et
oēs emulatores sunt legis.ergo stāte tāta publicatio=
ne euāgelij ibi:₇ in ipso Paulo ₇ in iudeis conuersis
approbat obseruatio legis. Et ipse paulus ibidē iter
tot christianos opus legis impleuit. Quo aūt tēpore
facta fuerit ista pauli purificatio et oblatio ſm legem
G coniici potest partim ex textu actum:₇ partim ex ma=
gistro historiarum.istud enim fuit ante captionē pau=
li p septē dies:sicut patet act.xxj.d. Illa autem captio
fuit circa principium regni Neronis:quia tertio an=
no regni Neronis venit romā ſm magistrū historia=
rum. Nero autem incepit regnare circa vicesimū an=
num post christi passionem. In tanto autem tempore
videt euangelium satis publicatum fuisse:₇ maxime
in iudea: vbi tamen paulus seruauit legalia.

Quātum ergo ad istum articulum di
co ꝙ in baptismo nō est distinguere nisi duo tēpora.s.
tēpus quo erat sub ꝯsilio:₇ tempus quo erat sub pre=
cepto:et primum durauit a pricipio ex quo p̄dicabat
euāgeliū vel baptismus p christū vel p aplos vsqꝫ ad
predicationē solēnē auctēticā eiusdē post ascēsionem
christi:ita ꝙ p̄mū tp̄s nullā habet differētiā p mortē
christi nec post eam ex hoc solo ꝙ aliter cucurrit post
baptismus ꝙ ante.secūdū aūt.tp̄s vt credo icipit i die
pēthecostes i hierusalē:qꝛ vsqꝫ ad illū diē apli nō p̄di
Luce.24. cauerūt publice.iuxta illđ verbū christi . Uos aūt se=
dete in illa ciuitate donec induamini ꝟtute ex alto.
Sed i die pēthecostes misso spū sctō solēniter p̄dica=
uerūt:₇ apposite sunt illo die circiter tria milia et ba=
ptizati sunt. Act.ij. Inde aūt ad alias ciuitates ſm or
dinē cuilibet loco vel gēti erat tp̄s.secundū qñ ibi pu=
blice ₇ solēniter p̄dicabat lex euāgelica: ita ꝙ tp̄s nō
icepit simul apud quodcūqꝫ:sꝫ de syō exibat lex ₇ ver
Ca.2. bū dñi de hierusalē.iuxta ꝓphetiā Esaie.₇ qbusdam
icepit tp̄s scđm ad mēsem post pēthecostē ₇ aliqb⁹ ad
annū aliqb⁹ ad decē annos:₇ sic deinceps sicut eis p̄di
cabat. ¶ Sed quātū ad circūcisionē distiguo qtuor
tp̄a: p primo erat necessaria. p scđo vtilis nō necessa= I
ria. p tertio nec vtilis nec necessaria:tñ licita. p qrto
oīno illicita ₇ mortifera. p̄mū tp̄s circūcisiōis p̄cessit
vtrūqꝫ tēpus baptismi. scđm tempus circūcisionis cō
comitabat p̄mū tēpus baptismi. Nā sicut argutū fuit
p̄us ex quo prio ꝯsulebat baptism⁹ nō fuit circūcisio
necessaria volenti baptizari. Sed tūc cucurrit vtrūqꝫ
sub disiunctione vt iudeus eligeret quodcunqꝫ vellet:
licuit enim ₇ profuit sibi circūcidi si voluit : nec enim
fuit tunc reuocata quantū ad vtile:nec quantū ad lici
tuꝫ.licuit etiā sibi:imo laudabile fuit baptizari.₇ hoc
etiā satis ꝯgruū fuit ꝙ in tpe intermedio iter duas le=
ges qñ nō subito p̄ma tollit nec scđa imponit:illo in
ꝙ tpe simul currant ambe sub disiunctione. Tertium
autem tēpus circūcisiōis cucurrit cū scđo tpe baptis=
mi:₇ hoc quātū ad iudeos vsqꝫ ad illud tempus pau
li de quo argutū est prius:immo verisimile est ꝙ bene
vltra:qꝛ tpe purificationis pauli videbātur fratres in
hierosolymis approbare obseruātiā legis:₇ de ea cō=
sulere paulo.sed quantum ad gētiles ꝯuersos ad fidē
scđm tp̄s baptismi ₇ quartū ₇ circūcisionis simul cō=
currūt saltē post.xiiij.annos a passione christi vel cir=
citer qñ.s.paulus ascēdit hierosolymā ad seniores su
per illa q̄stione ꝯsulēs:de qua habet actuum.c.xv.vbi
p̄mo allegat petrus factū Cornelij.de quo habet act.
x.et deinde Jacobus tāqꝫ ep̄s in hierosolymis ꝓfert
sentētiā ſm magistrum historiarum dicēs. Ego iudi=
co non inquietare eos qui ex gentibus conuertunt ad
deum:et scribe ad eos vt abstineant se a cōtaminatio=
nib⁹ ₰c.et de illis quatuor:duo.s.abstinere ab idolola
tris ₇ fornicatione sunt necessaria. Et ideo specialiter
eis scribēda:qꝛ de illis gētes minus curabāt:duo alia
scilicet ꝙ abstineant a suffocato ₇ a sanguine erat ne=
cessaria:sed bñ congruebāt vt gētes conuerse ab ipis
abstinerēt ne essent abhominabiles iudeis:sicut in so
cietate bñ decet ꝙ homo abstineat a qbusdam q̄ sunt
abhomiabilia socijs:lꝫ nō sint simplr illicita. ergo se=
cūdum tp̄s baptismi a p̄ncipio sui totalr fecit circūci=
sionē illicitā quātū ad gētes ꝯuersas. vel saltē post tē=
pus tertij ꝯcilij hierosolymis:de quo nunc tactum est
de quo seniores decreuerūt legē nō debere iponi gen=
tib⁹ ꝯuersis.xiiij.vel.xv.āno post passionē christi. Sꝫ
quantū ad iudeos cōuersos scđm tp̄s baptismi nec a K
p̄ncipio sui nec post ꝯciliū illud tertiuꝫ aplorꝫ exclusit
oīno circūcisionē tāqꝫ illicitā.nec alia legalia. sꝫ mul=
to post tpe licite seruabant. ¶ Si obijcit ꝙ Paulus
restitit Petro in antiochia vt ip̄e scribit Gal.ij. Cum
venisset inquit cephas in faciem ei restiti.qꝛ reprehen
sibilis erat:et reddit causam.prius enim ꝙ venissent
quidā a Jacobo edebat.p.cum gētibus. Cum autem
venissent subtrahebat et segregabat se ab illis timens
eos qui ex circūcisione venerant:₇ filiationi eius con
senserunt ceteri iudei:et sequit ibidem reprehēsio. Si
tu iudeus cum gentiliter ₇ non iudaice viuis:quomō
gentes cogis iudaizare? Istud autē non erat diu post
illum tertium conciliū in hierosolymis: vt pꝫ.ſm ma
gistrū historiarū. Nam.iiij. Claudij anno venit petrus
romam:et in illa via versus romā cum trāsiret antio=
chiam facta sunt ista.hoc autem erat satis cito post cō
ciliū supradictum:quod fuit decimoquarto anno vel
decimoquinto post passionem christi. ¶ Rñdeo.ꝙ de
isto facto petri si peccauerit vel non videbat cōtrouer
sia inter duos egregios apostolos.s.petrū et paulum:
et postea inter doctores famosos Augu.et Hierony.
Salua reuerentia aliorum teneo cum paulo ₇ Augu.
licet enim apostoli in actib⁹ vel verbis que dixerūt vt
homies potuerūt errare:tñ nullus apls vel propheta
inquātū scriptor alicuius partis scripture aliquo mō

L errauit: qꝛ ſm Aug. in epiſtola ad Hierony. ⁊ ponitur
in canone diſ. ix. Si ad ſcripturas diuinas admiſſum
fuerit aliquod mendacium quātūcūqꝫ paruū ſeu offi-
cioſum nihil remanet in eas ſolide veritatis: qua con-
uincat aduerſarius. q̄cq̄d em̄ ꝯtra ipz allegatū fuerit
rñdebit illud mendaciter eſſe dictū ioco ſe vel officio-
ſe: vt eſt illud aliud qd concedit ita eſſe dictū. vñ dicit
ibidem Augu. His ſolis libris ſcriptoꝝ qui canonici
nominantur hanc didici ferre reuerentiam: ꝙ nullum
eorū in ſcribendo erraſſe firmiſſime credā. Cum ergo
paulus ad Gal. q̄ eſt pars ſcripture canonice: hoc ſcri
bat. in faciē eius reſtiti. qꝛ reph̄ēſibilis erat. et ſubdit.
Cum autem vidiſſem ꝙ non recte ambularet ad ve-
ritatem euāgelij neceſſe eſt dicere iſta verba eſſe ſim-
pliciter vera: vel totius ſcripture auctoritas auferret.
Querendū eſt ergo qs ſit itellectus iſtoꝝ verboꝝ vt
vera ſint: non enim poteſt dici ꝙ tunc reprehenſibilis
erat: quia ſeruabat tūc legem. Nam poſt illud factum
etiā paulus circūcidit thimotheum. iſtud enim fuit fa
ctum cito poſt tertiū cōciliū. Barnaba adhuc exiſtēte
cum paulo in antiochia poſt reuerſionē eoꝝ de hieru
ſalē vt magiſter hiſtoriaꝝ narrat: qñ. ſ. petrus pagens
romam tranſiuit per antiochiam. Paulus autem cir-
cūcidit timotheum poſt ſeparationē eius a Barnaba
qñ ſumpto Syla profectus eſt ad viſitādū fratres qui-
bus prius pdicauerat: vt pz act. xvj. ¶ Poſt illud etiā
tempus bene ad quatuoꝛ annos paulus purificat⁹ eſt
ſm legem: et tota multitudo conuerſa in iudea obſer-
uabat legem. Act. xxj. nec videt ꝙ reph̄enſibilis erat:
quia ſic obſeruabat legem. ſ. in diſcernendo ciboſ. qꝛ
⁊ hoc non magis fuit nō mortiferum ꝙ̄ alia legalia. ſ.
purificatio et hmōi. Uel ergo dicetur reprehenſibilis
fuiſſe: quia in illo actu obſeruabat legē ſubtrahēdo ſe
a gentibus in cibo ⁊ potu: ꝙ hoc non erat faciēdum:
videt pri⁹ ſibi fuiſſe dictuz a deo. Act. x. de Cornelio.
vel quia prius non ſeruans legem in hoc coꝛam gen-
tib⁹ poſtea venietibus iudeis etiā in hoc obſeruabat.
¶ Et vtrūqꝫ iſtoꝛum duoꝝ poſſet poni multipliciter.
primum enim poterat dici reprehenſibile. qꝛ ad quā-
cūqꝫ eccleſiam veneris: illi te conformes. ait Ambro.
Aug: ergo reprehenſibile fuit in eccleſia gentium non
conformare ſe mō eoꝝ viuēdi. vel qꝛ in hoc dabat oc-
caſionem gentibus ſeruandi legē: vel qꝛ oſtendēs fa-
cto illud eſſe neceſſariū: vel ſaltē neceſſariū ad hoc vt
cōuerſi ex iudeis vellent cōicare cū eis: ⁊ ſepe inferio-
res facerent aliqua difficilia ne excluderētur a cōione
ſuperioꝝ. ¶ Ad iſtum intellectum poteſt referri illa
reprehenſio pauli. Gentes cogis iudaizare. Gal. ij. c.
vel oſtendēdo eis exēplo neceſſarium ſimplr̄ foꝛe eis
ſeruare legē. vel foꝛe neceſſarium eis vt ſint digni cō-
munione iudeoꝛum fidelium: vel ſaltem laudabilius
eis foꝛe exempla maioꝛum imitādo ꝙ̄ foꝛet oppoſitū
ſecūdū etiā pōt intelligi: vel qꝛ ſimulabat nō reputās
hoc coꝛde eſſe faciendum qd fecit in opere. Ex primo
enim facto qd fecit in abſentia nūcioꝛum Jacobi. ap-
paruit ꝙ non ſenſit foꝛe abſtinēdum a gētibus cōuer
ſis ad fidē: ⁊ in ſcdo facto oſtēdit ꝙ hoc eſſet faciēdū:
⁊ ad iſtum intellectū poteſt referri illud verbum pau-
li. ſimulatione eius ꝯſenſerūt ceteri. Gal. ij. ⁊c. ¶ Uel
poſſet ſcdm dici reprehenſibile. quia nō vtebatur au-
ctoꝛitate prelati. cum enim eſſet ſuperioꝛ illis nunciis.
Jacobi magis debebat ipſe veritatē conſtanter tene-
re in opere et eos adducere ad rectitudinem ſuam ꝙ̄
pp̄ter timoꝛē eoꝝ flecti ad illud qd erat eis placitum
vel magis acceptū: ⁊ talis remiſſio ſeu timiditas pre-
lati eſt pro tempoꝛe reprehenſibilis: et ad iſtum intel-
lectum poteſt referri qd ait paulus. Segregabat ſe ab
alijs timēs circūciſos. nō enim erat ibi vere timoꝛ: qꝛ
ſimplr̄ licitum erat iudeis non ſeruare legem: ⁊ maxi
me quādo erāt inter gētes: ⁊ hoc debuit petrus exem
plo ſuo oſtendere nuncijs alijs tanqꝫ ſuis inferioꝛib⁹.
¶ De ſingulis iſtoꝛuz quatuoꝛ poſſet diſcuti qualiter
vel quātum eſſet reprehēſibile: ⁊ ſi poſſint verba pau-
li in ſcriptura ſaluari ibidē. c. ij. meli⁹ eſt dicere quod-
cūqꝫ iſtoꝛum ibi fuiſſet: fuiſſe. veniale ꝙ̄ moꝛtale. Nec
poteſt excuſari petrus ꝙ hoc faceret pp̄ter ſcandaluz
iudeoꝛum vitandum. qꝛ non erat ibi materia ſcandali
pfectis necꝫ paruulis. ſed tm̄ phariſeis de quo ſcāda-
lo nō eſſe curādū docet chriſtus. Matth. xv. Cui cum
dixiſſent diſcipuli. Scis quia audito hoc verbo pha-
riſei ſcandalizati ſunt. ſ. de comedendo abſqꝫ lotione
manuum. Reſpondit. qd enim intrat in os non coin-
quinat hoīem ⁊c. quaſi diceret: nō curetis de illo ſcan-
dalo. Sinite illos ceci ſunt duces cecoꝛum: tale autez
ſcandalum fuiſſet hic: quia ex gñe act⁹ nullus debuit
ſcandalizari: niſi male ſentiens de libertate euangeli-
ca: nec p ſimilē rōnē de ſcandalo vitando poteſt excu-
ſari paulus in circūcidendo Timotheum vel purifi- Act. 16.
cando ſe: qꝛ nullū illicitū eſt cōmittēdū pp̄ter ſcanda Act. 21.
lum quodcūqꝫ vitādū. vnde extra de regulis iuris. q̄
ſcandalizauerit: vtilius ſcandalum naſci permittit ꝙ̄
veritas relinquat: ad minus hoc verū eſt pro veritate
vite in preceptis negatiuis ſemp et pro ſemp: et in af-
firmatiuis p tempoꝛe p quo ſunt adimplēda. ¶ Bre
uiter ergo paulus licite inter iudeos ſeruauit legalia
etiā multo tempoꝛe poſt tertium cōcilium: et hoc fuit
licitum. dū tamen ipe non poneret in eis ſpem: lz non
eēt vtile nec neceſſariū. Inter gentes aūt gentibus ſe
conformauit: qꝛ licuit ſibi legē nō ſeruare p illo ſcdo
tpe baptiſmi. Petrus aūt in hieroſolyma ſeruans le-
gē nō peccauit: qꝛ licuit iudeo ⁊ inter iudeos legē ſer-
uare tunc. In antiochia aūt inter gētiles ꝯuerſos nō
ſeruās legē non peccauit: ſed ſe confoꝛmans eis in ci-
bis ⁊ potibus non peccauit: ſibi enim licuit nō ſerua-
re legem: peccauit aūt poſtea ſegregans ſe ab eis in ci-
bis ⁊ potib⁹ pp̄ter aliquā quatuoꝛ rōnū pdictarū: vt
verba pauli pdicta ſaluentur. ¶ Et ſi queras qñ fuit
circūciſio ſimplr̄ illicita etiā iudeis cōuerſis. ¶ Rñ.
ꝙ tēp⁹ illud nō habemus in ſcriptura aliqua: qꝛ hiſto
rica ſcriptura nō pducit eccleſiā vltra qntū annū Ne
ronis. ſ. nō vltra triceſimū annū a paſſiōe chriſti: ⁊ to
to illo tēpoꝛe etiā iudei ꝯuerſi obſeruabāt legē: qd eis
licuit: nec credo ꝙ hoc fuerit omiſſum vſqꝫ ad euerſio
nē hieruſalē ſiue ad diſperſionē iudeoꝝ cum gentib⁹
inter iudeos conuerſos: nunc enim foꝛte cōfoꝛmabāt
ſe gentib⁹ inter quas erant diſperſi: ⁊ ſic paulatim ceſ-
ſauit etiam apud eos obſeruatio. Uel poteſt aliter di-
ci ꝙ deus p apoſtolos vel ſucceſſoꝛes eoꝛum determi
nato tpe ſimplr̄ prohibuit legalia ſeruari. lz de hoc nō
habeamus in ſcriptura: qꝛ hiſtoria ſcripture nō datur
vel durat vſqꝫ ad illud tempus. iſtud aūt eſt pbabile:
quia eccleſia tenet qd hereſis eſt dicere legalia curre-
re cum lege euangelica. vt habet extra de baptiſmo ⁊
eius effec. c. maioꝛes: vbi dicit Inno. Abſit vt in illaz
dānatam hereſim icidamus que ppterā affirmabat le-
gem cum euāgelio: ⁊ circūciſionē cū baptiſmo ſeruā-
dā. Non autē videt ꝙ eccleſia hoc iudicaret hereſim
ex ſola omiſſione iudeoꝝ quadā neceſſitate diſperſio-
nis ſeu hmōi non ſeruantiū legē. ſed videt ꝙ hoc fuit
pp̄ter aliquā reuocatiōnē ſimplr̄ factam a deo.

Ad argumenta pro op. precedente.

¶ Ad primū cū dicit ꝙ circūciſio nō fuit ante moꝛtē
chriſti reuocata: verum eſt tanqꝫ inutilis ⁊ illicita: ſed
bene tanqꝫ relaxata vt iam non eſſet neceſſaria: qꝛ cō- M
ſilium de alio remedio relaxauit preceptum de prioꝛi.
Ex quo enim ſecundum fuit remedium ſimpliciter ⁊
cōſulebat. licuit: imo laudabiliter licuit nō vti reme-

dio priori circa idē. ¶ Ad illud Jo. xix. Consummatū est. dico q̄ hoc itelligit de his que scripta sunt de filio hominis. iuxta illud Lu. xviij. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā ꝛ ꝯsummabunt oīa que scripta sunt ꝑ prophetas de filio homīs. Uel si illud referat ad antiquā legem si debet intelligi. cōsummatū est in cā. nā mors christi cā erat ꝯfirmatiōis legis euāgelice: sed illa nō fuit confirmata tanq̄ necessaria ad obseruandū ante p̄dicationē eius publicā: que non incepit in passione: sed in pēthecoste tpe enim intermedio sederunt in cenaculo nemini solēniter vel publice predicantes.

Ad argumenta principalia.

¶ Ad primum dico q̄ in lege erant moralia siue legalia: iudicialia et cerimonialia: et quantum ad quodlibet istorum potest intelligi verbum christi. Non veni soluere ꝛc. quia decalogus simpliciter manet: sed ꝑfecti⁹ exponit q̄ iudei itelligāt. vt ptz Matth. v. Audistis: q̄ dictū est antiquis. non occidēs. Ego aūt dico vobis. Quicūq̄ dixerit fratri suo racha ꝛc. et non mechaberis ꝛc. Ego autē dico vobis. Quicūq̄ viderit mulierem ad concupiscendum eam ꝛc. Judicialia autē manent. non in se: sed in equipollenti quantum ad finem. Finis enim iudicialium erat pacifica cohabitatio hominum: mores autem euangelici plus valent ad pacificā conuersionem q̄ lex talionis: magis enim seruat pax si non percutias percutiētē q̄ si oculus pro oculo et dens pro dente reddatur: vnde breuiter nullum iudiciale illius legis: quia illius legis: ligat nūc: licet tū bene principibus nunc statuere aliqua que erant in lege Moysi. ꝛ illa ligāt auctoritate pricipis nūc statuētis: non auctoritate legis veteris. sicut lz vni regni in regno suo statuere legē q̄ est in alio regno. sz illa nō ligat ibi: quia lex est alterius regni: sz quia istituta hic ab isto rege. Cerimonialia autē non manent in se: sed in suis significatis: q̄ vmbra transijt ꝛ veritas successit. Omnes enim ille purificationes significabant purificationē a pctō: ꝛ ille oblationes figurabāt oblationē perfectam christi: ꝛ actus quosdā latrie: fidei: spei: et charitatis in deum. et hec sunt completa: hostia illa iam oblata: ꝛ per eam peccatis purgatis: ꝛ mentibus in cultum dei directis. Dico ergo q̄ non venit soluere legem vel circūcisionem quantum ad fructū ad quem erat instituta: immo perfecit eam copiosius remedium ꝛ longe ꝑfectius instituendo: vt dictū est in declarando suppositū isti⁹ q̄stionis. ¶ Ad ꝯfirmationē cū dr: christ⁹ in se fuit circūcisus. ¶ Rn̄deo. nō oportuit legislatorem statim circa natiuitatē suā legez ferre. Et ideo in principio sui tpis lex prior adhuc durauit: vn̄ ꝛ illa q̄ fuerūt legis nature fuerunt obseruanda circa Moysem vsq̄ ad tēpus dationis legis in mōte synai ita hic: ꝛ eodē modo pōt dici de agni paschalis comestione in cena: quia in morte christi causaliter expirauit lex vetus: lz non pro tunc: se pro tempore publicationis hui⁹ cause ꝛ legis euangelice. Et ideo vsq̄ ad mortē potuit christus licite illa cerimonialia seruare. ¶ Ad secūdū pōt exponi fedus sempiternū in se vel in equiualēte: vel forte magis ad intellectum litere q̄ erat fedus sempiternū inter deum ꝛ abraā: ꝛ specialr eius semen: q̄ nunq̄ fuit aliud signum specialiter inter deū ꝛ illud genus: ꝛ tamen futurum erat aliquod signum federis inter deum ꝛ totum genus humanū: et melius erat semini abrae transire in illud fedus cōmune q̄ remanere sub signo federis spālis: q̄ melius est partem esse in toto cui simpl̄r bene sit: q̄ esse distinctum a ceteris partib⁹ vt sibi aliqualiter bn̄ sit ꝛ alijs male. ¶ Ad tertium patet: q̄ quātū ad gētiles cōuersos p̄ceptū de circūcisione erat reuocatū in tertio ꝯcilio auctoritate petri et iacobi: imo spūs scti: q̄ ait iacobus. Uisum est nobis ꝛ spūi sancto: q̄tum autē ad iudeos supponit aliqn̄ reuocata: lz tēp⁹ reuocationis non fuerit simpliciter explicitum in scriptura.

Act. 15.

¶ Hic dicendum est aliquos suscipere sacramētum &c. Distinctio Quarta.

POstq̄ magister egit de baptismo quantum ad eius intrinseca hic agit de suscipientibus baptismum ꝛ cōsistit tota determinatio istius distin. in declarādo quādā distinctionē trimēbrē de suscipientib⁹: que est q̄ aliqui recipiūt sacramentum ꝛ rem: aliqui sacramētū ꝛ nō rē: aliqui rē ꝛ non sacramētū: ꝛ diuidit in tres. In pria hui⁹ diuisionē ponit. In scda eā exponit. In tertia circa eam dubitatiōes mouet ꝛ ponit. secunda ibi. (Sacramētū ꝛ rem). tertia ibi. (Solet queri de illis). Prima pars manet indiuisa. Secūda diuidit in tres s̄m tria mēbra que declarat. secūdū mēbrū ibi. (Si vero sine fide). tertiū ibi. (Sunt ꝛ aliq̄). Et vtraq̄ istarū partiū habet duas: q̄ primo declarat veritatē. Secūdo obijcit ꝛ soluit. ꝛ ꝯtra dicta in declaratione secūdi membri ponit duas obiectiones. Prima est ex auctoritate Aug. ibi. (Uidet tū Aug.) Secūda ex auctoritate apostoli. ibi. (Querit quomō). Contra etiā dicta in declaratiōe tertij membri ponit duas dubitatiōes. pria ibi. (Eis aūt videt). tertia ibi. (Sed dicūt aliq̄). Tertia pars principalis diuidit in duas s̄m duas dubitatiōes quas mouet. prima mouet circa tertiū mēbrum: ꝛ ponitur ibi. (Solet queri ꝛc.) secunda mouetur circa secūdum membrū ibi. (Solet etiam queri). Primum membrum. s. suscipere rem ꝛ sacramentum certum est q̄ conueuit paruulis. Secundum scilicet recipere sacramentum ꝛ non rem. certū est q̄ tm̄ conuenit adultis. Tertium membrum potest competere vtrisq̄: quia vtriq̄ possunt habere baptismū sanguinis ꝛ flaminis. Secundū hoc ergo primo querēdū est de paruulis. secūdo de adultis. tertio simul de vtrisq̄. ¶ Quātum ad paruulos tria quero. Primo vtrum paruuli sint baptizādi. Secūdo vtrū paruuli baptizati recipiāt effectum baptismi. Tertio vtrum paruulis existens in vtero matris possit baptizari.

Questio Prima.

AD primū arguitur q̄ nō: quia baptismus est remedium cōtra peccatum. Sed paruuli non habent peccatum: quia nec vsum ratiōis vel voluntatis ꝛ s̄m Augu. de vera religione. Peccatū adeo est voluntariū q̄ si non sit voluntarium non est peccatum. ergo ꝛc. ¶ Itē Matth. vlti. Qui nō crediderit cōdēnabitur. Paruulus nō pōt credere. ergo ꝑ baptismum non potest saluari. ergo frustra baptizatur.

Contra Augu. de fide ad petrum. Firmissime tene paruulos qui sine sacramento baptismi de hoc seculo transeunt eterno supplicio puniendos: quia originale peccatum in carnali conceptione contraxerunt.

Hic fuit error pelagii q̄ paruuli non habēt peccatum origiale. de hoc ꝛ eius improbatione tactum est lib. ij. dist. xxx. ¶ Teneo ergo oppositum:

quia cū sm scripturā z fidē paruuli ɔtrahāt originale peccatū: ad eius deletionē: que necessaria est ad salutē. sunt baptizandi. qꝛ tpe legis euāgelice baptismus institutus est in remediū ɔtra illā culpam. ¶ Ad primum argumentum. illa auctoritas Augusti. debet de actuali peccato intelligi: z isto modo peccatū originale fuit in primo parēte volūtariū: nō tamē oportet φ quodcūqꝫ peccatū sit volūtarium voluntate illius in quo est. ¶ Ad aliud patet φ debet intelligi de adultis per illud qđ precedit. Qui crediderit z baptizatus fuerit. Vel potest dici φ q̄ non crediderit nec actu nec habitu cōdēnabiꝛ: quia sm apostolum Hebre. xj. Sine fide impossibile est placere deo. credere enim oportet accedentem ad deum. Paruuli autem et si nō possunt habere actum credendi. possunt tn̄ habere habitum: vt in sequenti. q. diceꝛ. ideo non valet.

Quæstio. II.

Ad secundum sic proceditur z arguitur φ paruuli baptizati non recipiūt effectū baptismi: qꝛ talis effectꝰ est gr̄a. Paruuli nō recipiūt gr̄am: qꝛ non infundiꝛ sine fide: qꝛ sine fide īpossibile est placere deo: vt habeꝛ Hebre. xj. Sed paruuli non recipiūt fidē: qđ probo: primo auctoritate apl̄i Ro. x. Fides est ex auditu. paruuli nō possunt sic accipere fidem. Secūdo ꝓbo rōne: qꝛ habēs habitū pōt vti eo cū voluerit non īpeditus. paruulus baptizatus cū venerit ad vsum rōnis nō pōt vti habitu fidei: qꝛ nō potest exire in actū credendi articulos fidei. Et ɔfirmaꝛ istud qꝛ habēs habitū se habet aliter ad actum φ̄ non habens. aliquo enim mō habitus se habet ad actū: et sm illū modū differt habēs a nō habēte. sꝫ paruulus baptizatus nullo mō aliter se habet ad actū credendi φ̄ si nō fuisset baptizatus: qꝛ si baptizatus nutriatur inter infideles z ab eis doceaꝛ: similr̄ acquiescet erroꝛi eoꝝ sicut alius nō baptizatus: si etiā nō baptizatus nutriꝛ inter fideles z in lege eoꝝ doceaꝛ: silr̄ acqescet illi legi sicut aliqs baptizatus. Si ergo nullo mō aliter se habet ad actū credēdi baptizatus φ̄ nō baptizatus nullo mō habet habitum fidei. ¶ Si vero respōdeaꝛ φ habitus acquisitus aliquo modo se habet ad actū: nō sic autē infusus. ¶ Contra hoc: et ad confirmationē principalis argumenti: qꝛ si deus infunderet alicui habitū geometrie cōcurrētibus sibi rōnibꝰ terminoꝝ geometraliū posset ex illo habitu assentire veritatibꝰ geometricis, ergo a simili in ꝓposito ex fide infusa si adesset posset habēs assentire occurrētibꝰ rationibus terminoꝝ z ita apprehensa ratione mortui z resurrectiōis posset aliqs assentire huic veritati: mortui resurgēt: cuius oppositū experimur. ¶ Tādē confirmaꝛ ꝓpositū: qꝛ cū habitus det aliquā facilitatē et delectationem in opere. ex. ij. ethi. Nullus autem facilius nec delectabilius operatur ɔtra habitū suū φ̄ sm eū. Sed paruulus baptizatus postφ̄ fuerit adultꝰ facilius dissentit a credibilibꝰ φ̄ consentiat vt expimur. ergo zc. ¶ Itē ad principale. Nullus recipit gratiā a deo nisi aliquo mō sibi cōiungaꝛ. nam actualiter auerso et oīno indisposito deus nō dat gr̄am. Prima autē cōiūctio ad deū fit ꝑ fidem. ergo nō habēti illā nō daꝛ gr̄a. Paruulus nō habet eā ante baptismum. ergo nō daꝛ ei in baptismo. ¶ Contra. Aug. in ench. A paruulo recenter nato vsqꝫ ad decrepitū sicut nullus ꝓhibetur a baptismo: ita nullus est qui non moriatur peccato in baptismo. Sed nullus moriꝛ peccato nisi recipiat gratiam. ergo zc.

scepto ponitur caracter. ¶ Istarum congruentiarum tertia est magis rationabilis: quia est etiam specialis de baptismo. due alie talem habent probabilitatem ꝙ si ponetur caracter tali modo ponetur: qualem ille cōgruentie tangunt: puta secundum primaȝ ponitur dispositio ad gratiam. Rationabile est enim quando ab eodem agente causantur in eodem subiecto due forme ordinate hoc est non ex equo quantum ad causationē nec eque perfecte: ꝙ sic vna dispositio ad aliam et hoc non perfectior ad imperfectiorem: sed econuerso. A deo autem in baptismo causantur caracter ⁊ gratia. et vtrumq; modo non ex equo. ergo cum caracter sit imperfectior: congruum est ipsum esse dispositiuum ad gratiam que est perfectior. ¶ Sed tamen ista cōgruētia nō probat ꝙ oportet talem formaȝ ponere que sit dispositio alioquin cum in quolibet sacramento cōferatur gratia: in qualibet: requireretur dispositio p̄uia: applicando tamen rōne illam specialiter ad baptismū hȝ maiorem euidentiam. q: primum sacramentū cōferens gratiam est baptismus: ⁊ per cōsequēs in ipo magis debet cōferri dispositio ad gratiam q̄ in aliq̄ alio q̄a dispositio naturaliter precedit formam ad quā est: et ideo non similiter opȝ ꝙ imprimat in aliis p̄sterioribus sacramētis. ¶ Sed secunda est nimis vl̄is: q̄a eque concludit de quolibet sacramento q̄a quodlibet institutum est sic ꝙ non sit vanum: ponere autem in aliis sacramētis quedā ornatum correspondentem caracteri omnino superfluum est: sicut tactum est. s. di. j Et potest formari ratio ad oppositum de aliis sacris/ ꝙ ista ratio non concludit. ¶ Si enim aliquis eque fictus potest recipere aliquod sacramentum sicut fictus recipit baptismum: q̄d apparet probabile: quia non videtur maior necessitas determinare dispositioneȝ ad hoc ꝙ absolute recipiat sacramentum penitentie q̄ ad hoc ꝙ absolute recipiat sacramentum baptismi: ⁊ recipiens sacramentū p̄nie nullū omnino effectum inuisibilem recipit. ergo non necesse est propter veritatem sacramenti ꝙ baptizatus recipiat aliquem effectuȝ inuisibilem. sic ergo breuiter teneatur conclusio propter auctoritatem ecclesie prius adductam: ⁊ due congruētie: vna de susceptione in familiaȝ christi: ⁊ alia de dispositione conferēda sunt probabiles/ ¶ Ad argumēta alterius opinionis. ¶ Ad illud quod tangitur primo in modo ponendi dico ꝙ alia consecrata non recipiunt formam inherentem eis: quia non sunt capacia. homo autem capax est gratie ⁊ dispositionis cuiusdā ad gratiam. ⁊ ideo quando propter impedimentuȝ suum non recipit gratiam: recipit tamen istam dispositionem. ⁊ ista est caracter. ¶ Et si obiicitur in eo ꝙ hō non recipit sanctitatem formaliter non distiguitur ab aliis sanctificatis: que nō p̄nt recipere s̄ctitatem formaliter. cuiusmodi sunt ista cōsecrata calix. ⁊ huiusmodi. ¶ Respondeo ꝙ homo in ista negatione. s. non recipere sanctitatem formaliter non distinguitur ab illis: sȝ distinguitur in hoc ꝙ est capax non solum sanctitatis formaliter: sed dispositionis ad eam. ista autem nō: et si non recipiat illud vltimum propter impedimentum ex parte eius: tamen recipit dispositionem preuiam. ¶ Ad illam rationem primam de necessitate ponendi plura. respondeo ꝙ etsi non possit istud euidenter necessario probari ex creditis: tamen ponendi necessitas est hic. quia ecclesia ponit: ⁊ congruentie sunt quales: prius adducte sunt: nec valet argumentum negatiuuȝ si nec Dionysius nec Dama. ergo nullus. sufficit enīȝ auctoritas ecclesie: quia Aug. de moribus manicheorum. Euangelio non crederem nisi crederem ecclesie. ¶ Ad aliam rationē que p̄cedit ex medio eodem: scȝ ꝙ nihil ponendum est frustra. ¶ Respōdeo ꝙ licȝ de potētia absoluta posset deus causare gratiam que est principalis effectus baptismi ⁊ etiam illos alios effectus propos assignatos caracteri. s. assimilare ⁊c. sine tali forma absoluta que ponitur caracter. tamen de potentia ordinata tenetur ꝙ causat illos effectus mediāte ista forma: ⁊ congrue propter rationes predictas.

¶ Et tunc ad rationē cū dicit̄ aut est dispositio ex p̄te passi: vel agentis. ¶ Respondeo. nō agentis quasi sit quoddam agens medium inter primum agens ⁊ passum. non enim pono caracterem habere aliquam p̄tutem actiuaȝ respectu gratie causande: sed deum assistere illi tanq̄ signo inuisibili ad causandum gratiā: quā signat recedente impedimento siue obice ih̄erēte. Est ergo dispositio ex parte susceptiui q̄a est forma p̄or sine qua non recipitur forma posterior: non quidem q̄si sit ratio susceptiui respectu posterioris: sed ꝙ prius insit q̄ posterior nō simpliciter necessario sed necessario comparando ad potentiam ordinariam agentis causantis vtramq; formam. ¶ Et cū dicitur vltra ꝙ posset effectus baptismi haberi per veram penitentiā. dico ꝙ de potentia ordinata non pōt s̄m istam opiniōeȝ haberi perfecta innocentia sine tali forma intrinseca cui deus assistit ad talem innocentiam causandam.

¶ Ad illa que obiiciuntur de aliis effectibus: puta d̄ distinctione ⁊ assimilatione. patet ꝙ ⁊ si absolute distinctio ⁊ assimilatio possent esse per actum transeunteȝ in preteritum: tamen perfectius et magis congrue sūt p̄ aliquam formam derelictam post actum transeunteȝ. ¶ Consimiliter ad illud de obligatione seu configuratione: quia si homo recipiens homagium alteri⁹ vel prelatus recipiens alium ad professionē posset aliquā formam imprimere obligato: magis hoc faceret q̄ ꝙ absolute per actum preteritum sibi esset obligatus: deus autem potest talem formā cōfigurantem hoc ē ostendentem obligationem imprimere in anima. ¶ Quod etiam additur de signo rememoratiuo. dico ꝙ rememoratiuum est non tantum p̄pter illos respectū quorum habet rōnem signi ducēs in ratiōem signati: sicut arguit̄ diuidendo: sed hȝ rōnem signi rememoratiui p̄p̄ ipsum qui suscipit. ⁊ tamē si ponat̄ p̄pter alios. nō tantum esset quoddam in se rememoratiuum sacramenti: sed etiam esset signum ductiuum in illud sicut signum dicitur quod facit aliud in cognitioneȝ venire. ¶ Potest etiam concedi ꝙ in comparatione et ad deum et proximos siue in beatitudine ad gloriam siue in damnatione ad confusionem. ¶ Et quod obiicitur ꝙ deus posset cognoscere ouem suam sine signo. non obstat quia etiam potest eam nosse cum signo. beati etiam et damnati possunt istam nosse signatam quam non noscerent non signatam. quia in beatitudine ad maioreȝ gloriam: ⁊ in damnatione ad maiorem confusionem.

¶ Et cum obiicitur de fide ⁊ charitate siue de merit̄ dicetur in responsione ad secundum argumentum p̄ncipale. ¶ Sed illa que obiiciuntur ibi de christo ⁊ matre eius: ꝙ caracter non est beato ad gloriaȝ: solui possunt: quia sicut in natura creata sunt alique perfectiones non simpliciter: sed in tali natura: quia sunt perfectiones supplentes imperfectionem ita potest dici de isto ꝙ est perfectio supplēs imperfectionem. ⁊ ideo nō competit omnino perfecto neq; etiam cōpetit illi persone in qua est aliqua perfectio maior supplens imperfectionem q̄ sit ista. ¶ Ad tertiam rationem pro opi. potest dici ꝙ deus peccanti mortaliter in ipo actu: quo peccat mortaliter. confert aliquod donum suum: quia non vult sacramentum suum quod vere ab eo suscipitur: esse vanum: ⁊ ita vult ibi aliquem effectum causare: non autem vltimum: quia indispositus est. ¶ Et cum probas ꝙ perfecte curat: concedo quando curat: sed tunc non curat immo tantum disponit istum siue preparat ad curationem: ⁊ concedo ꝙ perfecte prepa=

rat.⁊ iſtud eſt rationabile:quia licet in actionibus be=
ne placiti circa perſonas priuatas forte nõ ꝯferat do=
na ſua pertinentia ad ſalutem illius perſone niſi perfe
cte ſanando illam perſonam. In actibus tamen ĩ vni
uerſalibus concomitantibus remedia ſua vniuerſalia
cuiuſmodi ſunt ſacramẽta.rationabile eſt:vt aliquos
effectus vniuerſales ordinaret cauſare cum talibꝰ re=
medijs:non autem vltimatos:quia non omnes recipi
entes illa remedia ſunt ad hoc idonei. ¶ Per hoc ap
paret ad quartum concedo enim ꝙ eſt donuʒ pertinẽs
ad bonum ſuſcipientis:non autem eccleſie. Et cuʒ di
cis:tale non poteſt conferri ſine alijs donis perficien=
tibus:talem perſonam:poteſt concedi in actionibꝰ ſpe
cialibus circa perſonas ſpeciales ⁊ modo ſpeciali.ſed
non de actionibus generalibus concomitantibus re=
media generalia conſtituta pro toto genere humano.
illas enim regulariter cauſat cũ ipſis remedijs ne ſint
Quē Bo, vana. ¶ Ad quintum licet multipliciter dicatur de in
nauē,hic. delebilitate caracteris: nec ſit multum vtile recitare:
breuiter dico ꝙ nulla forma poteſt eſſe in anima alia
ab anima:quam non poſſit deus de potentia abſoluta
delere:ſicut poſterius a priori:quia in hoc nulla poteſt
inueniri contradictio: ſed caracter ſi ponatur hoc mo
do eſt ĩdelebilis.nec poteſt deleri hoc modo: quia nec
virtute alicuius creature.patet:quia eſt forma ſupna=
turalis:nec poteſt virtute diuia deleri de potentia eiꝰ
M ordinata:quia ordinauit nullam formam ſupnatura=
lem delere niſi propter aliquod demeritum inherens
anime:reſpectu autem caracteris delendi nulla poteſt
eſſe cauſa demeritoria:cum enĩ imprimitur in actu pec
candi mortaliter.nihil poteſt demereri ipſum tolli.hic
nota contra Tho.ꝙ non ſit ponere virtutem aliquam
ſupernaturalem in ſacramento quia illa nunquaʒ poſ
Nota.F. let corrumpi eodem modo quo caracterem indelebi=
diſt.1. lem ponit.
di.1.hꝰ.4.

l.2.ꝑ.4.q. Ad rationes principales. Ad primam
concedit idem Tho.ꝙ circunciſio non impreſſit cara=
cterem.⁊ tunc contra eũ eſt arg.in.q.j.de efficacia ſacri
reſpectu gratie:ponit enim ꝙ non habet efficaciam re
ſpectu gratie niſi quia eſt inſtrumẽtum reſpectu cuiuſ
dam diſpoſitionis ad gratiam:dico ergo ꝙ concedi po
teſt de circunciſione ꝙ ibi imprimebatur caracter ali=
qͣs ſicut in baptiſmo. Ita enim erat prima ianua ſalu=
tis in lege moſayca.ſicut baptiſmus in noua. Et cum
arguitur ꝙ tunc circunciſus non eſſet baptiʒandus.ne
go ꝯñam. ¶ Ad probationem põt concedi ꝙ caract:
ille eſſet eiuſdem rõnis cũ caractere baptiſmatis vł al
terius.ꝙ ſi eiuſdem vel nõ ĩprimebat caracter per ba=
ptiſmũ ſuſceptũ a circũciſo:ſicut in ſubiectum hñs ali
quã formã nõ imprimit iterũ talis forma etiã a cã: q̃
alias nata eſſet imprimere talẽ formã. ⁊ hoc ideo quia
ſubiectũ non eſt in potẽtia:ſed iam in actu ſm illã:vel
ſi imprimeret in baptiʒato alius eiuſdem rõnis nihil
inconueniens:ſaltem ſi caracter ponat relatio. vt di=
ctum eſt de relationibus diſt.viij.lib.iij. vel poſſet dici
illum caracterem circunciſiõis differre ab illo baptiſ
mi ſicut imperfectum a perfecto:quẽadmodũ grã hu
ius differret a gratia illius ⁊ tunc in ſuſceptiõe baptiſ
O mi prius circunciſo non imprimeretur nouus caracter
ſed primus perficeretur. ¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ nõ oĩs
ꝑfectio in aĩa hʒ tale ſignũ rememoratiuum perpetu=
um:ſed illa per quam conſtituitur hñs eam in aliq̃ de=
terminato gradu in eccleſia:huiuſmodi non ſunt ꝟtu=
tes:qͣ ſunt cõmunes oĩbus mẽbris in quocunqꝫ gra
du:ſed ſacramenta iam illud per quod intratur in ec=
cleſia q̃ʒ alia vt confirmationis ⁊ ordinis prout dicet
P in ſequenti.q. ¶ Ad tertium patet ex ſolutione quin=
te rationis pro opinione precedente; non enim eſt ca=
racter indelebilis niſi comparando ad potẽtiam cre=
ature ⁊ ad diuinã potẽtiã ordinatam.

Quæſtio.X.

AD ſecundum ſic pro= Cap.5.
ceditur. Et arguit ꝙ caract nõ
ſit forma abſoluta:qͣ ſm phy
loſophũ.ij.ethi. Tria ſunt ĩ aĩa
potẽtia:paſſio et hitꝰ. Caract 2.ethicoꝝ.
nõ eſt in potẽtia.pʒ.qͣ nõ ẽ nã
liter in ipa aĩa:nec eſt paſſio qꝛ
eſt forã ꝑmanẽs:nec hitus qͣ
habitus eſt ſm quẽ hñs bñ vel
male poteſt oꝑari. caracter non eſt principiũ alicuius
oꝑatiõis bone vel male:non bone:quia poteſt ſtare cũ
peccato mortali:non male.pʒ.qͣ eſt donum dei et effe
ctus ſacramenti.ergo ſi illa diuiſio phyloſophi ſuffici
enter euacuet formam abſolutam in anima.ſequit ꝓ=
poſitum. ¶ Item ſi eſſet forma abſoluta non põt po=
ni niſi de genere qualitatis:patet diſcurrẽdo ꝑ alia ge
nera:non enim eſt ſubſtantia:quia aduenit poſt eẽ cõ=
pletum ſubſtãtie:non eſt quãtitas.patet quia forã ſpi=
ritualis ⁊ incorporea:⁊ ſic diſcurrendo de alijs.quan=
tas autem poni non poteſt.probatur diſcurrẽdo ꝑ ſpe
cies qualitatis. ¶ Preterea.forma abſoluta habʒ ali
quam operationem propriam caracter autem non ha
bet aliquam operationem propriam.ergo ⁊c. ¶ Pre
terea. Forma abſoluta accidentalis quecunqꝫ eſt dele
bilis ab illo in quo eſt. quia ab eodem poteſt deleri de
ſubiecto a quo imprimitur in ſubiectum ſaltem a deo:
qͣ ex quo eſt poſterius ſuo ſubiecto non eſt contradi=
ctio ꝙ non inſit.caracter ſimpliciter eſt indelebilis.er=
go ⁊c. ¶ Oppoſitum. Caracter eſt diſpoſitio ad gra=
tiam.gratia autem eſt forma abſoluta.ergo et iſta for=
ma que eſt diſpoſitio ad eam erit abſoluta. nam diſpo
ſitio propria videtur eſſe eiuſdem generis cum forma
ad quam diſponit. ¶ Preterea. caracter eſt principiũ
aſſimilandi baptiʒatũ chriſto vel alteri baptiʒato. Si
militudo autem vnitas fundata in qualitate.ergo ca= Tho.l.4.
racter eſt qualitas. diſt.4.q.1.

Hic dicitur ꝙ caracter eſt forma ab= Ałs alex.
ſoluta.ad quod adducuntur quatuor rationes. 2 bo.hic.
¶ Prima talis eſt. Mutatio non eſt niſi ad formam T.c.10.ziſi
abſolutam.ex.v.phy. Ad caracterem eſt mutatio.pʒ in
ficto baptiʒato.qui nihil nouum accipit in baptiſmo:
niſi caracterem. ¶ Secundo ſic.relatio non eſt funda
mentum rełonis:qͣ tunc eẽt ꝓceſſus in infinitũ. Sed
caracter eſt fundamentum multarum relationũ: ẽ enĩ
fundamentũ ſimilitudinis vt eſt argutũ:⁊ etiã fũda=
mentum illius rełonis:quã im portat ſignũ:quia cara
cter ẽ ſignũ rememoratiuũ reſpectu ſacri ſuſcepti. Eſt
etiam fundamentũ configuratiõis ſiue obligationis:
ad xp̃m. ¶ Tertio ſic. Relatio nõ eſt ptãs aliqua ne=
qꝫ actiua neqꝫ paſſiua:qꝛ neqꝫ ꝓncipiũ agendi neqꝫ pa
tiendi. Caracter aũt vt ptãs aliqua vtpote caracter ba
ptiſmi eſt potentia paſſiua per quã hõ fit capax aliorũ
ſacrorũ. Caract aũt ordĩs eſt potẽtia q̃dam actiua ad
multos actus ſacros in eccleſia. ergo ⁊c. ¶ Quarto
ſic.in quolibet ſacramẽto cauſat aliqua rełõ ad actio=
nẽ vel paſſionẽ ĩ aĩa ſuſcipiẽtis ſacrm:⁊ tñ nõ ĩ quoli=
bet imprimit caracter. ergo caracter nõ eſt talis relatio
ergo aliqua forma abſoluta. ¶ Contra iſtud ⁊ primo Tho. vbi
contra opinionem ex dictis eius:quia contradicit ſibi ſupra.q.2.
Ipſe enim dicit hanc eſſe diffinitioneʒ caracteris. Ca
racter eſt ſignum cõiõnis fidei et ſancte ordinationis
datũ a hieracha:vł ꝙ eſt ſignũ cõionis diuinorũ:⁊ ſe

cre ordinationis fidelium. Quomodocunqȝ sic vel sic diffiniatur dicit ꝙ signum ponitur in diffinitione caracteris vt genus. Ex hoc arguitur ꝙ caracter non potest esse forma absoluta: quia ad quiditatem forme absolute non pertinet essentialiter aliquis respectus: quia tunc illa quiditas esset ad se et non esset ad se: nec etiaȝ
A potest dici ꝙ relatio ponatur ibi tanqȝ genus: et nō sit vere genus: quia hoc modo in diffinitione accidentis ponitur subiectum. patet autem ꝙ relatio non est subiectum absoluti: nec etiā ratio receptiua. ¶ Preterea sicut non sunt ponenda plura sine necessitate. ita quādo aliquid ponitur precise propter aliquid non est illud ponendum perfectius qȝ requiratur ad illud aliud. vel qȝ possit ex illo alio concludi. Nam illa perfectio vlterior: que poneretur frustra poneretur. sed propter illa omnia propter que ponitur caracter nō est necesse ꝙ sit perfectio absoluta. Possunt enim ista omnia etiaȝ saluari sufficienter si sit forma aliqua relatiua. ergo superflue et sine causa ponitur esse forma absoluta. Minor patebit soluendo rationes. prima enim accipit maiorem falsam: quod probo dupliciter. primo per rationē secundo per auctoritatem. primo sic. Respectus nō potest magis intrinsece aduenire fundamēto qȝ ꝙ neces-
B sario sequatur ipsum posito termino. quia omnino nō potest in esse fundament ocircunscripto termino: quia tunc non esset respectus sed forma absoluta. ergo si aliquis respectus potest extrinsecus aduenire fundamēto: sequitur ꝙ non necessario sequitur fundamentum etiam termino posito: ergo ille respectus potest esse nouus omnino sine nouitate fundamenti vel termini. ergo ad eius esse nouuȝ potest esse aliqua mutatio: quia non est ad aliquod absolutum; quia si dicas respectuȝ aliquem aduenire extrinsecus subiecto: non tamē fundamento: hoc nihil est: quia relationes intrinsece vt pote similitudo que consequitur albedineȝ et huiusmodi possunt extrinsecus aduenire subiecto: quia fundamētum de nouo aduenit. ergo si ille sunt intrinsece et alie extrinsece: erit differentia earum in comparatione ad fundamentum. ¶ Preterea. agens naturale non potest agere de nouo nisi aliquod ponatur nouum vel in ipso vel in passo vel habitudo noua eorum: hoc apparet: quia omnibus istis vniformiter se habētibus vniformis erit actio: cum tale agēs agat ex necessitate nature: ergo si aliquod agens naturale habet aliquam actionem nouā. vel erit aliqua forma absoluta ante istā actionem nouam in agente: vel alia noua in passo: vel habitudo noua agentis ad passum. Sed nec primum nec secundum est necessariuȝ: potest enim ignis de nouo agere in lignum absqȝ hoc ꝙ ante istam actionem ignis recipiat nouam formam vel lignum. quia prima forma absoluta quam recipit lignū est per istam actionem. ergo est noua habitudo ignis ad lignuȝ absqȝ omni nouitate forme absolute. Hoc patet experimētaliter. quia actiuo eodem modo se habente secundum potentiaȝ actiuā: et passiuo secundum potentiam passiuam proximam si fuerit aliquod impedimētum interpositum inter ista non aget istud agens in passum. amoto autem isto impedimento vel obstaculo aget. ergo est ibi noua habitudo agentis ad passum sine noua forma absoluta.
t.c.19.z ī n. ¶ Istud probatur ex intentione phi. v. physi. quia licet neget motum esse in ad aliquid prout ad genus ad aliquid pertinent relationes intrinsecus aduenētes: nō negat tamen motuȝ vel mutationē esse in ad aliquid extrinsecus aduenientes: immo concedit: concedit enim in genere vbi esse motum proprie: et tamen vbi non ē nisi respectus quidam corporis circunscribentis ad lo-
D catum vel locati ad corpus circunscribens. ¶ Secūda ratio etiam habet maiorem falsam. scilicet ꝙ relatio non potest fundare relationem. quia secundum Euclidē.

Relatio non optime quidem pot fundari in relatione ut p3 ex euclide nam inter proportionem q est duorum ad quatuor que est duplas et inter proportionem q est trium ad sex est proportionalitas et ita cum proporcio sit habitudo duarum similitudinum sequitur q illa similitudo q est inter illas duas similitudines fundatur in relatione et etiam terminatur in relatione

v. geometrie in principio. proportionalitas est similitudo duarum proportionum. ergo super proportionē que dicit formaliter relationem vel super vnitateȝ eius T.c.20. fundatur similitudo. ¶ Et si arguas similitudo ē vnitas in qualitate secundum phylosophum. v. metaphysice. ¶ Respondeo. et si vno modo quid appropietur generi substantie: et eodem modo idem et diuersum que consequitur aliquid inquantum quid fundatur in substantia: et equale in vnitate quantitatis stricte accepte. simile in vnitate qualitatis tamen alio modo accipiēdo in omni genere inuenitur quid. accipiendo rem illius generis precisissime: et inuenitur quale accipiendo formam in isto genere in ratione forme. et inuenitur quātitas virtualiter. et sic in omni genere inuenitur ideȝ simile et equale: hoc modo enim possunt habentes relationes vnius speciei dici similes secundum vnitatem vnius relationis: sicut habentes vnam formam substantialem secundum speciem possunt dici similes secundum substantiam. ¶ Et quod adducitur de secūda relatione que fundatur in caractere. scilicet signi. ¶ Respondeo si signum est secundum Augustinum de doctrina christiana. quod preter notitiam quam ingerit sensibus: aliud facit in cognitionem venire: quod verum est non solum de signo sensibili: accipiēdo sensuȝ stricte pro sensu corporali. sed verum est etiam de sensu incorporali: accipiendo sensum generaliter pro potētia cognitiua: tūc dico ꝙ nihil ē ex cuius cognitiōe nō possit deueniri in cognitionē alterius saltē vt ex cognitione posterioris in prius: quin illud posterius possit dici signum. et sic concedo ꝙ super relationem aliquā realem potest fundari relatio signi ad aliquid prius. sed talis relatio non tantum ducit in cognitioneȝ sui: sed etiam alterius: et hoc modo si quis videret paternitatem in suo fundamento posset esse signuȝ rememoratiuum actus generationis preteriti. et isto modo in proposito. et maxime non est hoc inconueniens: quia ista relatio signi non est nisi relatio ratiōis: loquendo de signo instituto ad placitum: cuiusmodi est caracter respectu suscepti sacramenti. Quod additur ibi de relatione configurationis siue obligationis: non cogit: potest enim religiosus per votum religionis obligari ad seruādū religionē. et quia fecit homagiū pro acta faciēdi homegiū obligari dño suo: et vltra in talibus per promissionem precedentem: et tamē non est ibi aliqua forma absoluta super quam fundatur ista obligatio. nec forte aliqua relatio nisi rationis. et ita abundanter possit saluari ratio obligationis si poneretur relatio realis. sicut filiatio in filio posset esse fundamentum alicuius habitudinis filij ad patrem: puta obligationis ad dilectionem naturalem: et si possibile esset filiationem solam esse. ¶ Et ad illam probationem ꝙ tunc esseȝ processus in infinitum in relationibus. dico ꝙ non valet E de realibus relationibus: quia aliqua est relatio vltima in qua non potest fundari alia realis sicut aliquod est accidens: ita vltimum in entibus: ꝙ non potest vlterius esse subiectum alicuius accidentis. et ideo non sequitur. si accidens potest esse in accidente ꝙ in accidentibus est processus in infinitum. ¶ De relationibus tamen rationis bene concedo ꝙ ibi potest esse processus in infinitum quia quelibet relatio siue realis siue rationis potest vlterius fundare aliam relationem rationis. ¶ Tertia etiam ratio non valet. quia vel equiuocat de potestate vel habet vnam propositionem falsam. si enim accipiatur potestas simpliciter ad aliquē actum qui sine illa potestate simpliciter non posset haberi: sic nego caracterem esse potestatem. nam baptizatus in nullum actum simpliciter potest in quē nō possit non baptizatus: et hoc siue loquendo de actu in quem pōt actiue siue de actu quem quodāmodo pōt ab alio

recipere: ita enim posset nō baptizatus inūgi chrismate sicut baptizatus. et ita posset abluere sicut baptizatus. Si autem loquamur de potestate non simpliciter sed ministeriali: hoc est per quam aliquis sit conueniens minister alicuius principalis agētis ⁊ sine illa potestate non esset conueniens minister principalis agētis: talis potestas non oportet ꝙ sit forma absoluta: ī
Tho. dist. 24. h⁹. 4. art. 3. q. 2. mo sufficit in multis ꝙ sit tantūmodo relatio rationis quod probatur secundum eos: quia epatum nō dicūt esse ordinem vltra sacerdotium: ⁊ tamē episcopus habet potestatem talem ministerialem: quam non habet non episcopus: est enim conueniens minister in aliquo actu cui deus assistit vt in actu ordinandi. ⁊ nō similiter assisteret si alter non episcopus exequeret similem actum. Consimiliter cōstitutus iudex si ferat sententiam sententia tenet. prius autem non tenuisset: q̄ sententia a non suo iudice lata nulla est ipso iure. nec tamen ille iudex: nec ille ciuis habet aliquam formaꝫ absolutam realem: nec forte relatiuam nisi tantum rationis quam prius non habebat. Per illam enim relationem rationis qua ipse a principe instituitur iudex: voluntas principis ratificat sententiam ab eo latam: ⁊ vult eam obseruari: non autem ratificat sentētiam alterius non constituti iudicis: nec vult illā obseruari: ⁊ ita iste per illam habitudineꝫ ad voluntatē pn̄cipis: habet potestatem ministerialem respectu principis: vt principalis agentis ad aliquem actum conuenienter exequendum ministerialiter: quem sine tali relatione non posset conuenienter exequi. ⁊ multo mag̃ posset relatio realis: si inesset: poni talis potestas conuenienter exequendi ministerialiter aliquem actū. ptꝫ enim ꝙ filius: quia filius potest habere aliquaꝫ auctoritatem exequēdi aliquem actum in domo patris: quē non potest non filius: ⁊ iterum nepos habet aliquam auctoritatem exequendi aliquē actū: licet īferiorē quē non potest non nepos ⁊ infra: ⁊ potestas ista sic vel sic precipiendi vel imperandi non est nisi cognatio vel filiatio. ¶ Sic etiam apparet ad illas potestates de q̇bus arguitur in speciali. nam potestas ordinandi et cōfirmandi si est actiua non est nisi ad ministrandum cōuenienter in tali actu tali domino. vt ipse ad actum ministerialeꝫ huiusmodi assistat operando principaliter eo modo quo nō assisteret simili ministerio exhibito ab alio. ¶ Caracter autem baptismalis si ponitur potestas pōit̃ passiua nō passiua: nec vt receptiua neq̧ vt ratio recipiēdi. nihil enim absolute potest recipere aīa baptizati: quod non possit recipere aīa nō baptizati.

F Sed est potestas quedam relatiua de congruo ordiata a principali agente disponente agere in passum habens talem formam: ⁊ non in aliud passum: talis autē forma relatiua de congruo respectu alicuius agentis principalis voluntarie potest esse sola relatio: sicut aliquis disponit agere aliquid in aliquem. quia filius: vl' quia consanguineus nolens aliquid simile causare in non habēte talem relationem. ¶ Quarta vero ratio destruit primam: si enim vniuersaliter in aliis sacramētis causaretur relatio noua ad actionem vel passioneꝫ sacramenti ⁊ non caracter. ergo est ibi relatio noua sine absoluto aliquo nouo: nisi fingas in quolibet alio poni aliquod absolutum correspondens caracteri: vtpote ornatum quendaꝫ. sed si ille ornatus est forma supernaturalis erit indelebilis eo modo quo caract̃ est indelebilis: quia non poterit habere causam demeritoriam: ⁊ tunc videtur fictio quare non possit dici caract̃ cum sit forma prior ipso effectu principali sacramenti et forma indelebilis: quare etiam ille ornatus nō poterit habere effectum suum cessante fictione in aliis sacramentis: sicut ponitur caracter in sacramentis imp̄mentibus caracterem. ¶ Respondeo ergo ꝙ rō nihil probat nisi ꝙ caracter non est q̄cūq̧ relatio ad actionē vel passionē sacramēti sicut si esset forma absoluta non esset quecunq̧ absoluta: quia in aliis sacrament̃ secundum istos imprimitur aliqua forma absoluta: lꝫ non caracter. Et propter hoc potest dici ꝙ non in quolibet alio sacramēto imprimitur aliqua relatio manēs post actum. Caracter autē si est relatio manet post actum suscepti baptismi. immo semper. Non obstantib⁹ ergo istis rationibus: que non concludunt vt visuꝫ ē: potest dici caracterem esse tantūmodo quēdam respectum extrinsecum aduenientem ipsi anime causatuꝫ a deo immediate in susceptione sacramenti inuterabilis quia sic ponendo saltem omnes conditiones saluant̃ que cōmuniter attribuuntur caracteri. G

Sed restant duo dubia. ¶ Primum de

fundamento proximo illius relationis: aliud quomodo possunt caracteres diuersorum sacramentorū distīgui ab inuicem? ¶ De primo videretur alicui ꝙ act⁹ susceptionis sacramenti transiens in preteritum esset proximum fundamentum vel proxima ratio fundādi istam relationem. Sed istud est falsum specialiter ī ꝓposito: quia ratio fundandi ⁊ relatio sunt in eodē subiecto proximo. susceptio autem sacramenti ⁊ caracter: licet sint in eodem supposito: non tamen in eodeꝫ subiecto proximo: quia susceptio baptismi infuit secundū corpus. caracter secundum animam. Istud etiam ē generaliter falsum hic ⁊ in aliis ꝓpter duo. primo q̇a nō ens non potest esse fundamentum vel ratio fundandi aliquam relationem realem: quia nec terminus. propt̃ hoc enim ponitur contradictio relatio rationis: q̄ habet fundamentum vel terminum negationem. act⁹ autem transiens in preterituꝫ postq̄ transiit simpliciter non est. ergo postq̄ transit nulla relatio realis fundatur super eum. H Hoc secundo patet. quia ad terminum immutabilem super fundamentum omnino immutabile non potest fundari relatio nisi simpliciter immutabilis. et etiam necessario inherens fundamento. vnde si aliqua essentia creature esset simpliciter immutabilis. relatio illius ad deum esset simpliciter immutabilis. ergo si caracter dicat aliquam relationem ad deum de quo patet ꝙ est terminus īmutabilis. ⁊ fundat̃ in actu vt preteritus est: cum actus preteritus: vt preteritus sit simpliciter necessarius intantum ꝙ de potētia absoluta diuina non potest esse non preteritus: seq̇tur ꝙ ista relatio realis esset omnino immutabilis etiam loquendo de potentia dei absoluta hoc autem videtur inconueniens; ꝙ aliqua sit relatio realis alia a suo fundamento: quain non possit deus de potētia absoluta delere a fundamento suo sicut posterius a priori. ⁊ ille due probationes vltime probant paternitateꝫ non fundari super genuisse. ¶ Et si adducas phylosophum contra hoc. v. meta. cap. de ad aliquid. Pater dicitur eo ꝙ generat. ¶ Respondeo act⁹ potuit esse causa in fieri ipsius relationis: ⁊ quidem quando fuit causa tunc relatio infiebat: sed non est causa in esse sicut non manet manente relatione. fundamentum autē nō tantū est causa in fieri relationis: sed in esse? ¶ Quid est ergo fundamentum paternitatis? ¶ Respondeo. fundamentum proximum est ipsa potentia generatiua. non loquendo de respectu quē de se dicit potentia. sed de isto absoluto quod denomiātur a respectu. Dico ergo a simili ī proposito. si caracter ponatur relatio realis eius fundamentum proximū est ipsa nuda anima: siue essentia siue potentia. de hoc in sequenti. questione. quia respectus extrinsecus aduenīēs potest fundari super fundamentum: ex cuius pricipiis nullo modo egrediatur: nec fundamentum eius proximuꝫ opꝫ determinari ad illum aliquo modo ex ratione sua pro

6. ethicorum

T. c. 20.

I

Nota hoc ... cise pot sustineri ... non habeant ... tem effectivam

pria; quia tunc non esset respectus extrinsecus aduenī ens: sed tantūmodo determinatur ad illum ab ipso agente. sic in proposito. ¶ Ad secundum dubium dico q̄ sicut caracter si poneretur forma absoluta dicerent distingui caracteres seipsis formaliter: ita si ponant respectus illi: licet ab extrinseco possint distingui extrinsece: tamen formaliter distinguuntur seipsis. ¶ Sz si queras: quare ergo sunt tantū tres caracteres? ¶ Respondeo. quia de hoc non faciam mentionem specialē in materia de ɔfirmatione vel ordine. ideo dico q̄ hoc potest patere per simile in pollitijs istis mūdanis: nullus enim habet determinatum gradum in familia regis: quia comedit vel bibit nec quia post offensam domino reconciliatur sibi: nec q̄ multiplicat personas in ista pollitia. nam isti actus communes possunt esse omnibus in quocunq̄ gradu. sed alium gradū habz aliquis quando recipitur in familiam domini: alium quando vlterius proficit ꝛ cōstituitur: vt miles ad defendendum rempu. alium quando constituitur vt supmus sub domino ad constituendos alios in gradibus determinatis in sua familia. vtpote aliquis senescalc⁹ generalis vel immediatus sub domino: cui commissa est auctoritas vniuersalis ad recipiendum aliquos in familiam domini. Et ideo si esset nomen impositū qd significaret gradum in familia vel baliuiam: non diceretur habere gradum vel dignitatem aliquis: quia accedens ad mensam: vel quia coniugatus: vel quia rediens ad gratiam post offensam. Sed diceretur tantū habere gradū qui de populo esset assumptus in familiam domini. et vlteriorem gradum qui in familia cōstitueretur ad defendendum domum vel dominum. ꝛ vlteriorem qui constitueretur tanq̄ prepositus ad recipiendum aliquos ad familiam ꝛ instruendum inferiores. Sic in proposito tria sacramenta. scilicz eucharistia ad nutritionē spiritualē. matrimoniū ad ꝑcreationem corporalem. penitentia ad reconciliationē annualem in nullo certo gradu constituunt in ecclesia: imo possunt esse communes omni membro ecclesie i q̄cunq̄ gradu. Sed primus gradus in ecclesia ꝛ quidē vniuersalissimus est recipi in familiā christi. quod fit in baptismo. secundus specialis in militiam ad defensionem fidei xp̄iane: quod fit in confirmatione. tertius constitui in patrem et pastorem ad introducendū alios in ecclesiam. ꝛ ad dirigendum ꝛ ad instruendū eos. quod fit in ordine: ꝛ sicut in pollitia illa non congruit illas tres dignitates iterari. s. receptionem in familiā promotionem ad militiam: ꝛ prolationem ad doctrinam. bene tamen iterari possunt nutritio ꝛ procreatio et reconciliatio. ita in proposito. tria sacramenta nō decet iterari. alia autem iterantur: ꝛ in nō iterandis gradus initerabilis acquiritur ꝛ caracter dicitur. in iterādis autem non.

K Ad quæstionem potest dici q̄ sicut nō potest probari aliquam formam realem imprimi in susceptione baptismi aliam a gratia ꝛ virtutibus: ꝛ hoc neq̄ per rationem naturalem neq̄ etiam per rationē euidentem ex creditis manifestis. ita nō potest probari caracterem: si ponatur forma realis: esse formā absolutam realem vel respectiuam: quia vtrumq̄ saluari potest: q̄ sit. scilicet forma respectiua sicut iam ostēsum est: vel q̄ sit forma realis absoluta. Si ponat nō potest euidenter improbari. quedam enim sunt satis rationabiliter concedenda de caractere si ponat esse. vtpote q̄ est forma spiritualis impressa a deo cuicūq̄ suscipienti sacramentū non iterabile: ꝛ q̄ ex institutione diuina efficaciter significat gratiam illius sacramenti ꝛ q̄ disponat ad eam sicut declaratum est in questione precedente: quia est in eodem susceptiuo: et ab eo-

L dem agente et forma prior et imperfectior: et q̄ sit indelebilis: cum non habeat causam demeritoriam corruptiuam: ꝛ q̄ sit signum memoratiuū respectu susceptionis sacramenti que preterijt. ꝛ signum configuratiuum: idest signans obligationē anime ad christū q̄ etiam sit forma assimilatiua alteri suscipienti sacramentum: ꝛ ab alio distinctiua qui non suscipit hec omnia que videntur rationabiliter concedenda de caractere: si ponatur forma realis absoluta: possunt saluari si ponatur respectus realis per modū predictum: sicut si est forma absoluta realis. si autē ponatur respectus realis dictum est prius qualiter ista saluabuntur. et qualis respectus sit: quia extrinsec⁹ adueniens. Sz si ponatur forma absoluta necesse ē dicere q̄ pertineat ad genus qualitatis: nec oportet declarare quomodo omnes iste conditiones sibi conueniant: qua satis patet. ¶ Sed tunc est dubium in qua specie qualitatis debeat poni. Dicitur q̄ quia est qualitas supernaturalis non oportet q̄ ponatur in genere qualitatis ɓm ph'm x. meta. Corruptibile et incorruptibile differunt plus q̄ secūdum genus: naturale vero ꝛ supernaturale differunt plus q̄ corruptibile et incorruptibile quia corruptibile et incorruptibile continentur sub vno membro. scilicet sub naturali. ergo multo magis naturale: et supernaturale plus differunt q̄ secundum genus. ¶ Contra fides spes ꝛ charitas sunt supernaturalia quedam: ꝛ tamen conceduntur esse proprie in genere qualitatis. ¶ Hoc idē pz aliť: q̄ nālitas ꝛ supnālitas non sunt conditiones nisi per cōparationem ad agēs. talis autem comparatio non variat aliquid quantum ad esse in genere: quia aliquid ponitur in genere ɓm suam propriam quiditatem formalem circunscripta relatione ad agens: nec valet dictum phi. x. meta. quia loquitur de genere physico. sic enim nulla duo sūt eiusdem generis nisi sint transmutabilia adinuicē. sz idē genus logicum bene potest continere multa que nō ptinent ad idem genus phisicum. vt patet de substantia corporea ꝛ incorporea: ꝛ de qualitate corporali ꝛ spirituali. ¶ Aliter dicitur q̄ secundum q̄ est principium configurandi potest poni in quarta specie qualitatis secundum autem q̄ est principium assimilandi: poni potest in tertia: ꝛ vt est potestas quedam in secunda. ꝛ vt dispositio ad gratiam: in prima que est dispositio. i. quantum vero immobiliter permanens: in prima que est habitus. ¶ Sed hoc non valet: quia ꝛ si posset habere multas proprietates secundum quas assimiletur formis diuersarum specierum qualitatis tamen nō pt esse in se tot quiditatiue. Non enim est in se nisi vna q̄ditas simpliciter. ergo tantum erit vna specie. Uerum tamen istud posset habere aliquam probabilitatem de vna alia forma: quia secundum veritatem illa diuisio qualitatis in quatuor species non est proprie generis in species. sed est tantum secundum quosdam modos diuersos conuenientes diuersis qualitatibus. Et forte eidem qualitati in se secundum essentiam possent cōpetere plures modi qui ponuntur in diuersis qualitatibus. ¶ Aliter dicitur q̄ est in quarta specie qualitatis: quia est figura quedam spiritualis. Sed hoc nihil est. quia nil collocatur in genere per proprietates metaphoricas: alioquin christus esset vere in genere substantie inaminate: quia dicitur petra. ꝛ esset in genere animalis irrationalis: quia leo dicitur metaphorice. ꝛ in genere qualitatis: quia dicitur lux. Ego sū lux mūdi ꝛc. Sed ex metaphoricis colligenda est propria cōditio rei in se. et secundum illam collocanda est in genere et specie: sicut enim posset species itelligibilis poni in quarta specie qualitatis. quia configurat animā ipsi obiecto cognito. ¶ Respōdeo. ergo q̄ si ponatur accidens absolutum potest poni in secūda specie qua-

Ri. i. 4. d. 5. ar. 2. q. sol. 3. ar. Idē bo. alij mult. T. c. 26.

M

Ri. di. 5. 4 ar. 2. q. 1. in solut. ad. 3 articu.

N

Ri. vbi su.

1. corin. 10.

Apoca. 5. Jo. 8.

litatis. vel etiam in prima. nec alterum iſtorum poteſt euidenter improbari. Si enim arguitur ſic non eſt ĩ ſecunda ſpecie que eſt potentia: quia eſt ſupernaturalis et ad illam ſpeciem ſecundam non pertinet niſi potentia naturalis. Hoc nihil eſt: quia ⁊ ſi phyloſophus nõ loquebatur niſi de potentia naturali exemplificando: tamen potentia ſupernaturalis ſi eſt abſoluta et accidentalis et ſpiritualis bene poteſt pertinere ad idem genus intermedium ſub qualitate cum potentia naturali. ſicut et habitus ſupernaturalis ponitur pertinere ad idem genus intermediũ cum habitu naturali. Si etiam ponatur in prima ſpecie vt habitus. quia de difficili mobilis: non poteſt improbari. ¶ Si autem contra hoc arguitur: quia eſt potentia ſupernaturalis. ergo non habitus. Et conſequentia probatur ꝑ ſimile: quia potentia naturalis non eſt habitus naturalis. et ſecundo. quia eſt diſpoſitio ad gratiam. ergo non ē habitus. ⁊ tertio. quia omnis habitus diſponit ad bene vel ad male agendum. ij. ethico. ſed caracter non. ⁊ quarto quia omnis habitus diſponit ad faciliter operandũ ex eodem ſecundo ethico. caracter autem non. ¶ Hec non concludunt. Primum non. quia poteſt habit⁹ ſupernaturalis vt eſt forma ſupernaturalis de difficili mobilis eſſe principium agendi vel reſiſtendi corruptiõi. ⁊ ſic habere rationem potentie ſupernaturalis: nec ſimile illud valet. quia habitus naturalis dicit quandã facilitationem inductam ſuper potentiam naturalem: quia potentia naturalis eſt qua naturaliter poſſumus act⁹: quos poſſumus. ſed potentia poteſt eſſe aliqua ſupernaturalis forma ſpiritualis immobilis. ⁊ pro tãto poteſt dici habitus. ⁊ tamen eſt principium quo poſſum⁹ in talem actum ſpiritualem vel ſupernaturalem.

Ca.5. ⁊ iij

¶ Secundum vero non cogit: quia bene poteſt eſſe vnus habitus diſpoſitio ad alium. ſicut ſecundum diſtinguentes habitum principij ab habitu concluſiõis: habitus principij diſponit ad habitum concluſionis: nec per hoc eſt diſpoſitio vt diſtinguitur contra habitum in prima ſpecie: nam illa eſt qualitas de facili mobilis per oppoſitum ad habitum. ¶ Tertium de bene et male non eſt neceſſarium: quia aliquis poteſt eſſe actus indifferens. ſicut enim ex frequenter bene agere: acquiritur habitus inclinans ad bene agendum: et ex frequenter male agere inclinans ad male agendum. ſic ex frequenter agere abſolute acquiritur habilitas ad agendum tali actione neque cum bonitate neque cũ malitia: ſic nec actus generatiuus fuit talis ſcilicet bonus vel malus. hoc patet. poteſt enim aliquis frequenter cõſiderans geometriam habere facilitatem magnam ad conſiderandum concluſionem in illa ſcientia: nec ē ibi habitus bonus vel malus ſicut nec actus ex quo generabatur: ſic ⁊ in habitu ſupernaturali poteſt eſſe.

¶ Et ſi dicas ꝙ habitus ſupernaturalis non eſt talis quia datur ad perfectionem recipiẽtis. ¶ Reſpõdeo. habitus ſupernaturalis poteſt eſſe diſponens ad actũ bonum: licet non ſit eius principium elicitiuum proximum vel ſufficiens: ⁊ hoc modo fides infuſa non ē principium ſufficiens eliciẽdi actũ credẽdi: nec charitas infuſa eliciendi actũ diligẽdi. ſed inclinãt: vt concurrentibus alijs neceſſarijs actus bonus eliciatur. ⁊ ita dico ꝙ aliquis habitus ſupernaturalis poteſt remoti⁹ ⁊ imperfecti⁹ inclinare ad actũ bonũ: ⁊ talis ponitur caracter tanquam prio ⁊ remotiſſime diſponẽs ad bonos actus.

¶ Illud autem quartum de facilitate nihil valet: quia nõ eſt verum niſi de habitu acquiſito. habitus enim infuſus non dat facilitatem ad actum vt patet de nouiter cõuerſo: cui non eſt facile poſt conuerſionem actus bonos elicere: ſed difficile quouſque ex frequentia actuum bonorum acquirat aliquam virtutem acquiſitam.

Vid. 2. ethico. c. 8. op.

Ad argumenta ad vtramque partem.

¶ Ad primum ſi ponatur forma abſoluta poteſt poni vel potentia vel habitus ſecundum duas vias iam dictas. ¶ Ad ſecundum patet in qua ſpecie qualitatis poneretur ⁊ qualiter. ¶ Ad aliud quãtitas eſt forma abſoluta: et tamen non ponitur actiua. oportet ergo exponere ꝙ habeat operationem reſpectu eius. cuius ſit ſufficiens prĩcipium: vel ꝙ aliquo modo ſe habeat ad operationem. ⁊ ſic concedo in propoſito ꝙ illa forma eſt diſpoſitio remota ad operationem. ¶ Ad quartũ patet ex fine queſtionis precedentis. ¶ Ad primum ĩ oppoſitum non eſt inconueniens aliquam relationem diſponere ad formam abſolutam loquendo de diſpoſitione non reſpectu agentis naturalis: nec que ſit ratio receptiui: ſed de diſpoſitione conueniente reſpectu agentis ſupernaturalis: hoc eſt per quam habens illã eſt conuenienter natum pati a tali agente: quia et iſto modo poteſt relatio eſſe diſpoſitio reſpectu cuiuſcũque agentis voluntarij. ſicut aliquis voluntarie habet filium pro conuenienti obiecto ſiue paſſo alicuius actionis: alium autem non ſine tali relatione habet pro cõuenienti paſſo. licet equalis ſit in omnibus abſolutis filio. ¶ Ad aliud de ſimilitudine patet quomodo ſimilitudo non tamen fundatur ſuper qualitatem vt eſt genus diſtinctum. ſed vt generaliter inuenitur in omnibus formis ratio eius. hoc enim modo mentaliter crucifixus poteſt dici ſimilis xp̃o crucifixo corporaliter.

Quæſtio. XI.

AD vltimum ſic proceditur. ¶ Et arguitur ꝙ caracter non ſit in eſſentia anime vt in proximo ſubiecto: quia diſpoſitio et forma ad quam diſponit: habent idem ſubiectum proximum. Caracter eſt proxima diſpoſitio ad fidem. fides autẽ ē in intellectu. ¶ Contra. ex eadem maiore cum hac minore caracter eſt proxima diſpoſitio ad gratiam. Gratia eſt in eſſentia anime ſicut vita. quia eiuſdem eſt vita prima et ſecunda. ergo caracter eſt in eſſentia anime ſicut gratia ad quam diſpõit que eſt vita ſpiritualis.

Hic eſt opinio ꝙ ſicut gratia eſt in eſſentia anime. ſic potentia ad grãm ē ĩ potẽtia aĩe. Caracter autẽ ē potẽtialis diſpõ proxĩa ad grãm. ergo in potẽtia aĩe ē vt ĩ ſubiecto proximo: ſed nõ ē in quibz potẽtia aĩe quia tũc nõ eſſet vniforma: ergo ē in vnica potẽtia: ſed magis rõnabile ē ponere ꝙ in intellectu. cuius rõ eſt: quia caracter eſt ad cõfigurãdũ trinitatẽ creatã trinitati increate: trinitas autem creata ſiue imago conſiſtit pncipaliter in intellectu. quia ex eo ſicut ex radice oritur voluntas. ¶ Cõtra: quia diſpõ ad formã nũquam ē ĩ poſteriori ſuſceptiuo forme: patz diſcurrẽdo ꝑ ſingulas formas ⁊ diſpõnes earũ: ſed caracter eſt diſpõ ad gratiã vt cõcedis: et gratia eſt in eſſentia aĩe per te. ergo caracter nõ põt eſſe in aliquo ſuſceptiuo poſteriori ipſa eſſentia anime ſed per te potentia eſt poſterior eſſentia anime: quia eſt accidens eius. Nec valet ratio vel cõña qua dicitur gratia ē in eẽtia aĩe. ergo potẽtia vel diſpoſitio ad grãm eſt in potentia anime: imo ſequitur oppoſitũ. ſ. vel ꝙ ipſummet ſuſceptiuũ gratie ſit ſuſceptiuũ diſpoſitionis vel ſaltem diſpoſitio illa nõ poteſt eſſe in aliquo poſteriori illo in quo eſt forma. hoc etiã patz ĩ alijs: quia habitus ſupnãlis nõ ē ĩ habitu nãli. ſed in potẽtia nãli: in

Tho. di. 4. ar. 1. q. 3.

Hoc idem alex. ⁊ bo. ⁊ ri. vbi ſupra.

Vid. varr. q. 3. q. ſui.

Th. di. 26. primi libri Tho. 1. pt. ſum. q. 77. arti 6

qua est habitus naturalis. et hoc ideo. quia potentia naturalis est prior vtroque habitu. ¶ Item probatio qua probatur gratia esse in essentia anime immediate non concludit: quia perfectio naturalis prior inest alicui quam perfectio vel potentia supernaturalis: nam perfectio naturalis et intrinseca sequitur statim naturam sui perfectibilis: potentia autem et si sit accidens secundum eum: tamen est perfectio intrinseca ipsius anime. ergo prius naturaliter inest anime ipsa potentia quam gratia: et per consequens posset habere rationem subiecti receptiui respectu gratie. ¶ Nec concludit illud de vita: quia vita spiritualis prius inest ipsi anime vt est coniungibilis deo. vnde secundum August. de ciui. Deus propter hoc dicitur vita anime quia vita anime non est nisi in coniunctione eius ad deum vt ad obiectum. anima autem non est coniungibilis deo in ratione obiecti nisi per potentiam. ¶ Quod postea de voluntate addit quod ipsa oritur ex intellectu. quoniam autem intellectus habet ad voluntatem tantum prioritatem generationis siue originis. et ex hoc non ponitur perfectio in intellectu respectu voluntatis: sed imperfectio: quia vniuersaliter imperfectiora precedunt perfectiora ordine generationis. ix. meta. T. 15. Si autem intelligas quod intellectus sit prior vel radix respectu voluntatis tanquam eminenter vel virtualiter continens voluntatem A hoc improbatur ex dictis: quia ordinatum ad alterum vt prius origine non continet ipsum eminenter vel virtualiter: actus autem intellectus ordinatur essentialiter ad actum voluntatis: et si hoc neges de hoc disputandum est in materia de beatitudine inferius.

Dico ergo ad quæstionem supponendo (di. 49. q. 3.) hoc quod declaratum est. ij. lib. dist. xxvj. s. de gratia B quod est idem cum charitate: et per consequens est primo in potentia scilicet in voluntate. et vlterius tamen ista dispositio ad formam est in eodem susceptiuo cum forma. Caracter autem si ponatur in esse conuenienter ponitur dispositio ad gratiam sacramentalem vt ostensum est in solutione precedentis questionis de caractere in prima congruentia. ergo congruum est ponere caracterem formaliter in voluntate. ¶ Et hoc confirmatur quia si caracter est signum vel fundamentum obligationis anime ad deum. rationabile est quod ponatur in illa potentia. cuius est primo obligari vel esse rationem obligandi: talis autem est voluntas: quia precise per eius actum aliquis se obligat principaliter. illa enim que concurrunt ibi ex parte intellectus vel alterius potentie in homine non sunt nisi quedam preambula ad firmum velle: quod est rationabiliter proponere vel vouere: vel quedam signa manifestantia illud esse firmum. ¶ Ad argumentum in oppositum patet quod caracter non est dispositio proxima ad finem. vt fides est sed est dispositio ad illam perfectionem que principaliter conformat totam animam deo: et hec est gratia que est eadem cum charitate et in voluntate: vt dictum est. ¶ Ad rationem alterius positionis dico: quod quamuis male probetur quod caracter sit in potentia anime: tamen concedo hoc propter aliud antecedens quod accipit. scilicet quod forma ad quam disponit est in potentia. et concedo quod in vna: et in illa que est principalior in imagine: in cuius figuratione consistit principaliter tota figuratio anime vel imaginis ad C trinitatem. ¶ Ex dictis a principio dist. i. iiij. vsque huc potest colligi vna ratio batismi exprimens omnia que sunt simpliciter necessaria ad rationem baptismi: quia si ponamus relationem illam signi quam importat baptismus fundari in illa ablutione vt in fundamento totali habente tamen habitudinem ad verba et alia concomitantia: potest talis ratio assignari ipsius baptismi. Baptismus est ablutio hominis viatoris aliqualiter consentientis vel libero arbitrio nunquam vsi: facta in aqua elementari fluida ab alio simul abluente et verba certa actum et suscipiente cum inuocatione trinitatis D designantia proferente: tam in abluendo quam in proferendo intendente facere quod christus instituit faciendum: vel quod intendit facere ecclesia christiana efficaciter signans ex institutione diuina ablutionem anime a peccato. ¶ Particule huius rationis patent sic Ablutio. dist. iiij. q. iij. non dico perfusio nec aspersio nec immersio: et hoc vel trina vel vnica: quia quodlibet sufficit ad veritatem sacramenti. Sed minister tenetur seruare modum ecclesie in qua baptizat. Hominis. secundum totum corpus vel partem principalem vel quantumcunque in casu necessitatis. vt patet dist. iiij. q. ij. Aliqualiter consentientis. patet ex eadem dist. q. iiij. et forte non sufficit secundum communem opinionem habitualiter consentire sine virtuali consensu: tamen illud est dubium: quia minor consensus sufficit ad susceptionem sacramenti quam ad meritum: sed ad meritum sufficit virtualis consensus. similiter quod non vtens ratione sit simpliciter capax sacramenti: non habens aliquam dispositionem: et tamen vtens ratione non habens illam nullo modo sit capax: non videtur probabile: quia nulla dispositio videtur simpliciter necessario requisita vel non requisita propter vsum rationis vel non vsum. Facta in aqua etc. patet dist. iiij. q. iij. per hoc autem quod dicitur elementari: excluditur quicunque humor mixtus qui dicitur equiuoce aqua. vt aqua roseacia. per hoc quod dicitur fluida excluditur aqua congelata si manet aqua: vel qualitercunque mixta per iuxta positionem corporum grossorum: vt non possit abluere. Facta ab alio patet dist. vj. q. iiij. et similiter illa que sequuntur. Simul abluente et proferente etc. patet di. vj. q. iiij. Quod vltimo additur. Habente intentionem etc. patet. dist. vj. q. v. et vj. Et sic habemus tam suscipientem quam conditiones necessarias in suscipiente: quia hominem viatorem aliqualiter consentientem. Habemus conferentem et conditiones necessarias ex parte eius. s. quod sit abluens et verba proferens: et hoc simul et debite intendens. Habemus materiam: quia est ablutio in aqua elementari. Habemus formam: quia verba certa exprimentia actum et suscipientem cum inuocatione trinitatis. Habemus id quod pertinet ad rationem formalem baptismi. s. quia ex institutione diuina efficaciter signans. Habemus correlatiuum: quia ablutionem anime a peccato. ¶ Si autem ponatur relationem quam importat baptismus non fundari in ablutione vt in fundamento totali. E sed in ablutione et verbis tanquam in vno fundamento instituto ad signandum effectum vnum: tunc potest poni ratio baptismi talis completa. ¶ Baptismus est sacramentum ablutionis anime a peccato consistens in ablutione hominis viatoris aliqualiter consentientis: vel libero arbitrio nunquam vsi: facta in aqua elementari fluida cum prolatione verborum actum et suscipientem et ministrum cum inuocatione trinitatis designantium ab alio simul abluente: et verba ista proferente et intendente facere: quod facit ecclesia christiana. Et tunc eadem est ibi expositio particularum istius rationis que fuit et prioris: nisi quod in ista ponitur primo illud quod pertinet ad formalem rationem baptismi: cum dicitur sacramentum: et correlatiuum eius. cum dicitur ablutionis. et postea illa que pertinent ad fundamentum: cum dicitur consistens etc. F nec est differentia nisi quia non ponitur totale fundamentum istius relationis vtroque modo idem. vtroque tamen modo idem principaliter importatur: quia siue per solam ablutionem siue per ambo. scilicet ablutionem et verba: sunt tamen ambo vnum signum integrum institutum quidem principaliter ad signandum principale significatum istius signi. s. vt abluatur anima a peccato: et hoc a deo trino et vno in cuius nomine ba-

ptizamur cui est gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Nunc de sacramento confirmationis &c. Distinctio Septima.

Postq̃ magister egit de primo sacramento.s.de baptismo: hic agit de secundo.s.de sacramento confirmationis: ⁊ diuiditur in duas partes: scilȝ in proemium ⁊ tractatum: qui incipit ibi. (Forma enim). Et ille tractatus diuiditur in quinq partes. Primo nãq determinat de forma sacramenti. Secundo de ministro ibi. (Hoc sacramentum ab aliis). Tertio de effectu ibi. (Uirtus autem). Quarto de conditione quadam in suscipiente ⁊ conferente pertinente ad reuerentiam sacramenti ibi. (Hoc sacramẽtum tm̃ a ieiunis). Quinto et vltimo de initerabilitate huius sacramenti ibi (Nec debet iterari.

Questio Prima.

Circa istam distinctionem possent multa queri proportionaliter illis que quesita sunt de baptismo., sȝ premitto quãdam rationem sacramẽti hui⁹: ex quo patet solutio multarum.q. Et supponẽdo q̃ relatiõis que est formale in hoc sacramento fundamentum tale sit vnctio determinata cum conditionibus
A multis aliis requisitis: potest assignari ratio talis. Confirmatio seu sacramentum cõfirmationis est vnctio hominis viatoris aliqualiter consentiens: vel libero arbitrio nunq̃ vsi: facta in fronte in figura crucis cum chrismate sanctificato: ⁊ hoc a ministro idoneo simul cum intentione debita inungente: ⁊ verba certa proferente: significans efficaciter ex institutiõe diuina vnctionẽ anime p grãm roborãtem ad confitẽdum cum constãtia fidem christi. ¶ Hic patet que sit huius sacramenti materia: q̃ cum posset distingui de materia sicut dictũ est de materia in baptismo.di.iii.q iii. Materia prima.i.illud visibile qd̃ concurrit in fundamẽto est vnctio facta in fronte in figura crucis cũ chrismate sctificato. Materia aũt remota est chrisma compositum ex oleo oliue ⁊ balsamo ⁊ sanctificatum specialiter ab ep̃o vel ab alio: cui talis sanctificatio pote
B rit cõmitti. ¶ Forma est talis. Signo vel cõsigno te signo crucis. confirmo te chrismate salutis vel sctificationis: in nomine patris ⁊ filii ⁊ spũs sct̃i. ¶ Suscipiens est homo viator aliqualiter consentiens qd̃ intelligendũ est sicut de baptismo. vt patet dist.iiii. Sed hic ctãrũ suscipiẽs est s̃m determinatam partem ppter qd̃ addit in fronte. Minister est ep̃s vel alius cui cõmitti poterit. Ideo dicitur in generali a ministro idoneo. ¶ Ex parte ministri requiritur simultas in faciendo vtrũq actum.s.vnctionis et plationis forme ⁊ etiã debita intẽtio: que omnia debent intelligi sicut expositum est de ministro in baptismo dist. vi. Que adduntur. Significans efficaciter ⁊c. dicunt illud qd̃ formale est in isto sacramento: ⁊ qd̃ vltimo addit vnctionẽ interiorẽ. signat correlariũ illius relatiõis que est formale in isto sacramento. ¶ Et si obiicit primo contra materiã ⁊ formale simul: q̃ christus nõ sic instituit. vt patet Io.xx. quãdo insufflauit ⁊ dedit discipulis spm̃ sctm̃: et similiter Act.ii. quando misso spũ sctõ in linguis igneis confirmabãtur: nec etiã apostoli tali forma vtebãtur vel materia. vt patet in actibus sed ĩpositione manuũ. ¶ Si secũdo obiicit specialiter contra materiã: q̃ nõ oportet eã esse chrisma consecratum: q̃ nec in baptismo necessaria est aqua consecrata: sufficit eñ quecũq aqua. ¶ Si tertio obiicitur q̃ sacerdos cõmunis potest istud sacramentũ conferre. iuxta illud dist. xcv. Peruenit. et ponitur in litera. vbi Gregorius Januario episcopo scribit. Peruenit ad nos quosdã scãdalizatos fuisse eo q̃ presbyteros tãgere chrismate eos qui baptizati sunt phibuimus: et sequitur. Si omnino de hac re aliqui contristentur vbi episcopi desunt. vt presbyteri etiã in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant cõcedi
mus. ¶ Ad primum istorum dicẽdum q̃ christus nõ C
alligauit potentiã suã sacramentis: ⁊ ideo ipse siue in terris siue post ascensionem in celo existẽs: potuit cõfirmare apostolos sine tali materia et tali forma. Cuȝ apostolis etiã in primitiua ecclesia potuit dispẽsare et maxime: q̃ in confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia: puta cõmuniter descensus spiritus sancti super confirmatos: et donum linguarum: sed tamen cessantibus talibus miraculis ministri debuerunt hãc materiã ⁊ hãc formã seruare. Supponitur enim institutum esse a deo licet tempus ⁊ modus. huius ĩstitutionis in scriptura non legatur. forte quia historiographi scripturam vsq ad tempus illud non produxerũt: non enim pduxerunt vltra tempus apostolorum: nec etiã vsq ad plures annos ante mortem eorum. toto autem tempore apostolorum forte mãsit donum linguarum in sacramẽto confirmationis: nec est ĩprobabile multa esse tradita auctoritatiue a christo ecclesie per apostolos que tamen in scriptura non legimus: vt dicit Dama.iiii.lib.c.iiii. vbi loquens de adoratione imaginum ait. Est autem nobis tradita ista traditio quemadmodum oportet ad orientẽ adorare crucem et altera plurima his similia. ¶ Ad secundum dicendũ q̃ christus contractu sue carnis mũdissime omnem aquã cõsecrauit in vsum baptismi: nõ sic autem materiã illã confirmationis: ⁊ ideo requiritur hic specialis sanctificatio: qd̃ etiam est rationabile magis hic q̃ ibi: q̃ baptismus est sacramẽtum necessitatis: et ideo potest a quocũq ministro conferri: et rationabile est q̃ in aqua non consecrata: alioquin materia conueniens non posset esse cõmunis ⁊ impediretur salus multorum. ¶ Ad tertium sunt quatuor
modi dicendi. Prim⁹ q̃ papa consensit q̃ possent vn D
gere in fronte oleo: sed non chrismate. sed hoc est contra textum litere. sicut patet ibidem. ¶ Item hoc cõcessit eo q̃ pro eius subtractione erãt quidã scãdalizati: ⁊ si concessisset illud fieri oleo solo ostendens quasi fieret chrismate: esset simulatio contra veritatem doctrine: sicut si cõcederetur panem benedictũ p euchari
ristia dari. ¶ Secundus modus dicendi est q̃ ppter Bar.brixi
scãdalum vitãdum concessit illud ad tempus vel ma ẽsis d̃ ɔse.
gis permisit: sed istud nihil est. quia vtilius scãdalum di.4.c.p̃s.
nasci permittitur q̃ veritas relinquatur. extra de regu quẽ alios.
lis iuris. ¶ Item in hac concessione peccasset Gregorius mortaliter si concessisset de facto q̃ non potuisset de iure ⁊ prebuisset sacerdotibus occasionem peccãdi mortaliter.s.faciẽdi q̃ non licebat eis facere. ¶ Alii possunt esse duo modi dicendi probabiles. vnus q̃ in primitiua ecclesia non erat differentia inter sacerdotes et episcopos: qd̃ probatur per duas auctoritates Hiero.q̃ ponunt in canone dist. xcv. prima illarũ est.c. Olim.⁊.c. sequenti. Et ĩtitulatur Hieronymi sup epistolam ad Titum.v. dicentis. Olim inquit idẽ presbyter qui ⁊ episcopus antequã diabolico instinctu scisma

ta in religione fierēt ꝛ diceretur in populis. Ego sum pauli. ego autem apollo. et communi presbyterorum consilio ecclesie regebantur: postꝗ autem vnusquisqꝫ eos quos baptizauerat suos putabat nō christi: in toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris supponeretur et scismatum semina tollerentur: et parum post. Sicut presbyteri sciunt se ex consuetudine ecclesie ei qui sibi prepositus fuerit eē subiectos: ita episcopi nouerint se magis ex cōsuetudine ꝗ dispensationis dominice veritate presbyteris esse maiores: et in cōmuni debere ecclesiam regere. ¶ Itē ad euandrū presbyterum et ponitur dist. xciij. Legimus. Cum apostolus perspicue doceat eosdem esse episcopos quos presbyteros: hoc probat ibi per multas auctoritates ꝛ infra Alexandrie a Marco euangelista vsqꝫ ad Esdram ꝛ Dionysium episcopos presbyteri eligebāt semper ex se vnum et in excellentiori gradu collocabant: quem episcopū vocabant: quomodo si exercitus faciat imperatorem. Diaconi autem eligant vnum ex se quem industrie nouerunt: et archidiaconum nūcupant. quid enim facit excepta ordinatione episcopus qđ presbyter non facit? ¶ Respondet glos. ibi. Intelliguntur ibi ꝙ non fiunt nisi ab episcopis. sed hoc exponitur ꝙ non fiunt licite. Q; enim absolute fiant. probatur per glos. precedētem. vbi disputatur in quo facta fuit plāatio aut in officio vel in nomine. et in fine dicit. ꝙ facta est prelatio quo ad nomen: et quo ad aliquam administrationem: et quo ad quedam sacramenta: que modo episcopis appropriantur. ¶ Ex hoc dupliciter arguitur. primo. Si tunc post apostolos facta est talis prelatio episcoporum super presbyteros. ergo a principio ecclesie nō fuit ita. ¶ Item si modo appropriātur. ergo prius a principio nō fuerūt propria. ¶ Rñ. si a principio fuit aliquis actus proprius episcopo sicut dicit Hieronymus preter cōsecrationem: quid potest episcopus qđ non potest presbyter? glo. per consecrationem: intelligit alia. sequitur ꝙ a principio erat differentia episcopi et presbyteri: et tamen ille auctoritates non concludunt oppositum. sed sunt exponende sicut glos. exponit. s. ꝙ forte nomina erāt synonima et administratio. i. gubernatio ecclesie cōmunis fuit: sed tamen non dispensatio quecūqꝫ sacramentorū qđ probatur. xxj. In nouo. In loco apostolorum surrexerunt episcopi. sed. lxxij. discipulorum vicem gerunt presbyteri. ergo a christo fuit distinctio episcopi ꝛ simplicis presbyteri. ¶ Contra. Nōne philippus fuit de lxxij. et stephanus et ceteri diaconi nō presbyteri? Itē

Ca. I. tit. Ad hoc reliqui te crete vt ordinares presbyteros. ergo non episcopus hoc non potuit. ¶ Hoc etiā pro-

I. timo. 4. batur per. c. sequens. xcv. di. Qđ super illud verbum pauli fundatur. Noli negligere gratiam que data est

a. l. p. pphe tibi per impositionem manuum presbyteri. Qm̄ ait

tiā cū impresbyteri episcopi nominantur ſm ꝙ dictum est ad

positione, episcopum. Noli negligere gratiā que data est tibi ꝛc. Et alibi. ad maiores natu qui nos posuerunt episco-

Act. 20. pos regere ecclesiā hec Hieronymus. Non distinguit ergo episcopum a presbytero. quia non dicit ꝙ confirmatio fuerit data per episcopum tantum. sed loquitur de presbytero. nec etiam in actibus legitur distinctio sacerdotū ab apostolis qui erant episcopi. Et si istud est verum tunc sacerdoti ex officio potuit competere confirmare sicut ꝛ episcopo: quia ex prima institutione non erat alius gradus in ecclesia. tamen ꝑpter necessitatem postea multiplicati sunt sacerdotes et restricta est potestas ab eis quantum ad aliqua: que reseruata sunt solis sacerdotib[9] maiorib[9] qui dicti sunt epī: et talis actus eēt ꝯfirmare. Q; si verū est. Greg. bene potuit sacerdotes illos subiectos ianuario epō licētiare ad ꝯfirmādū. q2 ī hoc nō ꝯcessit ptātē eis nō conuenientem eis: sed reuocauit prohibitionem prius eis factam. ¶ Sed si cōtra hoc obijcias: quia ſm ista cum in primitiua ecclesia non legantur alij cōfirmasse: ꝗ apostoli: si tunc quicunqꝫ sacerdotes erant episcopi vel equales quantum ad istum actum: ergo solis episcopis debetur ex officio. ¶ Rñ. ꝙ vel nulli alij ab apostolis erant sacerdotes: quia illi soli tunc potuerunt sufficere: vel si alij erant: detulerunt apostolis in isto actu propter manifestationem spiritus. s. E

euidentem que fiebat in collatione istius sacramenti: vt cum maiori reuerentia et deuotione susciperetur propter excellentiam ministrorum. ¶ Quartus Ri. ꝛ alex.

modus dicendi est ꝙ si a principio non licuit sacerdoti simplici: papa tamen potuit quemlibet sacerdotem illius regionis facere episcopum quantum ad istum actum: non tamen conferendo sibi simpliciter gradum episcopalem: nec quantum ad alios actus: ꝛ tūc quilibet eorum vere confirmauit tāqꝫ episcopus quātum ad istum actum: et ratio conferendi istum gradū cuilibet sacerdoti quantum ad istum actum poterat esse scandalum vitandum. Materia autem remota. s. chrisma habet similitudinem cum effectu huius sacramenti: oleum enim nitorem habet et supereminet ceteris liquidis: et est materia proxima incendij. Per primum significat castitatem vel munditiam: per alia duo significat charitatem. Et balsamum quod habet bonum odorem: significat bonam famam. iuxta illud

ij. Cor. Christi bonus odor sum[9] deo. Balsamo etiā Cap. 2.

corpora mortuorum condiuntur ne putrefiāt. ideo significat īcorruptionē: per illam ergo materiā. s. chrisma confectum ex oleo ꝛ balsamo significat ꝙ confir- F

matus debet habere mūditiam ꝛ charitatē et bonam famā: q2 sine istis non est multum auctētica cōfirmatio fidei christiane.

Quæstio Secunda.

CIrca istam distictioné queri pōt aliq̄ breuia. ¶ Prio vtrū istud sacramentum sit necessarium ad salutem? ꝙ sic. de consecra. dist. v. Omnes fideles per manus impositionem episcoporum post baptismum spiritum. s. suscipere debēt. vt pleni christiani inueniantur. Ex hoc habetur propositum: quia quilibet tenetur esse plenus christian[9]. ¶ Contra. In baptismo datur gratia. ergo per illam est filius regni: et ita sufficit ad salutem. ¶ Respondeo. non est simpliciter necessarium ad salutem. iuxta illud Mar. vlti. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. et de consecra. distinct. v. Spiritus. s. Ubi habetur ꝙ baptizatus per solum baptismum saluatur: est tamen necessarium adulto sic ꝙ non contēnat sicut dicitur extra de senten. excommuni. vbi dicitur in glos. ꝙ non est plenus christianus qui contemnit. ¶ Ad argumentum dico. ꝙ loquitur de adulto qui debet suscipere. i. non contemnere et pro tempore cōgruo suscipere in effectu: iudicaretur enim contemptus si omnimoda opportunitate oblata non susciperetur.

Questio Tertia.

SEcundo queritur. Vtrum sit dignius baptismo? ꝙ sic videtur in litera. ¶ Item de conse. distin. v. Nouissimo. patet ꝙ prefert istud sacramentū baptismo.

¶ Contra. Baptiſmus delet culpā ⁊ penā ſine peni=
tentia: hoc aūt nō. ergo ⁊c. ¶ Rn̄deo. qn̄ aliq̄d inclu
dit vel p̄ſupponit aliud illa poſſunt cōparari vel ſm̄ il
lud q̄ p̄ciſe ptinet ad vtrū͂qꝫ: vel ſm̄ illud qđ ſcđm po
A nit p̄ſuppoſito primo: et quidē ſecūda cōparatio non
eſt ꝑ ſe: qꝛ ſic vniuerſaliter ſcđm excedit primuꝫ ſicut
duo bona excedūt alterū eoꝝ. ſed prima eſt ꝑ ſe: qꝛ eſt
ſm̄ p̄ciſas rōnes cōparatoꝝ: et hoc modo dico q̄ ba=
ptiſmus eſt ſimpliciter nobilius ſacramentū. loquen=
do de nobilitate ſacramēti penes finē principalem ſa=
B cramēti. qui eſt collatio gratie. nā ad maiorem gratiā
⁊ ad plures effectus ſimpliciter nobiles confertur ba
ptiſmus q̄ꝫ confirmatio. Loquendo tamen ſm̄ aliam
cōparationem confirmatio multum addit baptiſmo.
¶ Poteſt etiā dici ſm̄ quid confirmatio nobilior ra
tione miniſtri: qꝛ a nobiliori miniſtro cōfertur: ſed nō
eſt hoc ſimpliciter propter eius nobilitatem: ſed pro=
pter baptiſmi maiorem neceſſitatem iſte pluribus mi
C niſtris conceditur. iſta nō: niſi ſpecialibus. Ex hoc vl
timo de nobilitate ſm̄ quid. patet ad argumētum op=
poſitum.

Queſtio Quarta.

TErtio queritur. Vtrū iſtud
ſacramentum poſſit iterari? videtur q̄
ſic: qꝛ morb⁹ cōtra quē eſt iteratur: po=
A teſt enim aliquis poſt cōfirmationem
iterū fieri puſillanimus. ergo remediū
cōtra illū morbū iterat᷑. ¶ Contra. Magiſter in lite=
ra. ⁊ de ꝯſe. di. v. dictū. ¶ Rn̄deo. iterari non debet ita
q̄ ſcienter: qꝛ iterās peccat mortal̄r: ſed nec pōt itera=
ri ſic q̄ iteratum habeat propriā efficaciā ratio princi
palis eſt inſtitutio diuina: et cōgruētia: quia per iſtud
ſacramentū inſtituitur aliquis in determinato gradu
eccleſie. ſ. in gradu bellatoris: et ſacramētum īſtituēs
in gradu determinato nō iteratur: ⁊ iuxta hoc adduci
tur congruentia: qꝛ imprimit effectum indelebilem. ſ.
caracterē. ¶ Ad argumētum. Morbus vt cōtra ip̄m
eſt hec medicina non iteratur. licet aliter.

Quæſtio Quinta.

VLterius quærit᷑ quæ ſit pœna
iterantium illud ſacramentū? ¶ Reſpon=
deo. dicūt canoniſte ſicut dictū eſt de itera=
art.4.q.2. tione baptiſmi. diſt. vj. Qđ ꝓbāt ꝑ locū a ſimili. per il
lud. c. de ꝯſe. di. iiij. Qui bis. ¶ Sed aliter dico q̄ vni=
A uerſaliter nulla pena canonica que nō eſt inflicta a pa
pa cōdēte ius incurrit᷑ ipſo iure nec ꝓpter argumenta
exponētium canones ſiue a ſimili ſiue a cōtrario ſen=
ſu eſt aliq̄s tali pena aſtrictus: quia poſſunt exponere
ius cōditū: nō autē cōdere nouū ꝑ ſuas expoſitiōes.
Unde Inno. qui tn̄ fuit papa cū feciſſet magnuꝫ op⁹
exponēdo ius canonicū: cū fuiſſet req̄ſit⁹ ab aliis q̄le
robur vellet illū tractatuꝫ hr̄e: dixit q̄ nollet ip̄m eſſe
auctēticū: ſꝫ tātūmō magiſtrale. Cū ergo nō inueniat᷑
in iure canonico exp̄ſſe pena irregularitatis inflicta ꝑ
iteratione cōfirmationis: ſequit᷑ q̄ nō incurrat᷑: ⁊ hoc
maxime ptꝫ: qꝛ cōſtitutiōes penales ſunt reſtringēde
non ampliāde: ⁊ ſi voluiſſet legiſlator penā talem in=
flixiſſe pro iteratione cōfirmationis ſicut baptiſmus.
potuiſſet expreſſiſſe hic ſicut ibi. ¶ Et confirmat᷑ etiā
per. c. illud. de cōſe. diſt. v. dictū. vbi nulla pena infligit᷑
ep̄o iterū cōfirmāti: ſed nec ſuſcipienti. niſi q̄ ſoli deo
ſub habitu regulari vel clericali ip̄m religioſiſſime fa
B mulari decretū eſt. hic aūt inuit nō penā irregularita=
tis ſed magis oppoſitum. puta exercitiū officij cleri=
calis. nā in executione ordinum ⁊ p̄cipue in conſecra=
tione euchariſtie clericus deo ſuo religioſiſſime famu
latur: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Poſt ſacramentum baptiſmi & cō= firmationis ſequitur euchariſtię ſacra mentum &c. Diſtinctio Octaua.

POſtq̄ magiſter egit de
baptiſmo quo regn̄amur: et de
confirmatiōe qua roboramur.
Hic agit de ſacr̄o euchariſtie q̄
nutrimur: ⁊ ī bono ꝯſumamur.
Et diuidit᷑ in duas ꝑtes. Prio
ꝯtinuat ſe ad p̄cedētia. Secun
do determīat de euchariſtia in
ſe. (Hic qn̄). Pria ī duas. Pri= a.l.hecaūt
mo ponit ꝯtinuationē dicēdo rum ad dicta. Secundo
ſubiūgit ꝯtinuatiōis rōnē cōparādo euchariſtiā ſpe=
cialiter ad baptiſmuꝫ ibi. (Per baptiſmū). Et illa ꝑs
hꝫ duas. In p̄ma cōparat euchariſtiā ad baptiſmum
ſm̄ excellētiā. In ſcđa ſm̄ cōuenietiā et differētiā ibi.
(Cuius figura). Cōuenietia. eſt qꝛ vtrū͂qꝫ ſacramentū
prefiguratū fuit in lege moſayca: ſed differentia eſt q̄
vtriuſqꝫ fuit ꝓpria figura: ⁊ hāc ꝯuenietiā ⁊ differen=
tiā ponit. Primo ponēdo vtriuſqꝫ ſacr̄i ꝓpriā figurā
in lege moſayca. Secundo ponēdo vtriuſqꝫ figuram
ꝓpriā in ſua cā ibi. (Hec duo ſacr̄a). Et ſequitur illa
pars. (Hec etiā ante alia). In q̄ agit de euchariſtia in
ſe: et illa pars hꝫ quatuor ꝑtes. Primo agit de ſacra=
mēto euchariſtie ⁊ ꝑceptiōe ſacr̄i. Secūdo de ꝯſecra=
tione ſeu ꝯuerſione qua iſtud ſacr̄m īcipit eſſe. Tertio
de accidētib⁹ remanētibus poſt ꝯſecrationē. Quarto
de miniſterio ꝯſecratiōis. Secūda in principio diſt. xj.
(Si aūt q̄rit᷑). Tertia in p̄ncipio diſt. xij. (Si aūt q̄rit᷑
de accidētib⁹). Quarta in p̄ncipio diſt. xiij. (Solet au
tē q̄ri). Prima diuidit᷑ in duas. Primo determīat de
ſacr̄o ⁊ ſuſceptiōe ei⁹ ꝟitatē. Secūdo excludit errores
ꝯtra illa ibi. (Hec ꝟba). Prima ī duas. Prio determi
nat de ꝟitate ſacr̄i. Secūdo de ei⁹ ſuſceptiōe in princi
pio diſt. ix. (Et ſicut dueres). Prima in proemium et
tractatū: ⁊ ideo proemiū nō diuido ꝯtra totū tractatū
de euchariſtia. ſꝫ tātū ꝯtra tractatū q̄ habet᷑ in iſta di.
qꝛ hic non ꝓponunt᷑ niſi quatuor de quib⁹ in iſta diſt.
determīat ibi. (Nū͂qꝫ ſacr̄m). Tractat⁹ īcipit ibi. (Sa=
cramētum dn̄s īſtituit) et hꝫ duas ꝑtes. In p̄ma agit
de duob⁹ q̄ ꝓpoſuit. ſ. de inſtitutione et forma. In ſe=
cūda de aliis duob⁹. ſ. de ſacr̄o ⁊ re. (Nunq̄d ibi ſacra=
mētū). Prima in duas. Primo agit de inſtitutiōe ve=
ritatē. Secūdo excludit circa hoc errorē vl̄ dubitatio
nē ibi. (Cōſideratiōe dignū). Pria in duas. Prio de
inſtitutiōe. Secūdo de forma ibi. (Forma vero eſt).

CIrca iſtam diſtinctionē octauā
querēdū eſt principal̄r de trib⁹. ¶ Prio an
euchariſtia ſit ſacr̄m legis noue? ¶ Secun
do de forma: an ſit q̄ ponitur in canone miſſe? ¶ Ter
tio de inſtitutione: an hoc ſacramētum ꝯuenīēter fuit
inſtitutum poſt cenam.

Quæſtio Prima.

AD primū ſic proceditur. E
Et arguit᷑ q̄ euchariſtia nō ſit ſacr̄m
noue legis. Primo qꝛ ſacr̄m noue le=
gis eſt ſignum gr̄e collate in eo q̄ reci
pit ſacr̄m: ſed euchariſtia non eſt hu=
iuſmodi. qꝛ manet in altari poſt ꝯſecrationē: ⁊ nulli ꝑ

ipſam grā daꝛ. ¶ Itē ſacramēta noue legis efficiunt
qđ ſignificāt: figurāt: non ſic euchariſtia. qꝛ ſignificat
vel figurat verū corpus chriſti et ſanguinem cōtineri
ſub illis ſpeciebus. ſed ille ſpecies hoc nō efficiunt. nā
reſpectu eius nō pōt aliqua virtus finita habere cau-
ſalitatē. ¶ Item ſacramēta noue legis habēt aliqua
verba q̄ ſunt forma. Non ſic euchariſtia: qꝛ verba que
ſunt forma ſacramēti opꝫ eē ſimul cū ſacramēto: ꝟba
aūt euchariſtie nō ſunt ſimul. tū qꝛ euchariſtia manet
ꝟbis nō manētibꝰ: tū qꝛ dū ꝟba ſunt in ꝓlatione non
T. c. 10. euchariſtia ſed in fine ꝓlationis. ¶ Itē dꝛ. iiij. meta.
qđ nō vnū ſignificat nihil ſignificat: euchariſtia non
eſt ſignum vnū ſeu ſacrm̄. nec ſignificat vnū ſacrm̄. er
go ⁊c. Probatio maioris: qꝛ aliud ſignum eſt ſpēs pa
nis. aliud ſignū ſpēs vini: ⁊ habēt aliud ⁊ aliud ſigni-
ficatū: qꝛ vnius ſignificatū ꝓpriū eſt corpꝰ chriſti: al-
terius aūt eſt ſanguis. ¶ Contra. de ꝯſe. diſt. ij. in ſa-
cramētoꝝ oblationibus loquiꝛ de euchariſtia ⁊ ibidē
non oportet in ſacramento aliud offerre preter ⁊c.

Hic tria videnda ſunt. ¶ Primo ſicut
ꝓceſſum eſt in aliis ſacris ponenda eſt quedā rō nōis
euchariſtia ⁊ ſupponēda eſt ex vſu loquētium. Secū-
do inquirēdū eſt ſi illi rōni ſubſit aliquid reale. Et ter
tio ſi id qđ ſubeſt ſit ſacrm̄ noue legis. qđ principali-
A ter queriꝛ. ¶ Ratio nōis euchariſtie ſm̄ cōiter vten-
tes vel loquentes de euchariſtia pōt eſſe talis. Eucha
riſtia eſt ſacrm̄ corporis chriſti ⁊ ſanguinis veraciter
ꝯtēti ſub ſpeciebꝰ panis et vini poſt ꝯſecrationē factā
a ſacerdote ſub ꝟbis certis cū debita intētione ꝓla
tis ex inſtitutione diuina veraciter ſignās corpꝰ chri-
ſti ⁊ ſanguinē ſub eis realiter cōtineri. ¶ De ſcđo di-
co. ꝙ iſta rō non eſt in ſe falſa: qꝛ nulla pars repugnat
alteri: poſſibile em̄ eſt ſine ꝯtradictione corpus chriſti
ꝯtineri ſub ſpecie panis: ⁊ ſanguinē ſub ſpecie vini. qđ
ſupponaꝛ hic. qꝛ diſt. x. declarabiꝛ. Poſſibile eſt etiam
iſta ſigna inſtituta eſſe a deo ad ſignādū veraciter illa
ſignata ſub eis ꝯtineri: qꝛ ꝙ deus pōt facere pōt ꝑ ali-
quod ſenſibile ſignū īpoſitū ſignare. ergo iſti rationi
ſubeſt aliqđ ens. hoc eſt cui non repugnat eſſe. ¶ Vl
terius dico. ꝙ ſibi ſubeſt aliqđ ens in effectu. vt ꝓba-
ri pōt ꝑ auctoritatē ⁊ congruā rationē. Auctoritas eſt
Matth. xxvj. vbi chriſtus poſt cenā iſtud ſacramētū
inſtituit: vt ſub iſtis ſpeciebꝰ verū corpus eius ⁊ verus
ſanguis veraciter ꝯtinereꝛ: ⁊ non tm̄: tunc qn̄ ipſemet
cōfecit. ſed ꝙ poſtea hoc ſacrm̄ a ſacerdotibꝰ in eccle-
ſia conficereꝛ: ad qđ dedit auctoritatem ſubdens ibi:
⁊ dicēs apoſtolis: hoc facite in meā cōmemoratiōem.
¶ Itē habeꝛ Luce. xxij. et. j. Cor. xj. vbi apl's diffuſe
determinat de mō ꝑceptiōis ⁊ ꝯſecratiōis huiꝰ ſacri.
Panis inquit quē frangimus nos ſacerdotes nonne
participatio dn̄i eſt: et ꝙ iſtud ſacramentum ſit perpe
tuo in eccleſia ibi ait. quotienſcūq; inquit panem hūc
comedetis ⁊ calicem bibetis mortem dn̄i annunciabi
tis donec veniat: ſupple ad iudicādum: vnde vſq; ad
tūc durabit eccleſia militans ⁊ euchariſtia in ea. ſicut
tenent oēs ſcti. ¶ Q; hoc ſit cōgruū ꝓbaꝛ: qꝛ ꝯgruū
eſt chriſtū eſſe nobiſcū in tali ſigno ſenſibili vt magis
excitereꝛ quilibet ad reuerētiā ⁊ deuotionē ad chriſtū: ⁊
hoc pꝫ de facto. ꝙ quaſi oīs deuotio in eccleſia eſt in
ordine ad illud ſacramētū. ꝓpter hoc em̄ clericus cū
maiori diligētia ꝑſoluit officium diuinū in ordine ad
miſſam. ꝓpter hoc etiā populus deuotius audit miſ-
ſam q̄ aliquod aliud officiū eccleſiaſticum. ꝓpter hoc
etiā ſingula cum maiori diligentia confitentur quan-
do intendunt ſm̄ ordinationē eccleſie ſaltem ſemel in
anno cōmunicare. ¶ Congruum etiā fuit poſt gene-
rationem ſpūalem conferri etiā nobis nutrimētū ſpi-
rituale: ⁊ illud magis congrue nobis datur ſub ſimi-
litudine nutrimenti corporalis: nutrimētū aūt corpo-
rale ꝑcipuū conſiſtit in pane et vino. ergo ⁊c. ¶ Con-
gruum etiam fuit ꝙ ſignum ſenſibile: ſub quo nobis
deus voluit ſe dare: haberet ordinem ad verba aliqua
ab aliquo miniſtro ꝓferēda: qꝛ aliter neſciremꝰ quan
do in tali ſigno eſſet chriſtus ⁊ quādo non: et ſic periret
reuerentia debita et deuotio. ¶ Congruum etiā fuit
ꝙ in ꝓlatione illorū verborū miniſter eſſet in eccleſia
excellens. ſ. ſacerdos per cuius actum miniſterialem
chriſtus ſic incipiat eſſe nobiſcum. ¶ De tertio dico. B
ꝙ illud qđ ſubeſt rationi nominis prius poſite eſt ſa-
cramentum. quia. ſ. eſt ſignum veraciter repreſentans
ex inſtitutione diuina: ⁊ lꝫ non grām accidentalem: ta
men effectum aliquem dei gratuitum. ſ. eſſe corporis
chriſti ſub tali ſpecie. gratia autem in diffinitione ſa-
cramenti non accipitur tm̄ pro grā accidentali: ſed ꝓ
effectu dei gratuito. ¶ De vnitate huius ſacramenti
dico. ꝙ bene poſſibile eſſet plura ſenſibilia concurrere
in fundamēto vnius ſacramenti ſimpliciter. vt ſupra
dictum eſt de ablutione ⁊ verbis in fundamento rela-
tionis baptiſmi: ſed ibi neutrum illorum eſt aliquid il
lius ſacramenti ſine altero. hoc autem et ſpecies pa-
nis continet ſuum ſignatum ſine ſpeciebus vini et
econuerſo. ideo dico ꝙ corpus chriſti poteſt accipi ſtri
cte prout includit partes animatas anima chriſti cu-
iuſmodi non eſt ſanguis: licet ſit in potentia propin-
qua vt conuertatur in carnē animatā: et ſic corpus eſt
aliud eſſentialiter a ſanguine: ⁊ in ſe etiam poteſt eſſe
aliud ſignatum: et per conſequens poteſt eſſe huius
ꝓprium ſignum: ſicut eſt ⁊ ꝓpria diffinitio. Alio mo-
do corpus poteſt accipi vt omnia illa īcludit que ꝑti-
nēt ad totum corpus organicum ſiue ſint partes ani
mate ſiue ſint alia non formaliter animata: vt humo-
res ⁊ ſpūs: et hoc modo ſanguis eſt aliquid corporis.
primo modo accipiēdo corpus licet ipſum et ſanguis
ſint primo diuerſa ſignata: tamen cōſtituūt vnū ſignū
ſignatum totale qđ eſt corpus ſecūdo mō: ⁊ ita ſignū
ꝓprium corporis primo mō ⁊ ſignum ꝓprium ſangui
nis poſſunt eſſe vnum ſignū vnitate integritatis: non
autem indiuiſibilitatis. ¶ Congruit autem hoc ſa- C
cramentum habere talem vnitatem integritatis ⁊ nō
indiuiſibilitatis: quia eſt ad cōpletā nutritionem ani-
me que ſignificatur per completā nutritionem corpo-
ris. Completa autem nutritio corporis fit ex aliquo
vno vnitate integritatis non vnitate indiuiſibilita-
tis. ſ. ex alimento: non enim nutrit ſufficienter cibꝰ ſi-
ne potu nec ecōuerſo. ¶ Ex dictis patet quadruplex
differentia ⁊ excellētia huius ſacramēti ad alia: quaꝝ
triplex eſt in ſignificādo. Vna eſt. qꝛ eſt ſimpliciter ve D
raciſſimum in ſignādo. alia enim ſacramenta veracia
ſunt quātum eſt ex ſe tamen quādoq; nō habent effe-
ctum ſuum ſignatum ꝓpter indiſpoſitionem ſuſcipiē-
tis: iſtud autem nunq̄ caret ſuo ſignato. ¶ Secūda
excellentia eſt: qꝛ qđ ſignificat iſtud ſacramētum hoc
realiter continet: alia non. ¶ Tertia excellētia eſt ſi-
gnati per iſtud: alia enim ſacramenta ſignificant gra-
tiā accidentalem inherentem ſuſcipienti: iſtud autem
ſignificat gratiā ſubſiſtentem. ſ. verum corpus chriſti
ibi exiſtens. ¶ Vltima differentia eſt in modo eſſen-
di iſtius ſacramenti: qꝛ omnia alia ſacramenta ꝯſiſtūt
in vſu ⁊ in fieri. ita qđ idem eſt ibi ſacramētum et per-
ceptio ſacramenti: ſicut baptiſmꝰ eſt perceptio baptiſ-
mi: nec permanet aliquid qđ ſit ſacramentum ceſſan-
te vſu tali vel ꝑceptione: ſed hoc ſacramētū eſt quod-
dam permanens etiā ante vſum: ⁊ hoc congruū erat:
qꝛ chriſtus ꝑmanēter voluit eē nobiſcum. ergo in ali-
quo ſigno vel ſacramento ꝑmanēte. vnde vſus huius
ſacramēti nō eſt ſacramētū. vſus enim verborum ſa- E
cramētaliū eſt quedā via ad ſacramētū: qꝛ in termino

prolationis verborum incipit esse sacramentum: sed vsus et perceptio istius sacramenti est quedam dispositio sacramentalis seu via qua hoc sacramentum applicetur mēbro ecclesie: et bene possibile est in vtroqz vsu si digne fiat gratiam conferri vtēti: sed hoc nō est formale et primū significatū eucharistie: sed quidam actus sacramentales in quibus bene potest gratia recipi si digne fiāt: magis tamen in perceptione q̄z in cōsecratione: quia actus perceptiōis significat nutritionem spiritualem que est per gratie collationem.

Ex his patet ad argumenta. ¶ Ad primum. quia eucharistia non est primo signū gratie accidētalis sed subsistētis. ¶ Ad secūdum videtur esse bona difficultas contra illum qui ponit sacramēta habere actionem respectu significati. sed cōtra me nō cōcludit. dico enim q͂ hoc modo intelligitur illa propositio. sacramētum efficit qđ figurat. i. significat aliquid fieri illud sacramentum tanq̄z per signum efficax fit. si autem significat aliquid esse illud per sacramentum tanq̄z per signūm verax est. Qualiter autem accipiatur ibi. per: dictum est in p̄ma di. Et cum dicitur q͂ nulla virt9 finita potest agere ad esse corporis christi ibi. Concedo proprie loquendo de actione. Potest tamen aliqua virtus finita vel aliquid virtutis finite esse dispositio immediata ad esse corporis christi ibi. Non a se sed a deo assistente ibi. Et hoc modo istituit istas species vt post cōsecrationem assistat eis ad hāc presentiā corporis christi. ¶ Ad tertium patet: quare istud sacramentum non habet aliqua verba p̄ forma. quia tunc non esset sacramentum permanens: cū verba non possunt esse nisi in successione: tamen ipsa consecratio sacramenti consistit in fieri: et ideo requirit aliquam formam verborum. Sed illa non est forma sacramēti sed consecrationis sacramenti: et pro tanto illa possunt dici verba sacramentalia: quia ad sacramētum pertinentia: tanq̄z forma cōsecrationis eius: que ɔsecratio est inceptio sacramentalis: sed non dicūtur sic sacramentalia sicut verba baptismi: illa enim sunt sacramentalia: quia forma sacramenti. ¶ Si autem omnino queras que sit forma huius sacramenti: dico q͂ ipse species visibiles sunt materia. i. proximū fundamentum relationis significationis et ipsa significatio est ibi formale sicut in alijs sacramentis. ¶ Et si queras q̄d est in hoc fundamēto tanq̄z materia. aliud tanq̄z forma? ¶ Rn̄deo. q͂ non est hic aliud tāq̄z materia et aliud tanq̄z forma sicut est in alijs: cuius ratio B est: quia istud est permanens. et ideo non possunt aliqua verba ad eius essentiam pertinere: in quocūqz autem sacramento distinguitur materia et forma signū visibile dicitur eē materia: verba vero forma. ¶ Ad Rica. p̄siti di. ar. 1. q. 2. quartum dicitur q͂ hec ambo sunt vnū signum vnius rei: vt corporis christi. ¶ Contra. Nomia synonima sunt alia et alia nomia: sunt etiā plura signa nō obstāte q͂ idem significent: quia plures sunt ibi voces īposite ad significandum. ergo a simili cum hec sunt alie et alte species significātes: erit aliud et aliud sacramētū. Dico ergo aliter sicut dictum est in corpore questiōis q͂ sunt sacramentum vnum vnitate integritatis non indiuisibilitatis. Ideo non concludit.

Quæstio Secunda.

Ad secundum sic proceditur. Et arguitur q͂ illa non est forma precisa cōsecrationis eucharistie que ponitur in canone misse. primo: quia hoc pronomen hoc: aut demonstrat substantiam panis aut accidentia: et vtroqz modo est propositio falsa: aut demōstrat corpus christi: et tūc propositio non est effectiua sicut nec ista: corp9 meū est corp9 meū: nulla eni propositio est effectiua vel operatiua q̄ vera eēt: nulla posita actione vel operatiōe eque sicut si operario ponatur. talis est ista: corpus meum est corpus meum. ¶ Itē istud pronomen hoc vel demonstrat pro instāti p̄ quo profertur vel p̄ alio: si p̄ illo non est tūc corpus christi. ergo tunc demonstrat panem vel accidentia. Sed tunc propositio illa est falsa: quia nec panis nec accidentia sunt corpus christi. Sed oratio falsa nō potest esse forma in sacramento veritatis. ergo et c. Itē in forma sacramenti tradita christo nō licet regulariter aliquid interponere (regulariter dico pro interruptiōe aliqua modica casuali, de qua dictum est in diffinitione baptismi) sed hic regulariter interponitur hec coniunctio enim: que non est in forma tradita a christo sicut distincti. 3. patet in euāgelijs. ¶ Item sicut hoc pronomen ego signat primā personā ita meum possessionem. ergo sicut dicens ego de se loquitur. ita dicens meū designat illud a se possideri. ergo sacerdos proferēs meum: designat illud eē suum. i. sacerdotis. ¶ Item de forma consecrationis sanguinis. arguitur q͂ non sit illa qua vtimur: quia illa non inuenitur tradita a christo. quia nullus euangelista ponit illa verba. Item eque pauca verba videntur sufficere ad cōsecrationem sanguinis sicut corporis. ergo cum consecratio corporis cōsistat in quatuor v̄bis. ergo et sanguinis. ergo alia supfluūt. ¶ Contra. extra de cele. mis. Cum marthe. §. Ex eo credimus. ait Inno. iij. q͂ forma verborum sicut in canone scribitur et a christo apostoli et ab ipsis eorum acceperunt successores. ergo et c.

Respondeo. Hic tria videnda. Primo si eucharistie est aliqua vna forma. Secūdo que. Tertio quid signat. De primo patet ex solutione. q. prece- A dētis. quia nulla verba sunt forma eucharistie: nec de essentia eius. sed verba aliqua sunt forma cōsecrationis eucharistie. et sic intelligendo: quia sic proponitur in. q. quid sit forma cōsecrationis. Dico q͂ sicut istud sacramentum est vnum vnitate integritatis non indiuisibilitatis: qz in se icludit duo signa partialia. q̄ primo signāt duo p̄pria signata et p̄xima. s. corpus et sanguinem. et remota. s. cibationem et potum spiritualem. ita etiā est vna consecratio vnitate integritatis: et tamen due consecrationes partiales. sicut enim aliqua res est vna sic est vna eius inceptio: et sicut plures: sic plures eius inceptiones: et sicut cōsecratio est plures sic eius inceptio est plures. Est ergo consecratio plures partiales consecrationes: tamen vna vnitate integritatis: et sic est vna forma consecratiōis. vnitate integritatis: sed tamen continens in se plures formas partiales. distinctio autem formarum illarum partialiū patet: qz vna est efficax sine alia qđ manifestū est: alioquin enim fideles corpus adorātes ante cōsecrationē sanguinis essent idololatre. qđ falsum est.

De secundo dico. quia verba cōsecrationis corporis sunt quatuor. s. illud pronomen hoc: et B verbum est: et in apposito corpus et meum. Coniunctio enim non est de essentia forme. sed s̄m vnum doctorem ponitur ad designandum ordinem consecrationis sacramenti ad vsum sacramenti. quod patet ex verbis. Accipite. hoc est enim et c. q. d. quia talis est cōsecratio ideo vtimini consecrato. Sed alia ratio potest assignari. s. q͂ enim ponitur ad continuandum ne illa verba que sunt de forma proferantur sine precedētibus. ¶ Sed hic est dubium: vtrum pretermissis verbis precedentibus per ista sola quatuor verba conficeretur

Tho. p̄nti d. ar. 2. q. 1. in sol. 2. ar. Idē tenet. ri. di. p̄nti arti. 3. q. 1. Bot. picta. nē. 4. p. sū. imā h9 c̄ti. z io. ro z ri. vbi.

ret sacerdos. ¶ Dicitur ꝙ sic. quia ista sunt precisa forma: alia sunt propter reuerentiam vel propter orationem premittenda. ¶ Sed cōtra istud arguitur. quia verba sacramentalia ex vi verborum debēt significare illud qđ efficitur ex vi sacramenti. Sed ex vi consecrationis huius efficitur ibi esse verū corpus christi. ergo verba sufficientia ex vi ꝓpria debent significare illud ibi ꝯtineri. Sed hec verba: hoc est corpus meū. ꝓlata sine precedētibus hoc significāt absolute: qꝛ ly meum significat referri ad ꝑsonā ipsius loquentis: qꝛ lꝫ minister possit intēdere vt loquatur in persona christi: nō tñ ꝓpter hoc significatū illoꝝ verboꝝ esse ꝙ ly meū demonstraret corpus christi: sed corpus loquentis: sicut si ego inciperē loqui in persona christi: dicendo sic. Mea doctrina est ista: sed intenderem loqui in persona christi: tamen ex vi verborum nō habetur ꝙ ista doctrina sit christi sed illius qui loquitur. sicut angelus quando loquebatur in persona dei. Ego sum deus abraā: ꝛ ꝑ ꝯsequēs nō eēt ꝓpositio falsa ſm sensum ꝑ quo fieret: tñ nō erat significatuꝫ ꝓprie huius orationis ꝙ ly ego supponeret ꝑ ꝑsona dei. ¶ Hoc etiam confirmatur per Ambro. de conse. distin. ij. Panis est in altari. Sermo inquit christi creaturam mutat: ꝛ sequitur. Consecratio quibus verbis fit attendite que sunt verba. Accipite et edite ex hoc omnes. hoc est corpus meum: vbi ipse videtur coniungere illa verba precedentia. s. accipite tanꝙ̄ verba consecrationis: sed hoc nō est intelligendum tāꝙ̄ sint essentialiter pertinentia ad necessitatem consecrationis: sed tanꝙ̄ necessario premittenda et non solum illa sed alia plura precedentia in canone: ex quibus ex vi sermonis haberi potest ꝙ ista. hoc est corpus meum: dicuntur in persona christi: vnde non sine causa ecclesia ita connexit totum canonem misse ꝙ ab illo loco cōmunicantes: vsqꝫ ad illum locum post consecrationē. Supplices te rogamus omnipotens deus: non aliqua oratio que non necessario connectatur cum precedente: vel per coniunctionem copulatiuam: sicut: hanc ergo oblationem: ꝛ huiusmodi: vel per pronomen infinitum vt quā oblationem tu deus: ꝛ qui pridie ꝙ̄ pateretur: ꝛ post cōsecrationē supra que ꝓpitio. vel per relationem. vt ibi. Simili modo. De isto articulo dicet in generali simul cū dubijs q̇d fuerit obseruandū.

Exo. 3.

¶ De verbis aūt ꝯsecrationis sanguinis est dubium magis: qꝛ quātū ad duo. Primum est: qꝛ formā qua vtimur nullus euāgelistarū recitat. ideo non videt̄ ex euāgelio certa. Greci etiā alia forma vtuntur di. Hic est sanguis ꝛc. et per consequens forma nostra nō est ꝑfecta. ¶ Rñ. nō dubito quin forma nostra sit certa ſm auctoritatē illam Innocētij: qꝛ multa tradita sunt ecclesie ab apostolis. que tñ nō sic scripta sunt in euāgelijs. nec obstat de euāgelistis: qꝛ intēdebāt narrare rē gestā: nō aūt tradere formam consecrādi. Sed ꝛ de forma grecoꝝ ecclia nō dicit eos nō cōficere. vn̄ dicūt aliqui ꝙ forma eoꝝ ꝛ forma nostra ꝛ quecūqꝫ scripta in euāgelijs sufficiēs est ad cōsecrationē tñ in ecclesia romana est de necessitate ministri vti forma qua vtimur. ¶ Secūdū dubiū est: an ad formā qua vtimur ꝑtineāt oīa verba a loco isto. Simili modo: vsqꝫ vbi. vnde ꝛ memores. ¶ Et cōmuniter tenet̄ ꝙ ista. Hoc facite in meā cōmemorationem. non pertinent ad illā formā hoc modo. qđ probatur: quia non magis facit illud. Hoc accipite ꝛc. ad sanguinem ꝙ̄ ad corp9: precepit enim christus ita fieri consecrationem corporis sicut sanguinis. ergo si illud pertinet ad consecrationem sanguinis: pari ratione ꝛ corporis: ꝛ ꝑ cōsequēs quādo hostia leuatur adhuc nō est ibi corpus christi: ꝛ sic idololatria: qđ non est dicendum. Hoc etiam patet. quia preceptum de vsu cōsecrationis nō est de forma consecrationis: hoc est preceptum vsus vt verba ostendunt. ergo ꝛc. ¶ Item ꝑ ista verba contulit apostolis christus potestatem consecrandi: hoc enim ordinauit eos sacerdotes. Collatio autē potestatis consecrandi non fit per verba pertinentia ad consecrationem: quia verba consecrationis materiam respiciunt que consecratur vel terminum in quem cōsecratur: verba aūt potestatem cōferētia respiciūt potestatem quā cōferūt ꝛ illum cui cōfert̄. ¶ Hoc ergo tāꝙ̄ certo supposito nunquid omnia verba vsqꝫ illic. Hoc facite: sunt de forma cōsecrationis sanguinis? ¶ Dicitur ꝙ sic primo de illis qui pro vobis ꝛc. quia relatiuum implicat antecedēs ꝛ est pars vnius totius orationis. Similiter dicunt multo magis de illis: noui et eterni testamenti: qꝛ illud est quedā specificatio eius: qđ precedit cū dicit̄: sanguinis. Ad vnā aūt formā videtur ꝑtinere oīa que ꝑtinēt ad vnā orationē. ergo tā illa. noui ꝛc. de q̇b9 certū est ꝙ ꝑtinent ad vnā orationē: ꝙ̄ illa: qui ꝑ vobis ꝛc. que ꝓpter iplicationē pertinere ad eādē orationē vident̄. oīa ꝑtinebūt ad formā ꝯsecratiōis sanguinis. ¶ Sed iste rōnes non concludūt: qꝛ possibile est aliqua multa addi in oratione consecratiua quibus nō expressis tota cōsecratio haberetur sicut christus potuisset dixisse. Hoc est corp9 meū. assumptū de virgine ꝛ suspendēdū in cruce: sicut dixit de sanguine: qui ꝑ vobis fundet̄: et tunc lꝫ verba illa fuissent dicēda ꝓpter deuotiōem non tñ fuissent simpliciter necessaria ad formā: lꝫ ad eādē orōnē ꝑtinēt. Multo minus etiā valet illa probatio de illo: qui pro vobis: ꝙ̄ de illo: noui ꝛ eterni: posset enim intelligi illa oratio in sensu cōpositionis vel diuisionis sicut distinguitur illud sophisma. Omnis homo qui est albus a sorte currit: licet in sensu compositionis implicatio sit pars eiusdem oratiōis: et ita posset intelligi in proposito. ita ꝙ ante illud: qui: non esset oratio ꝑfecta vel per ly: qui: inciperet oratio copulata precedenti in sensu. s. diuisionis: ꝛ exponeretur ſm Priscianum ly qui: per et ille. Consimiliter per illud: noui testamenti: intelligitur cōmuniter ſm sanctos confirmator in quo intelligitur iplicatio: sanguinis inꝙ̄ qui est cōfirmator noui ꝛ eterni testamenti ꝛc.

Tho. pñti di. ar. 2. q2.

De isto secundo articulo dico breuiter ꝙ nō est nobis traditum omnino certitudinaliter an ad formā cōsecratiōis sanguinis pertineāt aliqua verba post illud. sanguinis mei vel an aliquod illorū sequentium vsqꝫ illic: hoc facit ꝛc. Ideo periculosum est hoc asserere de quo sufficiens auctoritas nō habetur. Non est aūt periculosum ignorare: qꝛ videt̄ ignorātia inuincibilis. Ex hoc patet iprobatio cuiusdam dicti minus discreti: ꝙ necesse est in quolibet sacramēto scire ꝑcise que verba sunt de forma ad hoc vt aliq̇s ꝯferat sacramētū. Istud em̄ manifeste falsum est non solū in ꝓposito: sed etiā in baptismo ꝛ penitētia ꝛ sacramento ordinis: forte enim nullus est qui sciat pro certo nec ep̄s nec ordinatus que sint precisa verba ordinatiōis in sacerdotem: ꝛ tñ nō est dicendum ꝙ nullus est ordinatus in sacerdotē in ecclesia. Consimilr̄ diuersi vtunt̄ diuersis verbis in ꝯferēdo sacramētum penitētie: nec est certū de aliq̇b9 verbis ꝑcisis q̄ sint illa: nō tñ dicēdū est ꝙ null9 absoluat̄ in ecclia. ¶ Quid ergo erit ꝯsilium? Dico ꝙ sacerdos intēdēs facere qđ facit ecclesia legēs distincte verba canonis a ꝑincipio vsqꝫ ad finem vere cūficit: nec est tutū alicui se reputare valde peritū de sciētia sua: et dicere volo vti precise istis verbis ꝑ cōsecratione sanguinis: sed securior est simplicitas: volo ista verba ꝓferre sub ea intentione sub q̄ christ9 instituit ea eē ꝓferēda vt q̄ ex christi institutiōe sūt de forma: dico vt de forma: ꝛ q̄ ad reuerētiā.

De cō. mi. c. cū marte. — Pe. d. ar. pñti di. ar. 3. q. 2. — vid ri. vbi s. ar. 3. q. 2.

C D E

impugnet vt p3 in l'tera // sed de mente nři subtilis scoti est dubium/ potentum si aliquis sacerdos proferendo tantum illa quatuor verba, vere conficiat corpus x. et ita in tali casu scotiste deberent adorare talem ostiam sub conditione/ si tu es corpus x ergo te adoro

¶ Sed quid si ante omnia verba prolata contingeret mori sacerdotem: nunquid habēdus esset sanguis tanq̄ vere consecratus? Dico hic sicut in quodam casu superius premisso: si quis sacerdos inciperet sic loqui. Hoc est corpus meum: non predicens verba premissa totaliter: q̄ in omnibus talibus non est adorandum nisi sub conditione si vere consecratum est. Et nunquid iteranda sunt verba? dico q̄ non absolute. et simpliciter

F ¶ Sed nunquid sub conditione: dico q̄ hic non est talis necessitas sicut in baptismo: quia ibi quando dubitatur de baptizatione dubitatur de salute. Ideo licitum est ibi quandoq̄ sub cōditione baptizare. Sed hic si probabiliter dubitatur in altero istorū casuum an consecratio sit completa nullum periculum salutis imminet. si non iteretur: nec absolute: nec sub conditione. ¶ Quid ergo est ne illa materia sēp seruāda? dico q̄ non. quia putresceret: sed sacerdos post cōmunionem in sua missa potest illam materiā recipere sub intentione conditionata tali si istud est consecratū recipio vt consecratum. sed si non: nō: sed vt tale de quo est incertū: nec in hoc potest esse periculum: quia ieiunus est ante perceptionem vini ablutionis: et si non est sanguis q̄d percipit non tamen facit irreuerētiam corpori et sanguini iam perceptis: quia mox post sanguinem iam perceptū statim in altari percipimus purum vinum.

Vide ockā q̄. 2. q. fina. Gotf. pic. 4. pt. sum. p̄nti dist. Vide al. x. i. 4. vbi adducit q̄tuor opin. de ista ɔsecratiōe xp̄i.

De tertio articulo dicitur q̄ sacerdos profert illa verba quasi materialiter: quia recitat ea sicut a christo dicta: vt patet per literā precedentē in canone: christus aūt quādo illa dixit nō transsubstātiauit panē in corpus suū: q̄d probat ex verbis illius canonis q̄ ibi p̄mittit: benedixit. vnde dicit q̄ p illā benedictionem precedētem consecrauit: nō per ista verba. Hoc est corpus meum: cui concordat Inno. de officio misse. parte. iiij. ca. vj. et. xiiij. ¶ Sed contra. Aut christus ɔfecit sine verbis. q̄d non est ꝓbabile: aut cū verbis: tūc aut cū istis aut cū alijs: nō cū alijs a p̄dictis. q̄ non est ꝓbabile q̄ alia forma vtat actor et ministri quibus cōmittit formam: si eisdē remanet difficultas de significatione illius orationis vltimo prolate a christo. ¶ Item christus modo si eēt viator posset ꝓferre ista verba ꝛ cōficere et remaneret eadē difficultas sicut prius. ¶ Alia est opi. q̄ sicut nomen significat sine tempore: et ideo potest supponere ꝓ supposito cuiuscūq̄ temporis, nec potest restringi a tempore cōsignificato p verbum significās cōpositiōem: q̄ illud est distās ḃm intellectū vel sensum ꝛ nihil cōtrahit p sic distās: sicut nec cōtrahit hic homo: cū dicit homo est albus. licet contrahatur, hic. homo alb9 currit: ita ꝓnomen cum ponatur loco nominis ꝓprij ꝛ significet sine tempore: potest significare seu demonstrare sine tempore: q̄ hoc significat et demonstrat ꝓ omni tempore ꝛ sic hoc ꝓnomen hoc: potest demonstrare sub disiunctione: illud q̄d nunc cōtinetur sub illis speciebus vel proximo continebitur: vt sit demonstratio ad intellectū eius q̄ demonstratur in recto: et ad sensum alicuius q̄d demonstratur in obliquo: ꝛ illud in recto sit aliquid nunc presens vel q̄d in ꝓximo erit presens ad sensum sub istis spēcieb9: ꝛ illa disiunctiua vera est: q̄ altera pars est vera. et hoc ad intellectum quādo. s. assistit virtus diuia vt vltimo instāti ꝓlationis operans ad illud q̄d significat. ¶ Contra istud: lz nō oporteat q̄ hoc ꝓnomē hoc demōstret aliquid p determinato tēpore. tñ sicut ipse arguit: significatio orationis ɔstituit ex significato partiū: et partes significāt q̄ñ ꝓferūt. Ideo ḃm eum etiā necesse est dicere q̄ hoc ꝓnomē hoc q̄ñ ꝓfert illud significat q̄d tūc demōstrat: tūc aūt nō videt posse demōstrare aliquid q̄d nō est tūc contētum sub illis speciebus: q̄ sic posset dici q̄ hic ignis est aqua vel hoc corp9 est aqua loquēdo de igne statim cōuertēdo in aquā ꝛ faciendo talem demonstrationē ad sensum in obliquo et ad intellectum in recto. ꝛ hoc demōstrādo corpus: q̄d nunc est vel in ꝓximo erit. sed nō videt rationale dicere de aere statim corrumpendo q̄ hoc corpus est ignis: hec enim simpliciter est vera: hoc corpus est aer: et de eodem nō dicunt simul ignis ꝛ aer. ¶ Item si tūc significāt partes orationis quādo ꝓferunt: ꝛ ex significatis earū hoc mō acceptis est significatum totius orationis ḃm q̄ accepit oportet dicere q̄ ly est: q̄ñ ꝓfert ponat significatum suū p presenti q̄d significat: subiectum aūt p illa parte disiunctionis non accipit p aliquo eodē tēpore cum illo q̄d importat p copulam. ergo tota significatio illius oratiōis nō refertur ad aliquid idem vel ad instās. ¶ Item disiunctiua nō ponit alterā partē determinate: sed est ibi fallacia consequētis. ergo si hoc stat sic disiunctiue non determinate ponit respectu p̄dicati vnā partē. s. hoc q̄d in proximo erit sub istis speciebus sicut neq̄ alteram. s. q̄ nūc est sub istis speciebus: ꝛ nō efficit p istā oratiōem etiā ḃm eos nisi vt ipsa est vera. ergo p istā nō magis efficit q̄ illud q̄d statim erit sub istis specieb9 sit corpus christi: q̄ illud q̄d nunc est sub istis.

Ric. p̄nti di. ar. 3. q. 1.

Aliter ergo potest dici. & sit cōclusio prima. q̄ cōceptus qui causatur p orationem ꝓlatam nō habet p eā nisi in vltimo instāti ꝓlatiōis oratiōis. q̄d ꝓbat: q̄ nō habet cōceptus omniū partium orationis ante illud instans. conceptus enim totius orationis non habet sine cōceptibus omniū partiū. Hoc cōfirmat p simile: q̄ cōceptus formatus p dictionem nō habet ante instās vltimū ꝓlationis illius dictionis. ergo a simili de oratiōe: et ratio similitudinis est. q̄ sicut partes dictiōis nō significāt cōceptū simplicē quē dictio significat. ita dictio nō significat ɔceptū aliquē cōplexū quē significat tota oratio. Sed differētia est. q̄ pars oratiōis aliquē cōceptū simplicem significat. sed ad ꝓpositum nō est ista differētia: q̄ vtrobiq̄ totus cōceptus nō habet nisi in fine omniū dictionū ꝓlatarū. ¶ Si obijcit. ergo oratio causat cōceptum quādo nō est: q̄ quādo cōplete ꝓlata est oratio. nihil oratiōis est. ¶ Rñ. patet q̄ argumētū nō cogit. quia idem posset argui de conceptu iportato p dictionem: ideo dico q̄ cum conceptus fiat in instāti in intellectu post ꝓlationem oratiōis vel dictionis nō fit p illā: q̄ illa nō est sicut arguit: sed in fine ꝓlationis cuiuscūq̄ dictionis per aliquid causatum in fantasia a dictione dum fuit in prolatione: intellectus causat in se conceptum aliquem dictionis vel ad propositum magis per aliqua derelicta a singulis dictionibus dum proferebantur: intellectus in vltimo instāti per collationem suā causat intellectum vel conceptum totius. Ideo autem dixi de cōceptu qui causatur per orationem: q̄ secus potest esse de cōceptu illo signato q̄ nō causatur per eā vtpote conceptus qui est apud loquētem quem. s. intēdit per orationem exprimere. ¶ Et si arguitur contra istā conclusionem: q̄ significatū totius oratiōis consistit ex significatis partium: et partes significāt quādo ꝓferūtur. ¶ Rñ. significatio illa non est ratio formalis causandi illum cōceptum in audiente: sed est quedā dispositio preambula ad quā per collationem intellectus sequitur causatio totius conceptus ex cōceptibus per partes causatis. ¶ Secunda cōclusio est ista. q̄ nō oportet in eodem instanti vel in eodem tempore causari cōceptum in audiētē per orationem ꝓlatam et veritatem illius conceptus intelligi siue vnionem extremorum. nam si dicā. deus

Quē vv. q. presenti. G H I

creauit mundum conceptus istius orationis causatur
in vltimo instanti: tm̄ veritas istius seu vnio illorum
extremoꝝ intelligit̄ ꝓ primo instāti temporis: nō est
ergo idem dicere in quo instanti concipiatur oratio: ⁊
ꝓ quo, qꝛ cōcipit̄ in vltimo cōplete orationis: ⁊ conci
K pit̄ ꝓ illo pro quo extrema denotātur vniri in intelle=
ctu siue extra in re. ¶ Tertia cōclusio est ista. ꝙ pro il
lo instāti denotātur extrema vniri: et per cōsequēs ꝙ
est veritas in oratione: qđ significatur per verbum co
pulās extrema: qꝛ nihil aliud est in ꝓpositione qđ si=
gnificet tēpus ad qđ oporteat ex intellectu ꝓpositio=
nis vnionē extremoꝝ referri. ¶ Quarta cōclusio. est
verbū cuiuscūqꝫ tēporis potest cōsignificare tempus
vel instās: patet: alioquin nō posset exprimi cōceptus
de vnione extremorū, presentia preterita ⁊ futura. Si
vero nō posset cōsignificare instās preteritum si ver=
L bum est preteritum: presens: si est verbum presens: fu
turum si est verbū futurū: nulla ꝓpositio esset vera in
qua exprimeret̄ vnio extremorū: que nō potest esse ni
si in instāti: vtpote nec ista: aīa fuit creata: nec ista ani
ma creatur: nec ista. anima creabitur. essent vere. Si
etiam non posset consignificare tempus presens: si est
verbum p̄sens: et tempus p̄teritū: si est verbum pre=
teritum: si est verbum preteritū: ⁊ tempus futurum. si
est verbum futurum: nulla ꝓpositio esset vera cuius
extrema non possunt vniri nisi ꝓ tempore: et tunc nec
ista esset vera. celum mouebatur: nec esset ista vera: ce
lum mouet̄: nec ista celum mouebit̄. ¶ Iuxta istā cō
clusionem. dico ꝙ verbum consignificare instans vel
tempus ꝓprie dictum siue loquendo de verbo presen=
ti siue preterito siue futuro pertinet ad multiplicitatē
tertij modi equiuocatiōis: q̄ est ꝫm diuersa cōsignifi=
cata dictionis idē significātis: nō aūt copulatio extre
M moꝝ ꝓ instanti: vel ꝓ tempore sunt cause veritatis ta
lis ꝓpositionis: qꝛ nullus modus vnus est qui inclu=
dat̄ indifferenter in istis duobꝰ: ⁊ ita oꝑꝫ habere vnū
cōmune: qm̄ sunt cause veritatis ī significatis sicut in
significatis. ¶ Quinta ꝯclusio ꝫm vnū modū dicen=
di est. qđ verbū si est p̄sens ⁊ cōsignificat instās signifi
cat instās cōplete ꝓlationis totius oratiōis: qꝛ ꝓ eo=
dē tp̄e intelligit̄ ipsa vnio et conceptus extremoꝝ seu
totius oratiōis ⁊ totus cōceptus intelligit̄ ꝓ vltimo
instāti. si aūt est verbū p̄sens ⁊ cōsignificat tēpus cōsi
gnificat tempus sue ꝓlatiōis vel totum vel partem: ⁊
ꝫm hoc si in vltimo instāti ꝓlatiōis verbi fieret gene=
ratio ignis: hec esset vera: ignis generatur: hec aūt si=
militer. celum mouet̄. vel ego curro. si in toto tempore
ꝓlationis istius vel in aliqua parte saltē maiori vniū
tur extrema: ⁊ ꝫm hoc ista nūqꝫ erit vera: ego bibo vel
ego dormio: nec huiusmodi: qꝛ nō possunt esse vere vt
verba ista cōsignificāt instātia: qꝛ actus ille nō potest
esse in instāti: nec ꝓ toto tp̄e ꝓlatiōis oratiōis: nec ꝓ
parte illius vniunt̄ extrema: ⁊ ideo ꝓpositio illa sem
N per falsa est. ¶ Scd̄m istam poneret̄ sexta ꝯclusio. ꝙ
in ꝓpositiōe de presenti vbi verbum significat instās
presens: significata omniū partium orationis debent
intelligi pro vltimo instanti. hoc probatur ex precedē=
C. 3. i fine. ti: quia ꝫm philosophum. j. perihermenias. esse signifi
cat cōpositionē, quā sine cōpositis nō est intelligere. &
si copula copulasset ꝓ vltimo instanti pro illo necesse
est intelligi significata omniū partium. ¶ Et ex hoc
ad ꝓpositum est septima cōclusio: ꝙ cū verbū est non
cōsignificet tēpus sed instās. qꝛ vnio istoꝝ extremorū
prima est ꝑ virtutem infinitā: ⁊ ꝑ consequens in instā
ti sequit̄ ꝙ omnes partes istius orationis ⁊ significa=
ta earum debent intelligi pro vltimo instāti oratiōis.
¶ Ex hoc sequitur octaua conclusio ꝙ hoc ꝓnomē:
hoc. demonstrabit pro vltimo instanti complete ꝓla=
tionis: et tunc dicetur ꝙ demonstraret illud qđ pro il=
lo instanti est sub illis speciebus: vt sit demonstratio
partim ad sensum: partim ad ītellectum: ⁊ quo ad hoc
omnino simpliciter sicut dixit prior opinio. Sed illud
qđ demōstratur ad intellectum ⁊ in recto: nō demon=
stratur disiunctiue sed determinate hoc qđ nunc cōti=
netur. ¶ Nona cōclusio est. ꝙ in singularibus est or= O
do ꝫm ordinem vniuersalium: prius enim quodcunqꝫ
vniuersale potest intelligi descendere in ꝓprium sin=
gulare qꝫ cōtrahatur per differentiam aliquam ad ali
quid inferius tanqꝫ ad speciem, vt sic habeamus ordi
nem istorū singularium: hoc ens: hec substantia: hoc
corpus: ⁊ sic deinceps vsqꝫ ad sortē: hoc patet ꝑ Auic.
j. physice sue. qđ prius videmus a remotis corpus qꝫ
animal: ⁊ animal qꝫ hominem ⁊c. qđ non est intelligē=
dum de vniuersali. qꝛ visus non videt vniuersale, sed
de singulari vniuersalioris. ¶ Et tūc est decima con P
clusio. ꝙ hoc in proposito demonstrat singulare entis
⁊ non per se singulare alicuius minus vniuersalis qꝫ
ens. Qđ ꝓbatur primo. quia rationabiliter querit̄ de
multis quid est hoc: non autem idem supponit̄ ⁊ que=
ritur. igitur nō supponitur per ly hoc. hoc lignum vel
hic lapis: quia illud queritur. nā responso isto dato. s.
lignum vel lapis quietatur animus querentis de illo
singulari. De illo ergo singulari supponitur hoc tm̄
vt est singulare entis: et queritur aliquid speciale sub
ente: et quodcūqꝫ speciale cōueniēs est ad responsio=
nem: et hec probatio stat in vnico verbo qđ ponitur
Exo. xvj. De manu. i. quid est hoc. Alia probatio est
quasi grāmaticalis: quia adiectiuum in neutro gene=
re substātiuatum includit in se suum substātiuum ꝫm
grāmaticos: nō includit aūt nisi hoc qđ est aliqđ vel
ens. ergo ⁊c. ¶ Undecima cōclusio. ꝙ licet ly hoc ibi Q
non supponat per se nisi singulare entis: tamen illud
intelligitur pro singulari alicuius inferioris: et regu
lariter pro singulari qđ est corpus christi: quia non est
ibi in instāti vltimo pro quo facit demonstrationem
ens in aliquo singulari nisi in hoc qđ est corpus chri=
sti. ¶ Conclusio duodecima est. ꝙ non ꝓpter hoc erit
sensus istius propositionis: corpus meum est corpus
meum. quia alius est per se intellectus cōsequētis ⁊ cō
sequentis. licet subiectum antecedētis supponat pro
subiecto antecedentis ꝙ patet: quia conceptus conse=
quentis potest esse certus ⁊ antecedentis dubius, non
est autem idem conceptus certus et dubius. ¶ Hoc
etiam patet conuertendo propositionem: quia alius
intellectus est corpus meum est hoc. i. istud ens: et
corpus meum est corpus meum. ¶ Decimatertia cō= R
clusio est. ꝙ ꝫm istum intellectum potest ista oratio es=
se effectiua siue conuersiua: quia qui principaliter fa=
ceret in instanti pro quo enunciat, illud qđ ista ora=
tio tunc significat ipse principaliter conuerteret. nam
facere principaliter hoc ens esse corpus christi: est rea
liter facere conuersionem per quam corpus christi ac=
cipit esse hoc. quia eadem est factio qua hoc ens fit cor
pus christi et qua corpus christi fit hoc ens: hoc est fit
ens qđ est sub istis speciebus: sed illa oratio dicit̄ esse
conuersiua que significatiue agit pro illo instanti pro
quo conuertens agit realiter. ergo ista oratio est sim=
pliciter effectiua. ¶ Ex istis. xiij. conclusionibus pa=
tet. qualiter ista oratio est vera. qꝛ ꝫm istas totus eius
intellectus et complexionis terminorum intelligitur
pro vltimo instanti prolationis: et pro illo demon=
strat hoc. illud quod tunc est sub istis accidentibus:
verum est autem ꝙ istud est corpus christi: et ꝙ non
propter hoc conuertitur ista propositio corpus me=
um est corpus meum: sed ista potest esse conuersiua. li
cet illa non: quia illa denotat dici de singulari com=
munioris. scilicet de hoc ente quod est predicatum: il=
la aūt denotat dici de seipso in speciali. propositio aūt

denotans de hoc ente aliquid primo dici potest esse ef
fectiua. sicut ⁊ ista que denotaret de lapide ꝙ ipsum ꝑ
mo hoc est ens. ¶ Has omnes conclusiones possum
concedere preter quintam : ⁊ alias inquantum sequũ-
tur ex ea. nam verbum quando profertur sicut tunc si
gnificat sic tunc consignificat ⁊ quando consignificat
presens ⁊ non additur aliqua determinatio per quam
tempus cõsignificatum referatur ad aliud presens nõ
videtur ex vi sermonis ꝙ copulet pro aliquo instanti:
nisi pro aliquo instanti prolationis ipsius verbi pñtꝫ:
nec illa probatio que ibi ponitur cogit. quia et si intel-
lectus totius orationis non fiat per eam nisi in vltimo
instanti sicut expositum est in prima conclusione : ta-
men non fit conceptus vnionis extremorum tantum
pro illo instanti sicut patet in secunda conclusione.

S ¶ Hoc etiam patet. quia in propositionibus de pteri
to ⁊ de futuro potest verbum copulare pro quocunqꝫ
instanti preterito vel futuro quantũcunqꝫ distante ab
oratione. ⁊ tamen ibi intellectus totius orationis non
habetur nisi in instanti complete orõnis. sicut nec itel
lectus orationis vel propositionis de presenti: nec vlr
intellectus alicuius complexi. ¶ Per hoc etiam põt
destrui illud quod sequitur ad istam demonstrationē
huius pnominis hoc. Nam si illud deberet intelligi:
pro tempore vel instanti pro quo est compositio: ⁊ cõ-
positio non intelligitur pro vltimo instanti prolatio-
nis totius orationis. sed pro instanti prolationis hui[9]
verbi est : sequitur ꝙ demonstratio pro eodem intelli-
gitur. ¶ Est autem ⁊ alia difficultas circa predicta et
specialiter de illa demonstratione. nam pronomen de-
monstratiuum quando profertur significat ꝙ demon
strat. ergo significat illud quod tunc est demonstrabi-
le. sed tunc nihil est ibi demonstrabile ad sensuꝫ nisi ac
cidentia : nec ad intellectuꝫ vt videtur nisi ꝙ subest ac
a.l.pñti. cidentibus . ¶ Potest ergo dici aliquantulum alit ꝙ
de virtute sermonis non habetur ꝙ conceptus propo
sitionis de[redacted] siue vnio extremorum intelligat
precise pro vltimo instanti totius orationis. sed si itel
ligitur pro instanti: magis debet intelligi pro instanti
complete prolationis ipsius verbi. partes etiam quan
do proferuntur significant: ⁊ si natura significationis
earum est talis ꝙ non extendit se nisi ad aliquid ꝙ est
presens quando significat: oportet illud significatum
esse presens quando partes proferuntur. verũtamē be
ne possibile est aliqueꝫ determinare se ad exprimendũ
aliquem conceptum complexum pro instanti et conce
ptus omnium partium illius conceptus accipi pro il-
lo eodem instanti vltimo prolatiõis hoc enim modo
disputantes terminant se ad proferenduꝫ intellectus
suos in suis responsionibus ad idem instãs. alioquin
nunqꝫ respondens potest redargui qñtũcunqꝫ concede
ret contradictoria. Et siquis alteri velit exprimere cõ
ceptum suum per orationem de presenti non causabit
in eo conceptum de virtute sermonis pro vltimo instã
ti prolationis: sed potest sibi exprimere aut exponere
ꝙ pro illo instanti proferat: et tunc ex tali expositione
a.l.pactio. non ex virtute sermonis conciperet illam vnionem ex
tremorum pro illo instanti. Sed si ipsemet proferens
intenderet per suam propositionem aliquid causare si
cut etiam posset intendere exprimere conceptum suuꝫ
pro vltimo instanti. ita posset intendere causare illum
effectum pro illo instanti: si etiam ad prolationeꝫ ora-
tionis istius intendentis aliquem conceptuꝫ ⁊ omnes
eius partes accipi pro aliquo instanti: aliquis alius vi
dens intentionem eius vellet aliquid causare, posset
causare pro vltimo instanti pro quo intēdit ille omnia
significare. Et hoc modo licet non sit manifestum de
virtute sermonis illud quod dictum est prius in quin-
ta conclusione et ceteris sequentibus de vltimo instã-
ti prolationis: tamen manifestum est illa posse intelli-
gi quantum ad intentionem exprimentis ⁊ in se: ⁊ in-
quantum est minister dei. qui videns intentionem suã
potest illi orationi assistere ad agenduꝫ eo modo quo
ipsa secundum intentionem proferentis significat.

¶ Sed siue illa via teneat ꝙ de vi sermonis tota ora
tio debet referri ad vltimum instans sermonis vel p-
lationis: siue ista ꝙ hoc non sit ex virtute sermonis. sꝫ
ex determinatione proferentis: ⁊ hoc non tantum i se:
sed in ordine ad principale agens assistēs ad agendũ:
et si saluetur vno modo vel alio ꝙ ista propositio ē ve-
ra id est secundum. viij. conclusionem et ceteras que se
quuntur a quibus non discordo remanet diffitultas
communis vtriqꝫ modo: quomodo ista propositio est
vera pro vltimo instanti. nam secundum vtrãqꝫ viam
⁊ si sit vera pro vltimo instanti non tamen prius natu
raliter qꝫ conuersio sit completa: quia prius naturalit
oportet rem esse qꝫ oratio sit vera. in eo enim ꝙ res est
vel non est: est oratio vera vel falsa ex predicamentis.
Non ergo ista veritas precedit naturaliter conuersio
nem: sed sequitur : ⁊ per consequens ista oratio vt ve-
ra nõ ē cõuersiua. ¶ Propter hoc dico ꝙ tota illa dis Ca.8 sub-
putatio in. xiij. conclusionibus et earum probationib[9] stãtia. ⁊ de
vel improbationibus subtilis est ⁊ logica de veritate priori.
huius propositionis saluanda: sed theologo sufficit ꝙ
ista oratio vt ē tale signum sensibile īstitutum a deo ē i
strumentum dei ad consecrationem illam que sequit ī
vltimo instanti: ita ꝙ deus assistit sibi tanqꝫ cuidã dis
positioni preuie efficaci vt ea completa causet taleꝫ ef
fectum inuisibilem: non autem ipsa veritas precedit :
vt talis dispositio actionem dei: quia est vt signuꝫ sen
sibile in fieri: ⁊ per consequens in tempore non intelli-
gitur habere suam propriam veritatem: quando etiaꝫ
habet eam illa veritas sequitur ordine nature actionē V
dei. ¶ Breuiter ergo diceret theologus quod qualit-
cunqꝫ logicus saluet istam propositionem esse veram
saltem non est oratio sacramentalis vt vera: sed vt ta-
le signum sensibile precedens forte tempore: et ad mi
nus naturaliter suam veritatem: sicut dispositio con-
tinua in tempore precedit vltimum instans ⁊ cõditio
nem cuiuscunqꝫ in vltimo instanti. causa etiam prece-
dit conditionem causati. ¶ Et si queras tunc qualis
aut vt vera aut vt falsa est propositio conuersiua.

¶ Dico ꝙ neqꝫ sic neqꝫ sic sed tantum vt est proposi-
tio neutra ⁊ prior naturaliter: ⁊ forte tempore sua ve-
ritate. ista autē prioritas probatur sic: quia omne fun-
damentum prius est naturaliter relatione sua accñta- Ca.8 sub.
li. ppõ aũt seu ꝯceptus est fundamētũ respectu ꝟitatꝭ
q̄ ē relatio accidentalis: q̄a potest inesse ⁊ nõ inesse: si-
cut potest esse cõformis ⁊ difformis rei: forte enī sede-
dente vera est oratio que dicit sortem sedere: vt dicit ī
predicamentis: ergo prior est naturaliter ꝯcept[9] orõ-
nis vt in se talis qꝫ vt verus: adhuc etiam pꝰr duratio
ne est ipsa oratio vt variabilis ⁊ in fieri qꝫ ꝯceptus ei[9]
causatus per eam eo modo quo tempus dicitur esse
prius suo vltimo instanti terminante. ¶ Istud etiam X
de prioritate naturali conceptus ad veritatem ptꝫ ma
nifeste in adiscente. prius enim aliqua conclusio nõ de
monstrata concipitur a discipulo: ⁊ tunc quidē vt neu
tra et tamen totus per se eius conceptus percipitur vl
concipitur. Secundo demonstratione ad ipsam appli
cata concipitur vt vera. ⁊ istud patet euidenter: qꝛ pos
set deus instituisse aliquam orationem non significa-
tiuam. ad cuius prolationem a ministro ipse assisteret
ad causandum effectum in fine prolationis. ergo qua-
litercunqꝫ sit de illa disputatione logica qualiter ista p
positio est vera: hoc est tenendum pro certo ꝙ ipsa vt
signum vocale et in fieri extra est signum efficax respe
ctu consecrationis : quia dispositio preuia cui deus

mortaliter ... sed ... non quod recipiens tale sacramentum debet esse diiudicans sed quod non pot diiudicare. Alij vero inquiunt solutionem sacramenti pro esse presentem/et ad argumentum quando paulus dicit quod recipiens debet esse diiudicans corpus et ita etiam presentem est diiudicans in habitu et si non sit in actu

ex pacto assistit ad causandum effectum efficaciter in termino: siue ipsa propositio significet talem effectum quod verum est in proposito et congruum: et hoc nude scz nec vt vera nec vt falsa.s. inquantum est dispositio siue significat illud vt propositio vera. et hoc vel pro tunc quasi est dispositio vel pro instanti illo pro quo causabitur illud ad quod est dispositio: et hoc vel prius naturaliter quam in illo instanti causet ille effectus vel posterius naturaliter. ¶ Posset quidem hic aliter distingui.s. quod in vltimo instanti prolationis primo secundum ordinem nature est conceptus propositionis vt neuter. secundo ad illum sequitur operatio diuina causans illud quod omnino designat. tertio sequitur veritas huius conceptus: et sic non tantum oratio vt vocaliter et continue prolata prior est veritate: sed etiam vt habens suum conceptum proprium licet non vt verum. sed istud implicat quedam pertinentia ad illam disputationem logicam de veritate propositionis vel de conceptu propositionis pro vltimo instanti et nihil necessarium facit ad istam orationem vt est sacramentalis: quia ille conceptus qui ponitur haberi per istam in vltimo instanti nullo modo est instrumentum dei ad illam actionem dei que ponitur sequi in secundo instanti nature. quia deus ad operationem suam non vtitur aliquo sacramentali nisi sensibili. ¶ Sic ergo breuiter sufficiat ministro non disputanti tunc: pro quo intelligitur oratio: intendere proferre istam orationem eo modo quo christus instituit eam proferendam: et sic habetur intentio debita et instrumentum debitum.s. illa oratio prolata cui instrumento a tali agente adhibito deus assistit ad causandum in vltimo instanti talem effectum. ¶ Ex istis patet de intellectu forme consecrationis super vinum: quia omnino similis posset esse disputatio logica et certitudo theologica. Quod autem hic ponitur calix hoc ideo fit: quia consecratur sanguis in ratione potus: liquor autem non habet rationem potus nisi vt in vase. nihil autem tale ponitur in forme vel consecratione corporis. quia corpus conficitur vt cibus. solidum autem habet rationem cibi: licet non sit in vase.

Ad primum argumentum patet. quod ly hoc demonstrat singulare entis non panem nec accidentia: quia demonstrat pro instanti complete prolationis orationis. et hoc vel ex virtute sermonis secundum quintam conclusionem. vel ex intentione proferentis secundum aliam viam. nec ista est eadem illi corpus meum est corpus meum. sicut patet ex conclusione.xij. et hoc patet. quia ista propositio posset esse conuersiua. hoc est ignis: non tamen ista. ignis est ignis. quia quod facit hoc ens esse ignem facit aliquam conuersionem. non tamen sic de igne esse ignem. ¶ Ad secundum patet. quod ly enim ponitur ad faciendum continuationem in illis verbis ne singula verba ibi possent quasi disiuncta statim proferri. ¶ Ad tertium concedo quod ly meum oportet quod ex virtute sermonis denotetur

a.l. virtute referri ad personam christi. hoc autem non est nisi fiat premissa mentio de christo. in cuius persona proferuntur hec verba sicut si dicerem. christus dixit: mea doctrina non est mea de veritate istius propositionis significaretur quod ly mea refertur ad christum. non autem sic si quis non premissa locutione de christo statim diceret mea doctrina etc. ¶ Ad duo argumenta contra formam consecrationis sanguinis patet in corpore questionis.

Questio ~~Quarta~~. tercia

Tertio queritur. Vtrum hoc sacramentum possit recipi a non ieiunis. videtur quod sic quia christus post cenam discipulis suis pransis dedit eucharistiam. ¶ Item.j.Corint.xj. Si quis esurit domi manducet. vbi videtur apostolus innuere quod antequam conuenirent ad ecclesiam deberent famem extinguere in domibus suis. ne ibi immoderate de speciebus illis sumerent. vnde redarguit eos ibidem dicens. Unus quidem esurit alter autem ebrius est. ¶ Contra. de consecra. dis. ij. liquido. et sumitur ab Augusti. ad inquisitiones Januarij. Placuit spiritui sancto vt in honorem tanti sacramenti prius in os christiani dominicum corpus intraret quam alij cibi. ideo mos ille vbique seruatur.

Respondeo. Aliquis potest percipere hoc sacramentum et non sacramentaliter nec spiritualiter: aliquis sacramentum et sacramentaliter sed non spiritualiter. aliquis et sacramentum et sacramentaliter et spiritualiter: aliquis tantum spiritualiter et non sacramentaliter. ¶ Primo modo recipit quicunque recipit hostiam consecratam: quia ibi est vere sacramentum et tamen non recipit eam vt consecratam: sed omnino non discernens eam a communi cibo. Talis secundum apostolum.j.cor.xj. Judicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini.i. non discernens a communibus cibis: et hoc potest esse vel ex infidelitate. sicut paganus si daretur sibi communio. vel ex contemptu stante etiam fide sicut in malo christiano. ¶ Secundo modo recipit ille qui non tantum recipit sacramentum: sed recipit illud vt sacramentum credens ibi esse corpus christi. et se recipere communionem corporis christi. sicut in ecclesia consueuit fieri talis communio: sed si est in peccato mortali non contritus non recipit spiritualiter: quia non recipit effectum spiritualem ad quem ordinatur huius susceptio. qui est anime nutritio spiritualis per gratiam datam a christo. ¶ Sed tertio modo recipit bonus fidelis sine peccato mortali secundum possibilitatem suam. et quia diligenter conscientiam examinauit. et talis vere nutritur et christo cibo spirituali vnitur et incorporatur secundum Augu. Crede et manducabis me non me conuertes in te sed tu conuerteris in me. hoc enim interest inter cibum corporalem et spiritualem. quia cibus corporalis conuertitur in nutriendum: sed in nutritione spirituali cibatus conuertitur in cibum. ¶ Quarto modo recipitur spiritualiter non sacramentaliter.s. quando bonus homo est secundum posse suum bene et deuote paratus: tamen propter reuerentiam abstinet vel propter aliquam infirmitatem vel forte quia non potest habere ministrum: cui conuenit illud Aug. de conse. dis. ij. vt quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti: et talis spiritualiter nutritur. ¶ Ad propositum dico quod primis duobus modis sine tertio potest recipi a non ieiunis. Sed de tertio modo.s. de posse non absolute sed licite et vtiliter habet questio difficultatem. Distinguo ergo de ieiunio nature et ecclesie: ieiunium ecclesie non soluitur nisi per aliquam refectionem extraordinariam preter morem ecclesie. vnde per specierum sumptionem vel medicinalium vel per potum saltem post prandium non soluitur ieiunium ecclesie. Sed ieiunium nature est carentia cibi suscepti in stomacho vel in via ad stomachum ita quod intret stomachum in illa die a principio.s. huius diei a quo dicitur aliquis ieiunus. ¶ Similiter distinguo de debere vel licere. aut intelligitur regulariter vel in casu aliquo particulari. dico ergo quod regulariter oportet ad perceptionem spiritualem et sacramentalem suscipientem esse ieiunum simpliciter id est ieiunio nature: nec istius est aliqua causa principalis nisi institutio diuina: quam vel christus discipulis dedit vel per

Margin letters (right): A (beside "Respondeo"), B (beside "tritione spirituali..."), C (beside "Ad propositum..."), D (beside "quis ieiunus").

ipsos promulgauit: vel eis instituendum reliquit. ꝛ q̄dem rationalis est institutio propter reuerentiā sacramenti que minor est regulariter in pranso q̄ ieiuno. et etiam vt primo queratur cibus spiritualis q̄ corporalis. ¶ Si autem intelligitur in casu. dico ꝙ aliquis p̄t esse casus in quo quasi generaliter licet accedere nō ieiunum. vt in infirmitate graui quando timetur periculum mortis imminentis. tunc enim esset periculum negare infirmo licet pranso poscenti sacramentum: cum sit viaticum: ꝛ ideo dandum est ei qui proficiscitur ex hoc mundo vt per ipsum ducatur ad terminū. ¶ Alius casus specialis est. puta in aliqua regione celebrat̄ communiter in vino albo. minister parat calicem sacerdoti: ꝛ ex aliqua negligentia pro vino ponit aquā sacerdos non aduertens sed supponens ministrum bene fecisse procedit dicendo verba. ꝛ alia faciendo vsq̄ ad perceptionem: percipiens vero liquorem de calice: auertit esse aquam. videtur ꝙ ipse non posset illo die ꝑcipere sanguinem: si oportet ieiunum esse suscipientē.

E ¶ Dico ꝙ in isto casu tenetur consecrare sanguinem de nouo. ꝛ consecratū percipere. quod probatur. quia quando sunt duo precepta ordinata: preceptum superioris magis ligat. nunc autem preceptum christi et ecclesie ꝛ ex ipsa ratione sacramenti est ꝙ sacramentum q̄n ꝯficit̄: ꝯficiat̄ integrū: q̄m sacr̄m est in se q̄ddā integrum ex duobus. de ista etiam integritate seruanda ē districta obligatio ecclesie de conse. dis. ij. Comperim⁹ vt sacramenta integra percipiāt: aut ab integris arceantur. Loquitur de sacerdotibus conficientibus ꝛ postea non communicantibus. ꝛ subditur ratio: quia diuisio eiusdem sacramēti sine grandi sacrilegio nō p̄t ꝓuenire. ergo quocunq̄ precepto alio ecclesie posito ꝛ maxime quod nō respicit ipsam propriam ꝛ essentialē rōnē sacramenti necessario tenetur semp oīs celebrās ad istam integritatem seruandam. ergo qui iam percepit aquam simpliciter tenetur ad illud cōplendum q̄d pretermisit. s. ad consecrandū integre sacramentum. ꝛ tunc vltra si tenetur consecrare sanguinem tenet̄ eūdem consecratum sumere. vnde habetur de conse. dist. ij. Relatum certum est ꝙ hi qui sacrificantes nō edūt: rei sunt dñici sacri: ꝛ sequitur ꝙ talis a cōione vno anno repulsum se nouerit. ergo oībus modis tenēdum ē: vt quotienscunq̄ sacerdos corpus et sanguinem immolat: totiens perceptionis corporis ꝛ sanguinis participem se prebeat. Iste ergo necessario tenetur ex institutione christi et propter integritatem sacramenti conficere sanguinem et ex strictissimo precepto ecclesie sub pena repulse ī vno anno tenetur consecratum percipere. ¶ Et si obijcitur. Iste non est ieiunus. ergo peccat mortaliter. vel ergo non debet conficere ne percipiat: vel si oportet eum conficere et percipere oportet ꝙ peccet contra preceptum ecclesie ꝛ tunc est perplexus: q̄d non est dicendum de aliquo ex preceptis dei ꝛ ecclesie. ¶ Respondeo. ecclesia non ita stricte precipit suscipientem esse ieiunum prohibendo non ieiunum suscipere: sicut prohibet diuisionem sacramenti. immo ipa diuisio prohibetur a christo ex prima institutione sacramenti: nec etiam ita stricte prohibet non ieiunum percipere sicut precipit consecrantem percipere. ergo ex vna parte habet iste preceptum christi ad sic consecrādum. et post consecrationem strictissimum preceptum ecclesie de percipiendo ex alia parte non habet nisi p̄ceptum ecclesie leue comparatiue de ieiuno. non enim ibi ponitur ꝙ suscipiens non ieiunus sit reus domini ci sacramenti: neq̄ ꝙ ibi sit sacrilegium: neq̄ repellit̄ a communione per annum sicut hic. simpliciter enim ecclesia non intendebat ligare in isto casu ad ieiuniū. immo cum alia duo precepta tum virtute christi tū virtute ecclesie fortius ꝛ magis obligent. potius intendit in tali casu obligari ad illa. Non est ergo iste perplex⁹ quia seruando preceptum superioris ꝛ preceptum strictius ecclesie bene facit et si nō seruaret peccaret mortaliter. Omittendo autem aliud preceptum min⁹ strictum non peccat nouo peccato. quia in isto casu non tenetur seruare nec ecclesia voluit ligare ad hoc preceptum in hoc casu: sed magis ad oppositum. ¶ Patet etiam manifeste ꝙ ieiunium non est conditio ita necessaria in sacerdote percipiente: quia in die parasceues particula posita in calice percipitur cum vino non cōsecrato. quia illo die calix non consecratur. et verisimile est ꝙ vinum citius descendat in ventrem q̄ illa particula que masticatur. ergo ex consuetudine ecclesie sacerdos ibi percipit eucharistiam non ieiunus. ¶ Et si obijcitur ꝙ scandalum erit si populus percipiat illū secundo conficere sanguinem. ¶ Est vna responsio ꝙ si scandalizetur est scandalum pharisaeorum. acceptum. scilicet non datum. non factum in se, bonum ē et necessarium et quilibet debet iudicare quod est bonum si causam nesciat supponendo ꝙ sacerdos habet bonam causam. quilibet etiam si sciret causā deberet approbare. vnde de tali scandalo ait christus contemnendo Matthei. xvj. de phariseis. Sinite: ait: eos ceci sunt duces cecorum. omnis enim plātatio quam nō plantauit ꝛc. ¶ Alio modo potest responderi ꝙ satis bene cauere potest a scandalo: si caute fiat: nam vadēs ad cornu altaris: quasi pro vino recipiendo post communionem, infuso vino ꝛ aqua, vel iam remanente aq̄ quia non totam sumpsit: vel aliqua de nouo posita poterit redire ad medium altaris: ꝛ satis in breui tempore ab illo loco: simili modo postq̄ cenatum est accipiens hunc calicem: continuare poterit vsq̄ ibi. hec quotiens. vel vsq̄ ibi. Unde et memores. et illis verbis ꝑlatis cum reuerentia debita suscipere illud tanq̄ sanguinem verum. nec totum istum percipietur. nec tantum tempus occupabit ꝙ populus habeat etiam occasionem accepti scandali. ¶ Et si arguitur contra illud quod dictum est de integritate sacramenti: quia sacerdos die parasceues. non recipit sanguinem. B

¶ Respondeo illa integritas requiritur in consecratione: ita ꝙ nullus consecret corpus nisi consecret etiam sanguinem: non autem requiritur in quacunq̄ perceptione: quia laicus percipit bene corpus et non sanguinē: sed requiritur in illa perceptione que sequitur ad consecrationem que habetur in illo. c. relatum.

Ad argumentum in oppositum bene respondet Augusti. in illo capitu. Liquido. Non quia post cibos dedit dominus: scilicet eucharistiam discipulis. ideo pransi illud debent accipere vt faciebant: quos apostolus redarguit. supple. j. Corinthior. xj. et subdit causam quare christus hoc fecit. Nam saluator inquit quo vehementius commendaret mysterij hui⁹ altitudinem. vltimum hoc voluit infigere in cordibus discipulorum. quo autem ordine deinceps sumeret̄ apostolis per quos ecclesias dispositurus erat reseruauit docendum. ¶ Per hoc patet ad argumentum secundum. quia s̄m Augustinum apostolus reprehendit illos qui pransi eucharistiam susceperunt. Et ideo illō verbum. Siquis esurit domi manducet. non debet intelligi domi antequam veniat ad ecclesiam sed post recessum ab ecclesia. ita ꝙ non satisfaciat fami sue de eucharistia. sicut ait. alter ebrius est. sed expectans quod sibi necessarium fuerit in domo sua percipiat. Et ideo laudabilis est consuetudo ecclesie latine que nulli dispensat eucharistiam: nisi in modica quantitate que nō posset suscipi ad crapulam. et sufficit valde bene ad reuerentiam debitam sacramenti.

Q Vod non hoc concedendum
⁊c. ¶ De quarto de quo tangit magister
in ista distin. scilicet de re sacramenti ma-
gis proprie pertinet pertractare in. x. dist.
ideo ad presens supersedeo custodiens in futurum: sci
licet in dicto loco.

¶ Et sicut due sunt res illius sacramen-ti. Distinctio Nona.

I N ista distinctione. ix
tractat magister de perceptiōe
sacramēti istius. Et prima ꝑs
manet indiuisa in qua determi
nat veritatem. Secūda pars q̄
incipit ibi. (Hec verba ⁊ alia.)
in qua. scilicet excludit errorez
circa veritates determinatas
diuiditur in duas. ¶ Primo
nanqꝫ excludit errorem circa istam perceptionem sa-
cramenti. Secundo alium circa rem sacramenti: ⁊ sic
errores exclusi correspōdent veritatibus predetermi-
natis. Secunda pars incipit in principio distin. x. ibi.
(Sunt quidam alij.)

Quæstio Prima.

C Irca istam distinctio-
nem quero tantū vnā q̄ōnē de
ꝑceptione sacr̄i isti⁹. Utrū. sc3
existēs in pctō mortali peccet
mortalr̄ ꝑcipiēdo hoc sacr̄m:
vr̄ ꝙ nō. q̄a nullus peccat faci
endo illud ad qđ tenet̄. Sꝫ ali
q̄s q̄nqꝫ nō obstāte ꝙ sit i pec
cato mortali tenet̄ cōicare. er-
go ⁊c. ꝓbatio minoris in duobus casibus extra. Ōis
vtriusqꝫ sexus. de peñ. ⁊ remis. dr̄ ꝙ ōis xp̄ianus tenet̄
semel in anno cōicare. ¶ Itē de ꝯse. dist. ij. relatū. dr̄ ꝙ
sacerdos qui cōsecrauit tenet̄ ꝑcipere sacr̄m. ⁊ tñ poße
est ꝙ tunc sit in pctō mortali vel tpe intermedio icidat
in peccatū mortale. ⁊ tunc nō tenet̄ confiteri. q̄a tantū
semel in anno sufficit. ¶ Item nullus tenetur confite
ri nisi semel in anno. vt ptz extra. Ōis vtriusqꝫ sex⁹ ⁊c.
ergo potest exercere sibi actus ꝯuenietes ⁊ si nō pluri-
es confiteat̄. ergo sacerdos potest pluries celebrare q̄̄
tūcunqꝫ peccauerit sine iterata confessione. non enī vi
detur quare dictum preceptum non sibi sufficiat ad sa
lutem in semel confitendo. sicut ⁊ alteri christiano cuz
non videatur speciali lege astrictus. ¶ Contra. j. Co
rinth. xj. Qui manducat ⁊ bibit indigne iudicium sibi
manducat ⁊ bibit. Talis est huiusmodi qui non spūa
liter est mēbruz xp̄i ⁊ percipit eucharistiam q̄ ꝑceptio
significat ipsum spiritualiter icorporari xp̄o. ¶ Pre-
terea. Aug. sup Joan. homil. xxvj. loquēs de malo sa-
cerdote. tante inquit rei sacramentū ad iudiciū ꝑcipit.

Dicēdum ꝙ aliquis potest intelligi eē
A in peccato mortali tripliciter: p̄mo in actu. quia. s. tunc
peccat mortaliter peccato iteriori vel exteriori. Secū
cundo q̄a post peccatum mortale preteritū de quo nō
recolit non penituit nec penitet. Tertio q̄a et si de illo
preterito penituit vel penitet: non tamē confessus est:
nec absolutus in ecclesia. ¶ De primo dico ꝙ peccat
mortalr̄: q̄a simpliciter mādücat indigne. ¶ De scđo
dico ꝙ si est negligētia affectata vel crassa ꝓpt̄ quam
nō recolit pctm̄ nō excusat̄ a pctō: lꝫ minus ꝑpeccet q̄̄
primus. qđ patet. j. Cor. xj. Probet inq̄t seipsum ho-
mo ⁊c. Tenetur enim se examinare ſm diligentiaz nr̄e
fragilitati possibilem anteq̄̄ cōicet. Si autem non sit B
negligentia crassa: puta q̄a precessit examinatio suffi-
ciens ⁊ nullum occurrit peccatum de quo nō fuerit vel
sit contritus ⁊ confessus prius: non peccat cōmunicā-
do. licet forte aliquid lateat vel traditū fuerit obliuio
ni. quod probatur. tum quia post talem inquisitionem
contritus ⁊ confessus si moreretur saluaret̄. non autē
req̄ritur maior examinatio ad cōmunicandum q̄̄ ad
secure moriendum: tum q̄a alias quilibꝫ se exponeret
periculo cōmunicādo. q2 dicit psal. Delicta q̄s intelli-
git. ⁊ Ecc̄i. ix. Nescit hō vtrū amore vel odio dignus
sit. ergo si oporteret cōmunicantem scire se esse in cha
ritate: quilibet cōicando exponeret se ꝑiculo nesciens
an illo actu peccaret. ¶ Tertio ꝓbatur: q2 tunc nō es-
set sacramētū viatoris. q̄a talis certitudo nō cōuenit
viatori. propter hoc dico ꝙ diligenti inquisitiōe facta
ſm possibilitatem nostre fragilitatis ⁊ p̄missa ꝯtritiōe
⁊ confessiōe quantuz videtur homine sufficere: si tunc
cōmunicet non peccat. immo siqua alia peccata lateāt
per istud sacramentum etiam remittuntur. ¶ De ter- C
tio dico ꝙ si occurrat opportunitas tenetur prius ꝯfi-
teri q̄̄ cōicare. cui⁹ rō est: q̄a nō tantū debet recōcilia-
ri deo sed ecclesie ad hoc ꝙ digne recipiat sacr̄m eccle
siastice vnitatis. si aūt nō occurrat opportunitas cōfi
tēdi si pōt sine scandalo vitare ne tunc cōicet tenet̄ nō
cōicare sed expectare cōfessionem ꝓpter eandē rōnē q̄
dicta est nūc. si vero occurrit scandalum nisi statim cō
municet vtpote si est indutus: ⁊ postq̄̄ indutus est oc-
currit sibi scīa de pctō mortali de quo nō fuit confess⁹:
et non habet in ꝓmptu idoneū ꝯfessorē. tūc cū ꝯtritio
ne ⁊ volūtate ꝯfitēdi tpe opportuno pōt celebrare: vt
scandalū euitet̄. ⁊ silr̄ de alio cōicaturo. q̄ nō celebrat.
vtpote ꝯsuetudo est in aliq̄ religiōe vel eccl̄ia vt oms
nō sacerdotes cōicēt in sil̄i casu. s. si tūc cū dꝫ cōicare ñ
habet idoneū ꝯfessorē pōt tūc nō ꝯfessus cōicare. nec ē
dicendum ꝙ peccat mortaliter vel transgredit̄ p̄ceptū
vt euitet scandalum: quia nullum preceptum excludit
istum ab isto actu in hoc casu. quia dilatio confessiōis
in actu que nunc habetur in affectu non excludit quin
sit membrum etiam ecclesie militantis habile ad act⁹ D
in quibus membra communicant: ⁊ tenetur vitare scā
dalum ꝓximi. ¶ De peccato aūt veniali non opꝫ du
bitare: q̄a de illo nō est necessitas pnīe. verūtamē au-
ctoritas q̄dā de eccl̄iasticis dogmatib⁹. xxij. q̄ ponit̄ in
litera dist. xxij. vr̄ facere mentionē de pctō veniali. ait
enī. licet q̄s peccato mordeatur si peccādi de cetero nō
habet voluntatem ⁊ satisfaciat lachrymis ⁊ orationi-
bus accedat securus. ⁊ hoc dico de illo quem mortalia
peccata non grauant. ergo videtur ꝙ non potest aliq̄s
securus accedere nisi qui sit sine voluntate peccādi ve
nialiter. ⁊ de preteritis satisfecerit lachrymis ⁊ oratio
nibus. ¶ Respondeo potest intelligi de mortali pctō
non quod iam inest neqꝫ preterito sine omni pnīa: sed
iam confesso. si mordeatur: q̄a nō cōplete satisfecit. et
tunc intelligitur de peccato mortali. ⁊ tunc qđ sequit̄.
quem peccata mortalia nō grauant. supple in actu vel
preterita sine pnīa sequente.

Ad primum argumentum dico ꝙ faci
ens modo debito illud qđ tenet̄ nō peccat. Ad minorē
dico ꝙ nullus tenet̄ cōicare in pctō mortali. extra. e. c.
Omnis vtriusqꝫ sexus ⁊c. ¶ Ad primā ꝓbationē di-
co ꝙ sicut tenet̄ semel cōmunicare: ita tenetur labora-
re vt sit extra peccatum mortale ꝑ pnīam. extra: e. cap.
¶ Ad secundam dico ꝙ sacerdos priusq̄̄ cōsecret te-
netur laborare vt sit extra peccatum mortale. si aūt cō
tingat ꝙ post cōsecrationez añ tñ cōicationē occurrat

sibi memoria peccati mortalis olim commissi: de quo non precessit penitentia interior vel exterior, tenetᷣ tūc habere penitentiam interiorem anteq̄ percipiat. ⁊ differre penitentiam exteriorem donec occurrat opportunitas confitendi. ¶ Ad argumentum secundum dico ꝙ illud preceptum de semel confitendo est minimū in quo debent fideles recipere sacramentum penitentie: E sed in multis aliis casibus specialibus tenentur ad penitentiam exteriorem. vt grauiter infirmus de quo desperatur vel acceptans actum in quo verisimile est secundum humanum iudiciū ꝙ exponit se periculo mortis. sicut in bello mortali: sic etiam speciali lege tenetᷣ sacerdos anteq̄ exerceat istum actum ad penitentiam exteriorem. Et si dicas qua lege. dico ꝙ illa lege apostoli que ponitur. j. Cor. xj. Probet seipsū homo ⁊c.

¶ Sunt item aliis precedentium insaniam & cætera. Distinctio. X.

Hic incipit distinctio. x in qua magister excludit errorem quorundam de re huiꝰ sacramenti. qui scilicet negabāt verum corpus christi in eucharistia contineri. hec diuiditur in tres partes. ¶ Primo ponit errorem. ¶ Secundo eiꝰ affirmationem. ¶ Tertio eiꝰ improbationem. Secunda ibi. (Qui errandi occasionem.) Tertio ibi. (Quorum perfidiam.) Secunda potest diuidi. quia primo ponit quatuor auctoritates pro eis. Secundo soluit illas auctoritates ibi. (Qui eadē ratione.) Tertio confirmat suam solutionem ibi. (Ait enim Augustinus.) ⁊ illa tertia potest diuidi: q̄ꝛ p̄mo ponit auctoritatem q̄ est cōtra se. scd̄o ponderat quandam partem que videtur facere dubium ibi. (Deinde addit.) Tertio respondet ad illud dubium ibi. (Attendat diligenter.)

Quia vero cōclusio principalis huius disti. est ꝙ verum corpus xp̄i in eucharistia realiṫ ꝯtinetᷣ et hoc q̄dē q̄a p̄ma est de eucharistia ordine doctrine. vñ ⁊ supposita fuit i p̄ma. q. di. viij. ideo circa hāc ꝯclusionē de tribꝰ p̄ncipaliṫ q̄rā. ¶ Prio de possibilitate exn̄tie corporis xp̄i i eucharistia. ¶ Scd̄o de his q̄ conuenire p̄nt corpori xp̄i in eucharistia existenti. ¶ Tertio de actiōe: que cōuenire pōt xp̄o in eucharistia existēti. Circa primū q̄ro tria. ¶ Prio vtrū possibile sit corpus xp̄i sub specie panis ⁊ vini realiter contineri? ¶ Secundo vtrum possit esse simul localiter i celo ⁊ alibi? ¶ Tertio vtrū possit simul esse in celo localiter ⁊ in altari sacramentaliter.

Quæstio Prima.

Est ergo pria quæstio. Utrum possibile sit corpꝰ christi sub specie panis ⁊ vini realiṫ ꝯtineri? videtᷣ ꝙ nō: q̄a sub specie panis nō consecrati nō ꝯtinetur realiṫ corpus xp̄i. ergo nec post ꝯsecratiōez. añs ē manifestuꝫ. ꝓbatio ꝯñe. q̄a spēs illa nō se hꝫ aliṫ i se post ꝯsecrationem q̄ an̄. Et si dicas ꝙ an̄ est in subiecto ⁊ post nō in subiecto. Accipio tūc ꝙ non aliter se hꝫ in habitudine ad corpus xp̄i post cōsecrationē: q̄ꝛ suū esse in subiecto vel non esse in subiecto nullo mō̄ variat illā habitudinē. ipo̅ẽ est autem aliq̄d esse vbi prius non fuit. nisi vṫ illud mutetᷣ vel ip̄m in quo est de nouo. ergo cū species panis non mutetur in habitudine ad corpus xp̄i. ergo necesse est corpus christi mutari in habitudine ad species ad hoc ꝙ sit ibi de nouo. sed hoc est falsum: q̄ꝛ corpus christi immutabiliter manet in celo: ꝫm illd̄ Augusti. de conse. dist. ij. prima heresis. Donec finiatur seculum sursum est dominus. ¶ Secundo sic. aut corpꝰ xp̄i sub illa specie est quantum: aut non quantum. non potest esse non quantum: quia cum sit quantum in celo sic simul esset quantum ⁊ non quantum. nec pōt ibi esse q̄tum: q̄a quātitas nō pōt separari a modo q̄titatiuo sicut nec subiectum a sua propria passione: q̄ꝛ maxime ꝓpria passio quanti videtᷣ esse modus quātitatiuus. ergo esset ibi modo quātitatiuo. ⁊ hoc est falsum: quia hoc modo maius nō pōt esse i minore. ¶ Tertio sic. q̄a aut in eucharistia est ps corporis xp̄i extra partē. aut non. si sic. ergo non essent om̄s partes simul sub eadem parte hostie. ⁊ vlṙ eius partes sunt extra se inuicem. sicut si quantum est simul cum alio q̄to pars videtur esse cum parte: ⁊ totum cū toto. si autem non sit ibi pars extra partem: ergo non est ibi quantū. ¶ Cōtra. Matth. xxvj. dicit xp̄s. Hoc est corpus meū. et Joan. vj. Caro mea vere est cibus. et auctoritates multe Augu. Ambr̄. ponuntur de conse. dist. ij. valde expresse: quarum aliquas adducit magister in litera et incipiantur ibidem.

Hic duo sunt declaranda sicut circa alia credibilia. primo q̄d tenendū est ⁊ propter quā auctoritatem. Scd̄o declarandū est qualiṫ illud est possibile ꝙ creditᷣ. ¶ De primo dico ꝙ corpus xp̄i esse ibi vere realiṫ est simpliciter de substātia fidei eo mō̄ q̄ veritas alicuius sacramenti pertinet ad articulos fidei. A ista enim veritas a principio fuit expresse tradita ex q̄ eucharistia fuit instituta. Fundamentum aūt auctoritatis est Matth. xxvj. et Luc. xxij. vbi in cena ait christus. Hoc est corpus meuꝫ. Hic est sanguis meus. Et si heretici vellent ista exponere. d. ꝙ sint figuratiue dicta. sicut illud quod ait Joan. xv. Ego sum vitis vera et illud. j. Corinth. x. Petra autem erat christus. Istd̄ omnino est contra intentionem saluatoris. quod patꝫ ex Augusti. lxxxiij. questionum. q. lxix. Solet circunstantia scripturarum illuminare sententiam. vlṙ em̄ intellectus ṽborū xp̄i an loquatur figuratiue an ne. colligi pōt ex p̄cedentibꝰ vel ꝯñtibus ibidē vel ex aliis scripture locis. vñ cum xp̄s ait. Ego sum vitis vera. subiunxit. ⁊ vos palmites. Constat autem ꝙ discipuli nō erant palmites naturales: sed tm̄ figurales. Sed cum dixit Luce. xxij. Hoc est corpus meū. subdit. q̄d ꝓ vobis tradetur. Cum etiam dixisset. Hic est calix sanguinis mei. subdit. qui pro vobis fundetur. hoc etiā manifeste patet ex alio loco scripture. s. Joan. vj. vbi est diffusa ꝓdicatio de isto sacramēto. ¶ Et si dicas ꝙ xp̄s videns aliquos abiisse propter predicationem suam. de eucharistia postea exposuit se dicens. Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicq̄. verba que locutus sum vobis spiritus ⁊ vita sunt. Quod pertractās Augusti. de conse. distin. ij. Prima heresis. ait. Nō hoc corpus quod videtis manducaturi estis nec sanguinē effundendum. sacramentum aliquod vobis commendaui spiritualiter intellectum viuificauit vos. ergo ex verbis christi et Aug. videtur ꝙ non intellexit de corpore suo nisi figuratiue. ¶ Dico ꝙ magr̄ r̄ndet in lr̄a huic auctoritati et dn̄. ꝙ nec xp̄s nec August. exponēs vult negare veritatē corporis xp̄i. sed ꝙ non ē in sacro corpus xp̄i sic carnaliṫ sicut ipsi intellexerūt q̄ abierūt

a. l. multis

retro.s.visibiliter in forma propria. sed per oppositum ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter ⁊ intellectualiter. ⁊ hoc est quod dicit Augustinus ⁊ magister adducit. ⁊ est de conse. distinct. ij. Ipsum quidem ⁊ non ipsum corpus. quod videbatur manducatur ipsum inuisibiliter/nõ ipsum visibiliter. Isto etiam modo de eucharistia diffuse pertractatur a Paulo. j. Corinth. xj. Sancti etiam omnes postea catholici exponẽtes ista loca scripturarum verba huius scripture dicunt esse itelligenda de reali presentia corporis christi non figuratiue. vnde est simpliciter heresis hodie sentire ꝙ nõ sit ibi realiter verum corpus xp̄i. Hoc de p̄mo.

Ad argumenta. ¶ Ad primum si arguis, hoc est igit ens supnaturale vniformiter est eius supnaturale. ergo cognoscibile supnaturale: ita q supernaturalitas in añte ⁊ ɔñte referaẗ ad idẽ ɔcedo cõsequẽtiã: q2 in ɔñte referẗ supnaturalitas ad entitatẽ sic in añte: sed tũc nõ sequiẗ. ergo tm̃ supnaturaľr põt cognosci. istud em̃ nõ sequiẗ nisi supernaturale referẗ ad cognoscibilitatẽ. si autẽ intelligas in ɔñte cũ diciẗ cognoscibile supernaturale. supernaturale referri ad cognoscibilitatẽ: nego ɔñtiam. est ens supnaturale. ergo cognoscibile supnaturale: q2 in antecedente ly supernaturale dicit habitudinẽ ad cãm suã a qua potest accipere esse. lz autẽ nõ possit accipere esse nisi a causa supnaturali tñ est cognoscibile naturaliter: quia quãtũcũq3 aliq̃d supnaturaliter ponatur in esse postq̃3 tamen positũ est in esse est quoddã ens naturale et proportionatum potẽtie naturaliter cognoscẽtis vel cognitiue. ¶ Per hoc patet ad illam ꝓbationem adductam: factibile supnaturale nõ est naturaliter factibile. ergo cognoscibile supernaturale nõ est naturaliter cognoscibile: q2 si supernaturale vbiq3 per se determinet illud cui additur: põt cõcedi ɔñs sicut etiã añs: et tunc minor erit falsa q ista. s. existẽtia sit cognoscibile supernaturale. Si aũt supernaturale non determinet per se illud cui additur: sed quoddã aliud implicitum vtpote ens. cõsequẽtia nõ valet: q2 in antecedẽte per se determinat ipsum sub ratione factibilis: ⁊ ideo repugnat ei qđ est fieri naturaliter. in consequente vero nõ determinat cognoscibile sub fieri: ⁊ ideo nõ repugnat ei cognosci naturaliter. ¶ Ad secũdũ dico. q hec ꝓpositio est falsa. s. quodcunq3 cognitum per fidẽ

L excellit quodcũq3 cognoscibile naturaliter: loquẽdo de cognoscibili ab intellectu abstracto. vera est tamen loquendo de cognoscibili naturaliter ab intellectu nostro pro statu vie. Et ideo nobis necessaria est fides: nõ aũt illi intellectui abstracto. ratio huius negatiõis satis patet. quia angeli intuitiue potuerũt naturaliter cognoscere christũ pati ⁊ mori. sicut poterant naturaliter cognoscere ipsum viuere vita humana. nos autẽ de illa morte habemus cognitiõem fidei. Illa autem cognitio intuitiua multo perfectior est nostra enigmatica ⁊ de eodẽ subiecto: ita dico de existentia corporis christi in eucharistia. ¶ Ad tertiũ de malis angelis dico q si absolute permittatur quicunq3 angelus malus vti sua potentia cognitiua naturali potest intelli-

M gere quodcũq3 intelligibile causatum: ⁊ per cõsequẽs posset intelligere cogitationes cordiũ ⁊ mysteria gratie. ex quo posita sunt in effectu: s3 sicut dicit magister

Vid var. di.45.q.4 ⁊ ockam q̃ lib.4.q.13. lib. ij. dist. vij. multa possent ex natura sua que nõ permittunẗ eis: ⁊ ita supponiẗ q nõ ꝑmittiẗ angelo malo videre secretũ cordis: ⁊ hoc mõ ⁊ nõ alio posset videre corpus christi in eucharistia. sic ergo supponiẗ q non permittuntur videre mysteria grẽ: ⁊ sic exponenda est auctoritas Ambrosij de mysterio incarnatiõis non absolute quin quilibet angelus malus posset videre vel cognoscere integritatẽ marie tam in mẽte q̃3 in carne eque sicut põt cognoscere tactũ digiti ad digitũ vel aliã intellectionẽ naturalẽ alicuius ĩtellect9:

N sed nõ fuit ꝑmissus ꝓpter certas causas ne impediret

1. cor. 2. redẽptio nostra: si em̃ cognouissent nunq̃3 dñm glorie crucifixissent. i. nũq̃3 me redimi ei9 morte ꝓcurassent.

Th. vbi s. Quẽ egi. ⁊ alios hic ¶ Ad cõfirmationem de Dam̃. dico q loquiẗ de nobis ꝓ statu isto. Quis vnus doctor dicat eum loqui tã de angelo q̃3 de nobis: sed hoc non potest esse verũ loquẽdo de naturali potẽtia ĩtellectus angelici: vt ꝓbatũ est in scđa ɔclusione solutiõis: sed tãtũ de potentia angeli vt ꝑmissi: ⁊ hoc de malo angelo. ¶ Ad quartũ dico. q cõtingẽs dum est ɔtingẽs. s. dũ est in cã sua nõ põt sciri ab intellectu creato: sed quãtũcũq3 aliq̃d contingẽter sit in causa sua. postq̃3 tamen cõtingenter positum est in esse. sicut iam habet determinatam entitatem: ita iam põt habere determinatã cognoscibilitatem: ⁊ hoc in quocũq3 intellectu respiciente totũ ens. licet ergo aliquis intellectus non possit prescire q in ista hostia continebitur corpus christi: tamen ex quo istud factum est bene potest ĩtellectus naturaliter intueri corpus ibi existens.

Ad argumenta pro opinione. ¶ Ad illud de fide ɔ̃fisum est. Ad ꝓbationẽ aũt: q2 tũc habit9 fidei nõ esset necessarius. dico q nobis est necessarius: q2 intellectus noster intelligẽs ex sensibilib9 nihil põt habere vnde determĩate assentiat tali veritati: ⁊ ideo requiriẗ habitus inclinãs ad assentiẽdũ: sed alius intellectus respicies totũ ens: ⁊ ꝑ ɔñs illud ens ĩtuitiue bñ põt habere assensum de hoc ex rõnibus extremoꝝ visis ĩtuitiue: ⁊ ideo sibi nõ est necessaria fides. ¶ Et cum addiẗ q fidei succedit visio: dico q hoc est veru3 de principali obiecto fidei qđ est deus trinus ⁊ vnus: sed nõ de oib9 alijs respectu quorũ est fides. alioquin oporteret beatũ videre in verbo grãm fuisse collatam in baptismo, ꝑẽtentia, et ɔfirmationẽ. videret etiã semꝑ in verbo ĩcarnationẽ verbi natiuitatẽ passionẽ ⁊c. que non sunt necessaria vt videantur in verbo nec in se ad hoc q aliquis sit beatus. hoc etiam modo nõ oportet de isto sacramento magis q̃3 de alijs sacramentis vel de alijs credibilibus veritatẽ semꝑ videre in verbo ad hoc vt aliquis intellectus simpliciter sit beatus.

Quæstio Nona.

AD tertium sic proceditur. & arguitur q existentia corporis christi in eucharistia possit videri oculo corporali. Primo q2 beatus videndo istas species nõ deciperetur: quia deceptio repugnat beatitudini: sed si nõ videret corpus christi posset decipi credendo ibi esse substãtiam panis. ergo ⁊c. Saltem posset dubitare an ibi esset substantia panis si non videret ibi corpus christi. dubitatio autem videtur repugnare statui beatitudinis. sicut imperfectio perfectioni. ¶ Secundo. quia lux si esset pũctalis videretur vel esset visibilis. ergo corpus christi vt hic est visibile. consequentia patet: quia non est hic sub ratione minus visibilis q̃3 forma punctalis. antecedens probatur. Tũ quia illa lux se diffunderet sphe rice: ⁊ ita videretur spherice. tum quia reflexio fit a solo puncto corporis reflectentis: et tamen illud videtur a quo fit reflexio. ¶ Cõtra. quicquid videtur: videtur sub pyramide cuius basis est in re visa et conus in oculo. ergo corpus christi videtur sub tali pyramide: sed non est ibi dare basim pyramidis: quia illa eet simul cum base pyramidis, sub qua videtur hostia, nam vbiq3 est corpus cum hostia: et tunc corpus christi et hostia simul viderentur sub equali angulo correspondenti: sed que videntur sub eodem angulo videntur equalia. ergo corpus christi videretur equale speciei. sequeretur etiam q corpus christi videretur vt rotũdum: quia basis sub qua videtur species est rotunda.

Vid ockã qli. 4. q. 20

Ri.pñti d. ar.5.q.2. Tho.pñti d.ar.4.q.1 Uid var. q.presenti.

Hic dicitur q distigui potest de oculo glorioso et nõ glorioso. ¶ Item de videre naturaliter et gloriose vel miraculose. neuter aũt visus potest videre naturaliter corpus christi in eucharistia et ponitur vna ratio: qr nõ potest ibi esse cõtactus sine quo non est actio naturalis in corporibus. Ratio aũt quare ibi non potest esse cõtactus est: quia corpus christi nõ respicit ibi species ratione quãtitatis. Quantitas aũt sola est ratio cõtactus. ¶ Alia ratio est: quia color respicit quãtitatẽ p se subiecto. corpus aũt xpi nõ habet ordinẽ ad locũ ratione quãtitatis. ergo nec ratione coloris. ergo corpus christi non potest imutare medium imutatione aliqua virtute coloris: et ita nec ad visionem. ¶ Ponit alia ratio: qr species non põt hic deriuari ab obiecto p mediũ: qr obiectũ non est in loco; deriuatio aũt talis requirit ad visionem. Addit etiã q nec lumẽ glorie quale ponit in corpore vel oculo glorioso potest attingere rem non existentem alicubi vt in loco. ergo nec istud corpus, cũ istud vt hic non sit alicubi. ¶ Tertio additur q nec p miraculum potest aliquis oculus eleuari ad cognoscẽdum istud: qr nõ potest eleuari ad cognoscẽdũ existentiã substantie separate: corpus aũt christi vt hic habet modũ existẽtie substãtie separate. ergo et. ¶ Contra primum. angelus nũq est presens localiter nisi diffinitiue: mouet tñ localiter corpus sibi pportionaliter psens: et si haberet virtutem alterãdi ipsum alteraret corpus vt ibi presens. ergo nõ requirit ex parte mouentis existentia corporalis ad hoc q alteret organum ad sensationem. ¶ Item corpus christi nõ est presens speciei alicui ad minus nisi minimo sensibili: qr nulli indiuisibili est presens ibi. minimum aũt sensibile potest percipi a sensu perfectissimo. sm Aristo. in fine de sensu et sensato in dubitatiõe vltima. ergo istud poterit percipi a visu pfectissimo nõ obstãte suo modo existẽdi vt hic. ¶ Contra aliud, non est simile de substantia separata et de isto corpore: qr istud corpus est quãtũ coloratũ et figuratũ: nõ sic aũt substãtia separata. ¶ Argumẽtũ primum. s. de cõtactu nõ cõcludit: qr cõtactus vt dicit habitudinẽ corporis ad extrinsecum non videtur necessario requiri ad aliquam actionem absolutam, cuiusmodi est imutatio sensus: qr actio absoluta videt posse precedere quẽcũq talem respectum extrinsecus aduenientẽ. ergo lz corpus vt hic non cõtingat (excludendo talem respectum extrinsecus aduenientem) ad corpus aliud nõ sequit quin possit alterare qd est imutare ad formã absolutã sensationis. ¶ Ad secũdã rationem non sequitur nisi q color non habet ordinem ad locum eo mõ quo quãtitas que est subiectum eius nõ habet ordinẽ ad locũ. hoc aũt non est nisi: quia nõ est extensio pportionalis extensioni quantitatis illius corporis. Si ergo inferas q color non coextenditur extensioni quãti continẽtis: cõcedo: sed si inferas. ergo non põt alterare medium. nihil ad. b. ¶ Ad tertiũ de deriuari p medium iprobatũ est p primã rõnem: qr angelus bene põt habere aliquem effectum ordinate deriuatum in passo sm partes passi: lz ipse angelus vt agens non habet alicubi esse localiter. Qd addit de lumine glorie non est euidens quomõ pter nõ existẽtiam corporis vt in loco non possit attingi in ratione obiecti ab habente tale lumẽ. Qd addit de miraculo non probatur: quia existentia huius corporis: lz quo ad aliquid similis sit existentie angeli: non tamẽ quo ad sensibile et visibile: quia angelus caret illis principiis que requiruntur in aliquo obiecto ad actum sensationis. s. quãtitate et qualitatibus sensibilibus. ista autem substãtia habet quãtitatem et qualitates sensibiles. licet modus aliquis eis auferatur; oporteret ergo probare q talis modus eẽt simpliciter necessarius ad hoc q esset sensatio istorum.

Corpus x^i in eucharist. non pot. videri ab ullo oculo.

non pot videri neq. gloriosẽ.

Non pot videri neq. per miraculum.

Ad questionem ergo dico q deus de potentia absoluta posset causare in oculo glorioso vel nõ glorioso visionem istius corporis: lz istud corpus nulq eẽt nisi in eucharistia. hoc pbat: qr visio est forma absoluta. ex pmo lib. dist. iij. ergo sine ctradictiõe potest fieri sine respectu presentialitatis ad obiectum vel quocũq tali respectu. ¶ Secũdo dico. q nulla visio etiã sic causata posset esse corporis vt hic primo: qr hec includeret, corpus vt hic vel esse causam pmo visionis vel esse pprium et primum terminum visionis. Sed corpus vt hic neq potest causare primo neq terminare primo: qr tã causatio q terminatio talis reqrit in obiecto pmo causante vel terminãte dispositionem debitã: et hoc sm locũ vtpote approximationẽ et distãtiã debitam: sed corpus istud vt hic nõ põt debite approximari organo vel distare debite: quia nõ est in loco vt hic nec miraculum ad hoc iuuat: qr corpus vt hic absolute non est visibile nec vt causatiuum visionis nec vt terminatiuum. miraculum autem nõ est ad illud qd includit contradictionem. B

Ad argumẽta. ¶ Ad primum dico q sensus etiam noster non decipitur circa eucharistiam. qd enim percipitur per se, hoc est ibi. s. quãtitas figura color: et huiusmodi. nec est possibile modo q circa eucharistiam decipiatur visus noster: sed tñ intellectus arguens ex his que sensus apprehẽdit q ibi est substantia panis. hoc autem argumentum est sophisticum: lz enim hoc eueniat vt in pluribus: non tamen necessario. Dico ergo q sensus beati perciperet hoc qd sensus noster. s. accidentia: nec iste aliquo modo deciperetur sicut nec noster: imo minus q noster: sed nec intellectus beati sic sophistice argueret ex actu sensus sicut noster arguit. ¶ Ad illud de dubitatione: dico q beatus dimissus naturali cognitioni sue non sciret p actum sensus hoc esse corpus christi: sed tãtũ per itellectum intuitiue videns illud corpus sicut dictum est de cognitione intuitiua. q. precedente. ¶ Ad secundũ dico. q lumen punctale non multiplicaret se ad organum corporale: ita q eẽt visibile sm cõmunẽ opinionem que dicit q non est possibile indiuisibile moueri. ex. vj. physi. sed hoc discussum est in. ij. lib. ij. de motu angeli. Et cũ probas q spherice se multiplicaret. negandum esset sm istam viam: immo prius oporteret q ipsum haberet in se diuisibilitatem quantitatiuam q ageret inquantum passum. ¶ Ad aliud de reflexione luminis a puncto non cogit: quia in illa reflexione primum agens non est illa lux punctalis que tangit corpus a quo fit inflexio: si tamen lux punctalis esset ibi: sed est ipsum primum obiectum a quo multiplicatur illa lux. Idem enim agit in visione recta reflexa et fracta. vnde punctus tangens superficiem speculi nõ multiplicat radium reflexum: sed primum luminosum qd vsq ad speculũ multiplicat lumen suum. illud etiã immediate in ratione cause multiplicat radium reflexum. et ratio est: quia agens naturale ex quo agit sm vltimum sue potentie quando impeditur agere sm illam lineam que est maxime conueniens actioni naturali: puta rectam que est breuissima agit sm eam sm quã potest. s. sm lineam reflexam. et hec est ratio quare non videtur in speculo imago ipsa corporis multiplicata vsq ad speculum: sed ipsum corpus cuius est imago.

C

T. ca. 7. et 87. et inde. q.9.

D

¶ Si autem quæritur qualis sit illa cõuersio &c. Distinctio. XI.

Supra magister determinauit veritatẽ de eucharistia q̃tū ad sacramentū ⁊ rẽ sacramẽti et vsum ei⁹. hic determinat de ꝯsecratiõe sacramẽtali: que est quasi iceptio sacramẽti: ⁊ diuidit in duas partes. ¶ Primo em̃ determiat de ipa ꝯsecratiõe q̃tū ad actū ꝯsecrationis. ¶ Secundo q̃tū ad materiā ibi. (Sub alia aūt specie). Prima in duas. Primo determiat veritatẽ. Secūdo excludit errorẽ circa hoc ibi. (Quidā autem). Secūda pars in tertia. Primo determiat de materia p̃cedẽte et ꝯcomitāte ꝯsecrationẽ in cōi. s. q̃re est spẽs alia ⁊ alia ab ipa speciei rei ꝯtẽte. Secūdo de ipa in speciali q̃tū ad duplicẽ spẽm cōcurrentem ibi. (Sed quia sub duplici). Tertio de quadā specie apponenda aliꝫ speciei principali ibi. (Aqua).

Circa distinctionẽ istā xj. querendum est principaliter de duobus. Primo de conuersione seu transsubstantiatiõe. Secūdo de materia apta transsubstantiationi vel conuersioni. ¶ Circa primū primo querendum est de possibilitate. Secundo de actualitate. ¶ De possibilitate q̃ro duo. ¶ Prio vtrū sit possibilis trāssubstātiatio? ¶ Secūdo vtrū sit possibile quodlibet ens conuerti in quodcūq̃?

Questio Prima.

T.c.7.z in Ad primum arguo q̄ non: q2 trāssubstātiatio idẽ est q̄ mutatio substātie in substātiā. Sed talis mutatio non est nisi generatio vel corruptio. s̄m philosophū. v. physico. Sed nec ista nec illa est transsubstātiatio.

T.c.32.73. ⁊ inde. T.c.7.z.9 ⁊ inde. ¶ Secūdo. q2 in oĩ mutatiõe aliqđ subiectū cõe manet. ex illa diffinitiõe mutatiõis. vj. physi. Mutari est aliter se hr̃e nūc q̃z p̃us: ⁊ p3 discurrẽdo p oẽs species mutatiõis. v. physi. Sed in trāssubstātiatiõe nihil cõe manet: ergo nec aliqua trāssubstātiatio: q2 nõ põt esse aliq̇d aliud q̃z mutatio: q2 nõ est aliq̇d ꝑmanens: nec etiā successiuū aliud a motu et mutatiõe: q2 successiua nõ sunt nisi motus ⁊ mutatio tp̃s: ergo ⁊c. ¶ Tertio. q2 in oĩ mutatiõe termini sunt icõpossibiles. Sed termini trāssubstātiatiõis nõ sunt incõpossibiles: q2 pñt eẽ simul. ergo trāssubstātiatio non est mutatio: ⁊ tunc vt pri⁹ nihil aliđ põt poni. ergo ⁊c. ¶ Cõtra. Ambro. de sacris. ⁊ habeť de cõse. di. ij. Re vera mirabile. Non minus est dare q̃z mutare nouas naturas reb⁹. ex quo cõcludit q̄ cū deus possit dare nouas naturas rebus que prius nõ erāt potuit ⁊ mutare naturā in naturā: ⁊ per consequens transsubstantiare.

Hic secundū processum superius habitum de sacramẽtis.

A Primo vidẽda est rõ nominis. Secundo an illi rationi possit aliquid subesse. Tertio quid sit illud in speciali: vtpote ad qđ genus ꝑtineat vel cuius spẽi in gñe rõnẽ possit hr̃e. ¶ De p̃mo dico q̄ hec est ꝯueniẽs rõ hui⁹ nõis trāssubstātiatio qđ est trāsitio totalis substātie in substātiā. Primo expono istud vocabulū totalis, totū em̃ vno mõ dr̃ itegrū ex partib⁹: alio mõ ꝑ qualibet parte cathegorematice ⁊ syncathegorematice. s̄m hoc duplr̃ põt esse trāsitio totius in totū. vno mõ accipiendo ꝑ toto itegro ex partib⁹. Et hoc mõ dicit Aristo. j. de generatione. q̄ generatio est trāsmutatio totius in totū: q2 illud totum ex partib⁹ qđ fuit vere totū. s. ꝑ se vnū nõ manet: s3 aliud totū succedit: nõ tñ quelibet pars succedit: q2 materia manet cõis s̄m ip̃m. Et ꝑ oppositū in alteratiõe non trāsit totū in totū: q2 quodlibet totū ꝑ se vnū qđ p̃cessit alterationẽ manet ĩ termĩo alteratiõis: s3 tñ trāsit totū vnū s̄m q̇d siue ꝑ accidẽs in totum aliud ꝑ accidẽs. vt lignū calidū in lignū frigidū quorū neutrū est totū ꝓprie loquẽdo: sed tñ ꝑ accidẽs totum: sicut per accidẽs vnū: quodcūq̃ aūt totū qđ. s. est ꝑ se vnum: ⁊ ꝑ ꝯñs est de gñe substātie manet idẽ sub vtroq̃ termino trāsmutatiõis huius. s. alteratiõis. ¶ Per hoc p3 q̄ ista auctoritas nihil facit ꝯtra positionẽ de pluralitate formarum: q2 quātūcūq̃ ponať prima forma manere s̄m rei veritatẽ in gñato ⁊ corrupto: tñ nõ manet totū idẽ etiā isto mõ loquendo de toto: q2 totū simplr̃ p̃cedẽs corruptionẽ includebat formā vltimā specificatā. illud aūt nõ manet in termino gñationis: sed tñ pars eius. ergo bñ dictū est in diffinitiõe transsubstantiatiõis eā distinguẽdo ꝯtra trāsmutationẽ q̄ non est trāsitio totius in totū: q2 ibi posset esse equiuocatio de ly totius: sed q̄ est totalis trāsitio. ¶ De scđo qđ addiť in hac rõne nõis. i. substātie in substātiam. dico q̄ poniť ibi substātia distinguẽdo cõtra accidens. manifestū est em̃ q̄ trāsitio accidẽtis in accidens magis diceret trāsaccidẽtatio q̃z trāssubstātiatio. Sed qđ diciť substātie in substātiā, intelligẽdū est s̄m phm̃. j. physi. q̄ duplr̃ diciť aliq̇d fieri ex aliquo. s. ex subiecto manẽte vel ex termĩo corrupto. aliter em̃ ignis gñať ex materia ignis aliter ex aere siue non igne s̄m ipsum ibi. t.c.58.z ss. Transitio ergo illa partialis substātie in substantiam põt eẽ vel subiecti a termino in terminū trāseūtis: vel totius termini trāseūtis in terminū oppositū. Sed in ꝓposito cū diciť trāsitio totalis excludiť primus itellectus: q2 nihil cõe trāsit ibi a termino in terminum: tūc enim nõ eẽt trāsitio totalis: sed partialis. ergo est hic tñ trāsitio substātie in substātiā: sicut termini totaliter desinẽtis esse in terminū sicut substātiā totaliter incipientem esse.

De secūdo articulo primo dico q̄ possibile est huic rõni nõis aliquid subesse. C

Secūdo q̄ illud nõ est possibile alicui virtuti actiue nisi diuie imediate. ¶ Primū ꝓbať. quicq̇d põt esse totaliter nouū nõ repugnat sibi succedere aliꝫ qđ põt totalr̃ desinere esse. Sed aliqua substātia põt totaliter esse noua sicut expositū est pri⁹ totaliter. hoc est nõ tñ s̄m se totā cõpositā ex partib⁹: sed etiā s̄m quodlibet e⁹: et alia põt eodẽ mõ desinere eẽ. ergo hoc põt totaliter succedere illi totaliter desinẽti: ⁊ ꝑ ꝯñs hoc põt cõuerti totaliter in illā: ⁊ ita trāssubstātiari. Assumpta patẽt: q2 nec totalis inceptio substātie nec totalis desitio icludit contradictiõem: nec ꝑ consequens inceptio huius ad totalẽ desitionẽ illius que trāsitio includit transsubstātiationẽ. ergo vera est prima ꝯclusio. s. q̄ possibilis est trāssubstātiatio. ¶ Secūdū ꝓbať. s. q̄ soli deo istud sit possibile: q2 in cui⁹ potẽtia actiua, est vtrūq̃ extremū ⁊ quātū ad totū esse ⁊ quātū ad totū nõ eẽ: est hoc p̃cise in eius virtute actiua vt transitio extremi in extremū ⁊ p̃cise eius: nūc aūt esse totalis substātie ⁊ nõ esse eius subsunt virtuti actiue diuine ⁊ soli illi: q2 q̃libet alia requirit subiectū in qđ agat. ergo transitio totalis substantie in substantiam subest illi virtuti ⁊ so-

li illi. maior etiam tota ratio cōfirmatur per simile de transitiōe partiali: cuius enim virtuti actiue subest eē ⁊ nō esse partiale vtriusq̄ extremi: eius virtuti subest trāsitio partialis extremi in extremū. patet de generatione ⁊ corruptione. virtus enim potens sup non esse forme precedētis ⁊ esse forme ↄsequētis manente illa parte compositi communi. s. materia pōt sup generatiōnē huius ex illo que est transitio partialis vni⁹ partialis in aliud. ergo a simili virtus potens super esse ⁊ non esse vtriusq̄ extremi totaliter potest sup trāsitiōnem totalem extremi in extremum.

Var. i hac mā q. 3. op. Quantum ad tertium articulum dicitur distinguendo de mutatione subiectiue sumpta et obiectiue: transsubstantiatio nō est mutatio subiectiue: sed obiectiue. ¶ Pro distinctione hac potest poni pbabilitas: q2 aliq̄d pōt gñari subiectiue aliq̄d obiectiue: sicut pbatū est. j. lib. di. v. in. q. de principio materiali gñatiōis filij: ⁊ pari rōne pōt gñatio distingui vt sumpta subiectiue vel obiectiue: et per ↄñs mutatio. (Vid var. i. 1. di. 5. q. 2 ⁊ q̄re gotf.)

t. c. 32 ⁊. 73. ¶ Contra hoc primo: q2 distinctio non ↄcordat cum philosopho: q2 ex. vj. physi. mutatio est qua aliq̄d pōt aliter se habere nūc q̄3 prius. hec ratio nō cōuenit nisi subiecto tm̄ nō termino: q2 terminus nō se habet nūc aliter q̄3 prius: q2 si est termin⁹ ad quē nūc pmo est: et ita nō se habuit prius aliter q̄3 nūc: si est termi⁹ a quo nūc nō est: a p ↄñs nō se aliter habet nūc q̄3 pri⁹. ergo nihil mutaē nisi subiectiue. ¶ Vna rñsio est q̄ philosophus negauit aliquid pduci nisi de subiecto: ⁊ ideo mutatio apud eū requirebat subiectū. sed nos ponim⁹ aliā mutatiōnē possibilē: ⁊ ita possumus illi attribuere rōnē mutatiōis: s3 non illā de q̄ loquiē philosoph⁹. ¶ Alia rñsio est: q2 si arguiē de illo aliter q̄3 accipitur in diffinitiōe: q2 illud requirit entitatē positiuā p tanto: quia aliud est differentia entis: sicut idem. x. meta.

T. c. 11. ¶ Contra. hoc nō cōcludit: q2 subiectum, nūc existēs sub priuatione ⁊ prius sub forma, dicitur aliter se habere: ⁊ tm̄ esse sub priuatiōe nō est aliter seu entiter se habere: quia priuatio nō est aliqua entitas. ergo ex eo q̄d addiē aliter nō pōt cōcludi q̄ sit entitas cōmunis vtriusq̄ termini. ¶ Contra primā rñsionē. Aliud est negare philosophū in rōne noīs. aliud in ponēdo vel nō ponēdo existētiā rei significate. multa enim nō posuit: q̄ tm̄ si posuisset dixisset ↄñter nobiscū de rōne cōuenientē eis. sed vniuersaliter vbi posuit aliquā rōnem ppriā alicuius dixisset illud nō cōuenire nisi et in quo illa ppria rō saluareē: quomodocūq̄ dixisset de existētia vel nō existētia illo2 q̄b⁹ illa rō applicareē. Nunc aūt hec rō noīs ēm philosophū mutatio est ⁊c. que posita est nō cōuenit nisi vbi manet aliq̄d subiectū. ergo l3 supponeret nobiscū trāssubstātiatiōnē possibilē: tm̄ cum sibi repugnet ista rō negaret eā esse mutationem. ¶ Secunda rñsio non valet: q2 nō arguiē ab eo q̄ in descriptiōe mutatiōis poniē aliter. verū est eīm q̄ aliter ibi accipiē gñaliter ad entitatē positiuā cōtrario2 vel priuatiōis et forme: sed aliter arguiē ex eo q̄ diciē se habere. Nam istud includit aliquid cōmune manere: ⁊ et q̄d est aliter se habere nūc ⁊ aliter se hr̄e pri⁹: q2 se habere aliter affirmaē equaliter ex parte vtriusq̄. ¶ Itē ista distinctio nō cōcordat dictis scto2: q2 ēm Grego. v. moraē. mutare est ex aliquo in aliud ire. hoc nō cōuenit nisi subiecto mutatiōis. ¶ Posset etiā argui ↄtra dictā rñsionē p rōnē: q2 si obiectiue d2 aliq̄d mutari. hoc est q2 obiectū distinguēdo ↄtra subiectum mutaē. Sed terminus ad quē hic nō mutaē. ergo non potest ista transsubstantiatio dici mutatio obiectiue. ¶ Si dicaē q̄ obiectiue sumiē hic gñaliter p termino siue a quo siue ad quē: et in creatione verificaē mutatio obiectiua p termino ad quē. hic aūt pro termino a quo. et pbaē: q2 verū est dicere q̄ panis ↄuersus est in corp⁹ christi. ergo panis mutatus est: q2 nō eodē mō se habet quo prius. ¶ Hoc iprobatū est ptractando rationē philosophi: q2 neuter terminus se habet nūc aliter q̄3 prius. terminus enim a quo non manet: ⁊ sic nō se habet aliter: q2 se habere aliter icludit entitatem se habētis aliter: ⁊ tūc pōt dici q̄ nō sequiē. panis est cōuersus in corp⁹. ergo est mutatus: q2 añs nō denotat nisi trāsitū termini a quo ad terminū ad quē. ↄñs aūt denotat trāsitū alicuius subiecti cōis vtriusq̄ termino. ¶ Et si adhuc obijciaē. corruptū est mutatum ⁊ non subiectiue: q2 nō manet. ergo obiectiue. ¶ Dico q̄ illud q̄ ↄuenit parti p se d2 de toto p accidēs. v. physi. i principio. ⁊. vij. Et q2 materia corrupti est p se mutata a forma ad priuationē. Et ideo hoc totū pōt dici p accidēs mutatū: s3 nō sic est in pposito: q2 nulla pars trāssubstātiati p se mutaē. ¶ Ad aliā ergo ↄsuasionē adductā p opinione de generari subiectiue ⁊ obiectiue. dico q̄ illud pōt duci ad ppositū: nō eīm distinguiē gñatio in subiectiuā ⁊ obiectiuā: l3 aliq̄d dicaē generari subiectiue vel obiectiue. ergo pari rōne ⁊ mutatio distingueē sic vel sic. Et si dicas si gñari sic distinguiē. ergo ⁊ mutari. et pterea quomō posset gñari sic distingui ⁊ nō gñatio? ¶ Ad primū dico. q̄ gñatio non est inferius ad mutatiōnē nisi vt conuenit subiecto generatiōis: vt aūt cōparaē ad terminū h3 rōnē pductiōnis: vt dictū est lib. j. dist. v. q. pdicta. ¶ Ad secūdū dico. q̄ ab eodē abstracto possunt iponi multa denominatiue vel idē equiuoce: q2 illa forma pōt hr̄e aliam ⁊ aliam habitudinē ad diuersa ⁊ p diuersa cōcreta. vel idē equoce acceptū pōt significare illā formā vt habētē talē vel talē habitudinē. Exēplū pt3 de sano: q2 sanitate existēte vna forma que pōt aliā habitudinē habere ad signū aliā ad cām aliā ad subiectū: hoc ↄcretū sanum iponiē ad signandū istā formā sub hac et illa habitudine: ⁊ ideo est equiuocū: et possent iponi simpliciter diuersa ↄcreta: puta sanū sanificatiuū ⁊c. ita in pposito gñatiōe existēte eadē ēm se pōt ipa habere diuersas habitudines ad subiectū cui iest: ⁊ ad terminū ad quē est: ⁊ ēm hoc pōt ↄcretū ipositū ab ipsa equoce accipi vt denotat informatiōnē hui⁹ ⁊ illi⁹: ⁊ sic aliquid d2 equoce gñari: l3 gñatio ēm se nō sic distinguatur: sed tm̄ dicaē alio mō accipi vt est huius ⁊ illius.

T. c. 1. — T. c. 1. ⁊. 2.

Dico ergo proprie loquendo q̄ transsubstātiatio nō est mutatio. nec circa hoc op3 laborare ad iquirēdū gen⁹ trāssubstātiatiōis: q2 mutatio ⁊ si dēbet intelligere subiectū q̄ mutaē ⁊ formā ēm quā mutaē ⁊ habitudinē subiecti ad formā: tñ vltra istā habitudinē formaľr iportat successiōnē imediatā iformatiōnis ad nō informatiōnē: ⁊ ecōuerso. Sicut ergo in baptismo d2 aliq̄d materiale vt ablutio: ⁊ aliq̄d formale. s. verba. l3 ambo sint materialia simplr̄ respectu ei⁹ q̄d est simplr̄ formale: vt est signatio. tñ hoc d2 eo q̄ verba sunt aliquo mō formalia respectu ablutiōis: sic in pposito tā subiectū q̄3 terminus est materiale in mutatiōne: sed illo2 duo2 formalius est terminus q̄3 subiectū: ideo diciē formalius etiam iportari. ⁊ verius q̄3 ille respectus successiōis: l3 vere iste respect⁹ sit formalior. q2 est aliq̄d verius in se. q2 forma absoluta. vel ad minus ens positiuū. ille aūt ordo posteritatis vel successiōis nō est nisi respect⁹ ēm q̄d. Non habereē ergo gen⁹ transsubstātiatiōnis si esset mutatio nisi q̄3tū ad illud formale q̄d addit vltra terminū respectus. s. qui est ordo imediatus alicuius ad aliud precedens. ¶ Si aūt oīno velis extēdere mutatiōnē vt dicaē de trāssubstātiatiōne. pōt dici q̄ sicut ēm phm̄. v. physi. triplex est mutatio. s. a nō subiecto in subiectū. a subiecto in subiectū ⁊ a subiecto in nō subiectū: ⁊ accipitur

T. c. 7.

ibi subiectum pro ente positiuo: et non subiectum pro priuatione eius: sic potest versio extendendo ad mutationem supernaturalem distingui: vt illa que est a subiecto in non subiectũ dicatur annihilatio: que autem a non subiecto in subiectum creatio: que vero a subiecto in subiectum transsubstantiatio. Sed ꝑ hoc quasi nihil habetur de genere remoto transmutationis: qđ scilicet est genus versionis nisi ꝙ vtrũqȝ formaliter est infertus ad relationem quãdam ordinis siue successionis.

Vid var. vbi s. z th. di. ista art. 7. q. 4.

Ad argumenta. ¶ Ad primum patet

ex isto vltimo articulo. ¶ Ad secũdum ꝑ idẽ. ¶ Ad tertium dico. ꝙ verum est in mutatione proprie dicta: quia succedit in eodem susceptiuo oppositum post oppositum. Est enim ibi trãsitio partialis. s. forme in oppositum, eodem subiecto manente: et ideo ibi termini illi primi sunt incompossibiles: sed nõ est ista ratio in proposito. hic enim sufficit ꝙ esse huius termini et illius sint dispata: licet simul se possint compati in entitate: quia ad nihil idem informandum cõparãtur circa ꝙ sibi succedãt. Vel posset concedi ꝙ essent simpliciter incõpossibiles circa idem numero: licet non sint incõpossibiles in essendo absolute: sicut simul sunt in entitate album z nigrum: z quidem sunt vere contraria ſm species in quibus sunt: nec tamẽ simul sunt in aliquo eodem susceptiuo.

Quæstio Secunda.

AD secundum sic proceditur: et arguitur ꝙ quilibet possit conuerti in quodlibȝ. ¶ Primo qđ creatura in deitatem: quia non repugnat ꝑsone diuine terminare aliquã actionem realem: vt patet in incarnatione cuius termin⁹ erat verbum. ergo a simili in ꝓposito. ¶ Secundo sic. nõ repugnat nature diuine terminare illam actionem que non requirit in termino mutabilitatem: possibilitatem: nec finitatẽ. Sed trãssubstãtiatio est huiusmodi: quia non requirit terminũ suum mutari: nec per consequẽs possibilitatem aliquam in termino: nec requirit terminꝰ suo aliquid addi: et per consequẽs nec finitatem nec oppositionẽ vel cõponibilitatem. ergo zc. maior etiam cõfirmatur: quia non repugnat nature diuine terminare intellectionẽ z volitionem pro tanto ꝙ ille actiones non requirunt mutationem nec possibilitatem nec limitationem in termino vel obiecto. ¶ Preterea. ꝙ q̃libet creatura possit cõuerti in quãlibet ꝓbatur: quia nulla creatura potest magis cõuerti in vnã q̃ȝ in aliã ꝓpter conuenientiã termini a quo ad terminũ ad quem. quia in ista cõuersione nulla requiritur conueniẽtia alicuius subiecti cõmunis manẽtis. ergo quãtũcũqȝ aliqua creatura nõ ꝯueniat cũ alia nõ min⁹ est ꝯuertibilis in ipãm. ¶ Oppositũ. primo ꝙ nihil possit ꝯuerti in naturã diuinam: quia tunc natura diuina posset ꝯuerti in aliud: qꝛ termini istius ꝯuersionis possunt mutuo esse termini: tũc etiã natura diuina posset icipere esse alicubi vbi prius non fuit: vel eo modo quo non fuit: qđ videtur incõueniẽs. ¶ Itẽ Aug. vij. sup geñ. ad lĩam. c. iiij. et Boetius lib. de duabus naturis et vna persona christi. c. vij. Nullo modo potest corpus conuerti in spiritum: nec econuerso. ¶ Item ꝙ non quelibet creatura in quãlibet: quia tũc posset cõuerti quãtitas panis in quãtitatẽ corporis christi: z ꝑ consequẽs corpus christi quãtũ esset vbi prius panis fuit. consequens impossibile est: qꝛ tũc corp⁹ maius esset in loco minori. ¶ Itẽ tunc absolutum posset conuerti in respectiuum: z per consequens respectus posset per se esse sine fundamento et sine termino: sicut et absolutum conuersum in ipsum. consequẽs est impossibile manifeste: qꝛ ꝯtradictio est respectũ esse sine fundamento z termino.

Hec questio vt patet ex argumentis.

continet duos articulos. s. de conuersione deitatis in creaturam: z creature in creaturam. ¶ De primo dicõ ꝙ non. et ratio facta est in precedente. q. arti. ij. conclusione. ij. quia nihil potest conuerti nec vt terminus ad quẽ: nisi cuius esse z non esse totaliter subest virtuti cõuertẽtis. nihil aũt intrinsecũ deo subest potẽtie diuine: qꝛ illa potẽtia non respicit ꝓ obiecto nisi possibile: sed quicquid est deo ĩtrinsecũ est necesse eẽ. ¶ De secundo dico ꝙ quodlibet potest conuerti in quodlibet propter eãdem rationem. quia vtrũqȝ extremũ in creaturis subest potentie diuine et quãtum ad totale esse: z quantum ad totale non esse.

Vid va. q. 1. h⁹ mãe z vid hẽ. q. 7. q. 4.

A

Ad argumẽta. ¶ Ad primum dico ꝙ

B

verbum esse incarnatum non dicit verbum esse terminum alicuius actionis de genere actionis: et cum dicitur ꝙ incarnatio terminatur ad personam filij. dico ꝙ vnio illa (sic quẽdo de vnione que importat relationem in natura humana) importat verbum pro termino: quia in natura humana est respect⁹ realis ad verbum: z ecõuerso nõ nisi ratiõis. Sed terminus actionis de gñe actiõis est aliq̃d qđ accipit eẽ ꝑ illã actionẽ. hec aũt est vnio illa realis nature humane ad verbũ. ¶ Et si arguit. fili⁹ dei est ĩcarnat⁹. ergo est subiectũ vel termin⁹ illi⁹ actiõis: qꝛ ĩcarnari significat passionẽ q̃ȝ opȝ ponere in subiecto vel in termino. ¶ Et preterea cuilibet actioni rñdet ꝓpria passio. tres ꝑsone ĩcarnabãt actiõe ꝓprie dicta. ergo qđ rñdet illi est passio ꝓprie dicta. hoc aũt est ĩcarnatum esse. ergo zc. ¶ Ad primã dico ꝙ incarnatũ eẽ est vnitũ esse carni in vnitate ꝑsone: z hoc ſm ꝙ vnitũ eẽ dicit relatiõem nõ realẽ: ſȝ rõnis tm̃. ¶ Ad secũdũ dico. ꝙ actioni trinitatis corrñdet aliqua passio realis: ſȝ illius obiectũ est natura humana: et terminus est aliquid in natura humana. s. vnio formalis nature illi⁹ ad verbũ: ita ꝙ vnio trinitatis siue magis vnitio que est actio trinitatis est ad vnionẽ formalẽ nature humane ad verbũ: q̃ vnio est realiter in natura humana. ¶ Et cũ dicit ꝙ incarnatũ esse dicit passionẽ sic incarnare actionem. dico. ꝙ etsi incarnari vel ĩcarnatũ grãmatice importat passionẽ ꝓpter modũ significãdi: nõ tñ realiter in illo de quo dicit: ſȝ tm̃ in alio qđ cõnotat illi vniri: z illud aliud dicit eẽ subiectũ passiõis ĩportare realr ꝑ incarnari: que. s. corrñdet illi actioni quã ĩportat incarnare.

C

¶ Ad secũdũ dico. ꝙ cõtra ĩmutabilitatẽ necessitatẽ et infinitatẽ cuiuscũqȝ est ꝙ possit eẽ termin⁹ alicuius actiõis ꝓprie dicte de gñe actionis. Et cum ꝓbat de actionibus intelligẽdi et volẽdi. dico ꝙ hoc nõ est ad ꝓpositum: qꝛ sicut dictum est in lib. j. dist. iij. iste dicuntur actiones qꝛ operationes. Nam per actiones de genere actiõis aliquis terminus accipit esse simpliciter: si ꝓducit vel aliquo mõ esse. ꝑ intellectionẽ aũt obiectũ intellectũ nullo mõ accipit esse: ĩmo p̃supponitur omnino ipsi intellectioni. z hoc ideo: quia iste operatiões que dicuntur actiones sunt vltimi termini: non aũt gratia aliorũ terminorũ. ¶ Sed adhuc restat dubium: an actio de genere actionis requirat terminum mutari? dico ꝙ non videtur facile quomodo actio de genere actionis possit poni: per quã terminus nõ accipit esse: immo sicut ponitur talis actio in diuinis sicut per generationem actiuam filius dei accipit esse: si tñ actionẽ sic dictã possit aliq̃d terminare: z tñ nullo modo accipere esse dicet in sequente. q.

q. vl. i fine.

D

ar.2.pte.1. Ad argumēta in oppositum. Primum concedo. ¶ Ad secundum dico. ꝙ et si quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis christi: nō tamen propter hoc corpus esset hic vel eius quātitas ex vi conuersionis: sicut tactum est prius. j. q. distin. x. ¶ Et ad probationem illam supra tactam: sed nō solutam. s. ꝙ genitū est vbi corruptū fuit. Dico ꝙ ideo ibi est: qꝛ materia manet cōmunis que in generatione non mouetur localiter: ⁊ per consequēs ibi recipit formam vbi est: ⁊ ex hoc genitum ex ipsa ⁊ forma est vbi prefuit corruptum. ¶ Contra. materia non est ratio essendi in loco localiter: sed quātitas: non autem manet eadem quantitas in generato et corrupto nisi vt materia. ergo ipsa non est ratio quare genitum est vbi prefuit corruptū. ¶ Dico ꝙ materia ꝺm se habet esse in loco diffinitiue: sicut quecunqꝫ substantia limitata. ipsa autem vt sub quantitate habet esse in loco circūscriptiue: quia ergo manet diffinitiue vbi prius fuit substantia: ideo ibi recipit formam. et ideo substantia genita ibi est vbi prefuit substātia corrupta. ⁊ vbi diffinitiue est substantia ibi circūscriptiue est ipsamet vt quāta: ⁊ ideo sequitur ꝙ genitum vt habens quātitatem ibi est circūscriptiue vbi fuit corruptum circūscriptiue. Non tamen intelligendum est ꝙ aliquando fuerit alicubi substantia hic vel ibi diffinitiue: quia nūqꝫ fuit sine quātitate que erat ratio circūscribēdi: sed tamen non ponendo aliquam quantitatē manere eādē: qꝺ credo esse verius. nō oportet ponere aliquid idem circūscriptiue manens esse rationem essendi in eodem loco in genito et corrupto: sed sufficit materia remanēs in loco diffinitiue vbi fuit corruptum. ¶ Posset etiam dici ꝙ vbi agens inuenit passum ibi informat ipsum: sed agens in generando non transmutat localiter. ergo informat ibi passum: ⁊ vbi passum informatur ibi est cōpositū ex passo et forma inducta. ergo ⁊c.

E

¶ Concesso tamen ꝺm cōmunem opi. ꝙ ibi possit esse terminus conuersionis vbi prefuit conuersum. dico ꝙ debet intelligi vbi non precise: sed vel sic vel ꝺm partem: et sic vbi prefuit panis posset esse corpus christi vt quantum vel precise vel sicut in parte sui vbi: ita ꝙ pars esset ibi: et pars esset in vbi circūstāte. esto etiam ꝙ teneretur illud principium aliquorum ꝙ terminus conuersionis est vbi prefuit cōuersum: non tamē erit ibi localiter: ⁊ sic posset concedi ꝙ si quātitas esset primus terminus conuersionis: esset vbi prefuit substantia panis: non tamen esset localiter. et hoc est argumētum contra aliam viam que ponit propter hoc quantitatem christi non esse hic localiter: quia est secūdus terminus ⁊ non primus: qꝛ esto ꝙ esset primus adhuc non esset ibi localiter necessario. Ita enim posset iste modus separari a primo termino cōuersionis sicut a secūdo. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ August. et Boetius loquuntur in comparatione ad potentiam creatam. ¶ Sed hoc nihil est: quia nulla virtus creata potest quodcūqꝫ corpus conuertere in quodcunqꝫ. Ideo dico aliter ꝙ quot sunt rationes repugnātie tot sunt rationes impossibilitatis: et aliqua illarum amota, est aliqua possibilitas que prius non fuit: non quidem possibilitas simpliciter: sed ex parte illius. verbi gratia. visus nō potest recipere intellectionem. tum quia intellectio inextensa est ⁊ visus extensus. tum quia visus est cognoscens tm̄ aliquid sub ratione singularis intellectus autē intelligit non precise sub ratione singularis. tolle vnam īpossibilitatem: vtpote si esset potentie que posset habere obiectum sub ratione vniuersalis: et cum remaneret alia rō īpossibilitatis simpliciter esset impossibile hoc sicut illud: et tamen diceretur hoc possibile respectu illius non simpliciter: sed

Hē. q. 1. q. 5. ⁊ egi. q. 1. q. 4. Du. ꝺ nouo cast. pñti di. q. 2 sol. 2. arg.

quia illa ratio impossibilitatis ibi non est ratio īpossibilitatis hic. Ad propositū omne corpus habet quādam non repugnantiam vt conuertatur in corpus: puta quia habet materiam quantitatem ⁊ similes rationes concurrentes ad conuertibilitatem. Omnis spiritus habet oppositas rationes istis. ergo licet sit īpossibile simpliciter corpus celeste conuerti in elementare isto modo: quo impossibile est spiritui conuerti in ignem: quia respectu agentis cuiuscūqꝫ creati vtrūqꝫ est impossibile: respectu tamen agentis increati sicut vnum est possibile ita et aliud: tamē istud dicitur possibile ⁊ aliud impossibile: quia hic est aliqua ratio impossibilitatis que non est ibi. ¶ Ad quartum dico. ꝙ absolutum posset conuerti in respectiuum et econuerso. sed non sequitur vltra, ꝙ respectus esset sine fundamento ⁊ termino: quia terminus per conuersionē acciperet esse eo modo quo potest habere esse: respectꝰ aūt non pōt habere esse sine fundamento ⁊ termino. Nec sequitur si terminꝰ a quo prefuit sine istis. ergo terminus ad quem potest esse sine istis: sicut nec in alijs vbi terminus vnus requirit aliqua ad sui esse que non requirit alius. dico ergo ꝙ si in respectiuum conuerteretur absolutum ille respectus requireret fundamētum ⁊ terminum: et haberet ea vel antiqua que precesserūt conuersionem vel noua. Exemplum in alijs. Non sequitur. lapis potest conuerti in scientiam et econuerso. lapis non informat aliquem intellectum. ergo nec scientia. quodcūqꝫ enim in aliquod conuertatur semper terminus habebit suū ꝓpriū modū existēdi sicut terminus a quo conuersionis habuit ante cōuersionē suum ꝓprium modum existendi. F G

Questio Tertia.

Circa secundum principale quero duo. ¶ Primo vtrū panis conuertatur in corpus christi in eucharistia? ¶ Secundo an panis in ista conuersione annihiletur? ¶ Ad primum arguo ꝙ non. August. iij. de trini. vij. christi corpus dicimus qꝺ ex fructibus terre acceptum sumimus. Sed nō est aliquid acceptum ex fructibus terre nisi panis vel vinum. ergo non transsubstantiatur. ¶ Secundo Dama. lib. iiij. ca. vj. Quemadmodum in baptismate: quia cōsuetudo est hominibus aqua lauari ⁊ oleo vngi, coniugauit oleo ⁊ aqua gratiam spiritus sancti, ⁊ fecit ipsum lauacrum regenerationis, sic, quia consuetudo est hominibus panem comedere ⁊ vinū et aquam bibere: coniugauit ipsis suꝑpsius deitatem ⁊ fecit ipsa corpus ⁊ sanguinem ipsius: vt per consueta ⁊ ꝺm naturam in his que super naturam sunt fiamus: vult dicere ꝙ sicut in baptismo abluimur in aqua: ⁊ hoc ideo constitutum est: quia cōsuetudo hominibus est lauari in aqua: ita in eucharistia pascimur et potamur pane ⁊ vino: quia ista sunt consuetus potus ⁊ cibus humanus. ergo sicut in baptismo est vere aqua eiusdem rationis cum cōmuni aqua, qua abluimur. ita in eucharistia vere est panis ⁊ vinum cum cōmuni cibo et potu humano. ¶ Tertio sic. Augu. in glo. super illud. j. Cor. x. Vnus panis ⁊c. Sicut vnus panis ex multis granis ⁊ corpus christi ex multis membris: ita ecclesia ex multis personis. ergo eucharistia propter istam similitudinem significat corpus christi verum et corpus christi mysticum. sed ex multis granis non colligitur aliquid sic significatiuū nisi panis. ergo ille manet in eucharistia. ¶ Quarto sic. In omni mutatione positiua terminus ad quem accipit esse: Sed corpus christi non accipit esse per istam actionem: quia tunc frequenter acciperet esse: nec etiam aliquod esse

a. l. 6.

a. l. 2. c. 8. 9.

accipit: quia tunc frequenter augeretur ex frequentatione eucharistie. ergo corpus christi non est hic terminus alicuius mutationis seu actionis positiue.

¶ Quinto sic. Si panis cõuerteretur in corpus christi oporteret esse aliquem terminum primũ istius mutationis. illud in proposito non potest esse deitas ex precedenti. q. nec anima intellectiua: quia illa ꝫm omnes non est hic nisi concomitanter: nec potest esse aliquod accidens vel accidentia: quia tunc nõ esset trãssubstantiatio sed transaccidentatio. non restat ergo nisi materia sola: sed conuersio in materiam solã non est transsubstantiatio. magis enim diceretur resolutio in materiam ꝗ transsubstantiatio. et hoc patet: quia ꝫm omnes forma panis conuertitur in formam aliquam: sicut materia in materiam. et ista forma non potest aliqua inueniri que terminet: vt patet ex diuisione preposita. ergo ꝛc. ¶ Si dicas ꝙ est aliqua forma substantialis alia ab intellectiua in quam conuertitur forma panis. ¶ Contra hoc. vnius rei non est nisi vnum esse. ergo non est nisi vna forma. ¶ Oppositum. Ambro. de sacramentis. ꝛ ponitur de consecra. dist. ij. panis est in altari. vbi accessit consecratio de pane fit corpus christi. Idem et ponitur ibidem. Re vera mirabile. Sermo qui potuit facere que non erant: nonne potest mutare ea que sunt in id quod non erãt: quasi diceret: sic. ¶ Preterea. Eusebius. et ponitur ibidem. Quia corpus. Sacerdos inuisibilis visibiles creaturas in substãtiam corporis et sanguinis sui secreta potestate commutat: et ad hoc habentur plures auctoritates. de consecra. dist. ij. in diuersis locis. ꝛ magister adducit aliquas in ista dist. ꝛ aliquas in dist. precedente.

Opi. manicheorum quã tenuit fr io. baco. hãc tꝫ G. ockã. i. 4. i hac mã. q. 3. i solu. 7. dubij. vid spꝫ q. 4. q. 35. ꝛ i trac. hꝰ mãe. c. 5 T. c. 50. idẽ. 8. phy. si. t. cõ. 48

Hic duo videnda sunt sicut circa alia credita. Primo quid tenendum. Secundo quomodo illud poterit declarari. ¶ De primo sicut recitat Innocentius de officio misse. parte. ij. ca. xxvj. circa hoc erant tres opiniones. Una ꝙ panis manet: et tamen cum ipso vere est corpus christi. Alia ꝙ panis nõ manet: et tamen non conuertitur sed desinit esse vel per annihilationem vel per resolutiõem in materiam: vel per corruptionem in aliud. Tertia ꝙ panis transsubstãtiatur in corpus et vinum in sanguinem. quelibet autem illarum voluit istud commune saluare: ꝙ ibi vere est corpus christi. quia istud negare est plane contra fidẽ: vt patet distin. iij. in. q. j. Expresse enim a principio institutionis eucharistie fuit de veritate fidei ꝙ vere ibi et realiter corpus christi continetur. ¶ Pro prima opinione arguitur primo sic. Sicut in naturalibus non sunt plura ponenda ꝗ ratio naturalis necessario conuincit. primo physicorum. et in pluribus locis ꝫm philosophum: quia pluralitas est superflua. ita in credibilibus non sunt ponenda plura ꝗ cõuinci possit ex veritate creditorum. Si veritas eucharistie saluari potest sine ista transsubstantiatione. ergo ꝛc. minor probatur. ꝙ ad veritatem eucharistie requiritur signum et signatum realiter contentum. substantia panis cum suis accidẽtibus eque potest esse signũ sicut sola accidentia immo magis: quia substãtia panis sub speciebus magis est nutrimentum ꝗ accidentia. ergo magis representat corpꝰ christi in ratiõe nutrimenti spiritualis. Res etiam contenta. s. verum corpus christi eque potest saluari cum substãtia panis sicut cum accidentibus: qꝛ non magis repugnat substãtie esse simul cum substantia ꝗ cum quantitate illius substantie. ¶ Et confirmatur hec ratio. quia ponẽda sunt pauciora miracula quãtũ possibile est: sed ponendo panem manere cũ suis accidẽtibus et corpus christi ibi esse vere pauciora ponũtur miracula quã ponendo panẽ ibi nõ esse. Nam tunc nõ poneret aliquod accidẽs sine subiecto. ¶ Secũdo sic. ꝛ quasi i idẽ redit. In creditis nobis ꝫm itellectũ vniuersalem traditis, nõ videt ille modus determinãdus, q est difficilior ad intelligẽdũ, et ad quẽ plura vident sequi icõueniẽtia. sed istud, corpꝰ christi esse in eucharistia, est quoddam verꝫ vniuersalr traditũ nobis. iste aũt itellectꝰ ꝙ non sit ibi substãtia panis videt difficilior ad sustinẽdũ et ad ipm sequunt plura icõueniẽtia ꝗ ponendo ibi esse substãtiã panis. ergo ꝛc. maior probatur. quia ex quo fides nobis data est vt sit via ad salutem: ita debet, vt videt, determinari ꝛ teneri ab ecclesia sicut magis est idonea ad salutem. Sed ponendo intellectum aliquẽ talem supra modum difficilem et ad quem manifeste videntur sequi incõueniẽtia est occasio auertendi oẽs philosophos: immo fere omnes sequentes rationem naturalem a fide, vel saltem impediendi eos ne cõuertãtur ad fidem, si dicatur eis talia pertinere ad fidem nostram: immo videtur ꝙ philosophus haberet pro maiori inconueniente vel quicũqꝫ sequẽs naturalem rationem ea que ponũtur hic negãdo substãtiam panis ꝗ haberet de omnibꝰ articulis quos habemꝰ de incarnatione. et mirum videtur quare in vno articulo qui non est principalis articulus fidei debeat talis intellectus asseri: ꝓpter quẽ fides pateat ꝯtẽptui omniũ sequẽtiũ rõnẽ. ¶ Tertio sic. Nihil est tenẽdũ tãꝗ de substantia fidei nisi qꝺ põt exꝑsse haberi de scriptura vel exꝑsse declaratũ est ꝑ ecclesiã: vel euidẽter sequit ex aliquo plane cõtẽto in scriptura vel plane determinato ab ecclesia. Ista maior videtur sufficiẽs: quia ꝓ nullo alio haberet quis causam exponẽdi se morti: et ꝓ oĩ eo qꝺ est de substantia fidei laudabilr exponeret q̃s se morti. ꝛ etiã ꝙ nullo istoꝝ modorũ habet certũ firmiter credere videt leuitatis: quia non est auctoritas sufficiens nec ratio: si nullum istorum inueniatur. nunc autem non videtur expresse haberi non esse ibi substantiam panis. Nam Io. vj. vbi multum predicatur veritas eucharistie planum est. vbi christus dicit. Ego sum panis viuus qui manducauerit ex hoc pane ꝛc. Et. j. Coꝝ. dicit Paulus. Panis quem frangimus nonne cõmunicatio corporis christi est? nec inuenitur ecclesia vbi istam veritatem determinet solẽniter: nec etiam qualiter istud possit ex aliquo manifesto credito euidenter inferri. ergo ꝛc. ¶ Si dicas sicut dicit vnus doctor ꝙ Matth. xxvj. dicendo. hoc est corpus meum: expresse insinuat panem non manere: quia tunc esset propositio falsa. ¶ Hoc non cogit: quia dato ꝙ substantia panis maneret non demonstratur substantia panis: sed contentum sub pane: sicut modo non demonstrantur accidentia: quia tunc esset propositio falsa: sed est sensus. hoc ens contẽtum sub isto signo sensibili est corpus meum. ¶ Item in sacramentis veritatis nulla debet esse falsitas. Sed accidentia ista signant naturaliter substantias quas affecerunt: et si non sit ibi eorum substantia: signatio ista naturalis erit falsa. hoc est inconueniens. ¶ Si dicas ꝙ significant corpus christi et sanguinem. ꝛ ista significatio est vera. ¶ Contra. Naturalis significatio non mutatur propter significationem ex institutione ad placitum. ergo ista accidentia naturaliter significant eadem que prius significauerunt. ergo ex ista parte in significatiõe naturali erit falsitas nisi significata subsint signis. Sed posito ꝙ illa significata subsint veritas habetur in significatione naturali accidentium. posset etiam veritas haberi in significatione ad placitum: quia in illis subiectis possent conti-

Ca. 10.

Tho. pilti di. ar. 1. q. 1. i sol. 2. q.

A

neri illa que significantur ad placitum ex institutione et sic haberetur omnimoda veritas in vtraq̃ significatione. Sed secundum aliam viaȝ falsitas est ĩ significatione naturali. ergo magis cõgruit alia via q̃ ista. ¶ Pro opinione secunda potest argui: per rationes similes aliquibus predictarum: quia tres prime satis videntur posse adduci pro ista. tum quia plura miracula ponuntur ponendo transubstantiationem q̃ negando. tum quia ista transubstantiatio est. ita difficilis ad intelligendum. et ita videtur repugnare rationi naturali: quia omni sequenti rationem naturalem videtur irrationabiliter posita: ⁊ per consequens plus auertere a veritate fidei q̃ absolute ponere panem non manere per annihilationem vel per aliquam aliam viaȝ. ¶ Tertio quia ista transubstantiatio non videtur magis probari ex scriptura q̃ panem non manere. immo minus. ¶ Contra istas opiniones arguit quidam doctor. contra primam sic. ꝙ ipsa est inconueniens et impossibilis et heretica. primum probatur ex tribus. primo quia tollit reuerentiam debitam christo: vt continetur in hostia. Sibi enim in eucharistia debetur cultus latrie: sed si ibi maneret substantia panis non deberet talis cultus exhiberi propter idololatriã adorãdo creaturam. ¶ Secundo videtur inconueniens: q2 tollit significationem huius sacramenti. debet enim illud primo significare corpus vt primum signatum. sȝ si ibi maneret substantia panis: ipsa haberet rationeȝ primi significari. ¶ Tertio quia tollitur debitus vsus sacramenti: quia si maneret vere substantia panis ipsa est vere cibus corporalis, huius autem sacramenti vsus est ꝙ sit cibus spiritualis. ¶ Secundo vero: scilicet ꝙ hec positio sit impossibilis, arguit per idem medium tam contra primam opinionem q̃ contra secundam. quia nihil potest incipere esse vbi prius non fuit nisi per sui mutationem vel alterius in ipsuȝ. Sed corpus christi non mutatur per hoc ꝙ eucharistia ꝯficit: quia manet in celo sicut prius. ergo si nihil conuertatur in ipsum non est magis realiter in altari q̃ pri⁹ fuit. hoc est impossibile. ¶ Tertium scilicet ꝙ sit heretica probat sic: quia est contra verbum christi instituentis sacramentum Matthei. xxvj. Hoc est corpus meum. non dicit hic est: sed hoc est. si autem substãtia panis manet, nihil annihilaretur, et non cõuerteretur, verius diceretur. hic est corpus. q̃ hoc est corpus.

Ock vbi.s.

Th. vbi supra.q.2. ¶ Contra opinionem secundam arguitur specialiter contra hoc ꝙ ponit resolutionem in materiem panis prelacenteȝ: quia vel fieret in materiam nudam. ⁊ hoc est impossibile: quia tunc esseȝ materia sine forma: ⁊ sic actus materie erit ⁊ nõ erit: vel fieret in materiam sub aliqua alia forma: sed hoc est inconueniens: quia vel illud corpus aliud nouum, cuius est illa materia, esset simul cum speciebus et corpore christi, vel mutaretur de loco illo: et vtrumq̃ est inconueniens. Primum q2 impossibile est duo corpora esse simul. secundum: quia ille motus localis illius posset percipi per expulsionem corporis alterius circunstantis. ¶ Quicquid sit de opinionibus iste rationes non videntur eas efficaciter improbare. prima non valet: quia modo non ẽ idololatria qui adorat christũ in eucharistia. et tamen non potest negari quin sit ibi creatura aliqua. scilicet species ille, sed non est adorandum sensibile continẽs: sed Christus contentus. Et eodem modo tunc dicetur christum contineri sub pane quanto et quali, et ita non panem adorari: sed Christum contentum in pane vt in signo. ¶ Et si obijcias, saltem simplices qui non sic distinguũt essent idololatre. dico ꝙ ita potest: nunc argui contra te: quia simplices non distinguunt accidentia illa a corpore christi. in omnibus autem talibus est vna responsio, quia simplices adorant in fide ecclesie. ⁊ hoc sufficit eis ad salutem. Maiores autem distincte adorant contentum non signum continens, et hoc siue signum continens sit accidens tantum, siue substantia panis cum accidente. ¶ Ad secundum dico ꝙ est ad oppositum. quia si esset hic substantia panis illa duplex significatio esset vera. scilicet naturalis, qua accidentia significant substantiam panis, et illa q̃ est ex institutione diuina: qua sensibile significat corpus christi: sed nunc non potest saluari nisi precise altera vera. ¶ Nec potest dici ꝙ cessat sĩgatio naturalis propter aliam que est ex institutiõe. quia si sic tunc nõ ducerent accidentia illa naturaliter quantum est de se ad deprehendendum substantiam panis. sed totaliter cessaret in eis ista sĩgatio vel representatio: que tamen prius infuit eis: et tunc aliquo modo immutassent aliter intellectum ante consecrationem q̃ post. hoc nihil est. ¶ Respondeo. ergo ꝙ primum significatum ex institutione debet esse corpus Christi, et ita est, siue maneat substantia panis siue non, sed primum significatum accidentium ꝙ scilicet naturaliter significant semper est substantia illa quam primo affecerunt vel nata essent afficere: quia illa significatio naturalis non mutatur. ¶ Ad tertium non valet. quia modo manifestũ est ꝙ ille species nutriunt sm̃ Apostolum. j. Corinth. xj. Unus quidem esurit. alius vero ebrius est. et hoc ex perceptione specierum sacramentalium. et tamẽ nõ negatur hic esse cibum anime. tamen datur ipsum contentum sub nutrimento corporali: ita si poneretur panis manere: esset ibi nutrimentum corporale. et tamen contentum sub illo esset tantum nutrimentum anime. ¶ Aliud autem de impossibilitate satis solutum est: distinctio. x. q. j. quia incipit hic esse non sine omni mutatione extendendo mutationem ad illam presentiam simplicem. ¶ Aliud de hoc vel hic nihil est ad b. verũ est enim ꝙ hoc est corpus meum. et hic est corpus meum: sed non hoc accidens: sed contentum sub accidẽte. eodem modo si esset panis non hoc quod est substãtia panis esset corpus: sed hoc quod est contentuȝ sub pane est corpus. maluit autem saluator: vti hoc vocabulo hoc q̃ hic: quia magis exprimitur veritas: licet vtrumq̃ dictum esset verum. ¶ Ad aliud contra secũdam opinionem. posset responderi ponendo annihilationem panis totaliter. vel si ponatur resolutio vsq̃ ad materiam ex qua fuit, argumentum non cogit. posset enim dici ꝙ et in materiam nudam et in materiaȝ sub alia forma. et posset dici ꝙ immanentẽ vbi prius erat vel motam inde localiter. ¶ Et quando arguitur cõtra primum: quia tunc materia esset sine forma. ⁊ sic in actu et non in actu: equiuocatio est de actu: quia vno modo actus est differentia entis opposita potentie, prout diuiditur omne ens quod est. scilicet in actu vel ĩ potentia. Alio modo actus dicit habitudinem illaȝ quã dicit forma ad informabile ⁊ ad totum cuius est. ⁊ eodem modo equiuocatur de potentia: quia vt opponitur actui primo modo dicit ens diminutum, cui scilicȝ non repugnat esse extra causam suam. ens autem in actu oppositum isti potentie est ens completum in suo esse extra causam suam quodcunq̃ sit illud. Alio modo potentia dicit principium receptiuum actus secundo modo dicti: sicut materia dicitur potentia ⁊ forma actus. hec distinctio plane patet per phylosophum. ix. metaphysi. in principio. et etiam membra distinctiõis probari possunt per dicta phylosophi in multis locis loquẽtis de actu et potentia nũc sic nũc sic, sicut in. vij. meta. cap. pe. ⁊. viij. meta. cap. vlti. Ex actu ⁊ potentia per se fit vnum. non intelligit de istis vt opposita sunt quia sic non sunt simul. Alio modo. ix. meta. c. v. ẽ autẽ actus existere rem non ita sicut dicimus potentia. Et post explanãdo istã descriptionẽ manifestat ĩ multis op

T.c.1.⁊.2.

t.c.59.⁊.s.

T.c.15.

T.c.11.

positis vt vigilans ad dormiens. ⁊ videns ad claudẽs oculum. et elaboratum ad illaboratum. huiusmodi inquit differentie est alteri parti actus determinatus. alteri autem potentiale. ¶ Ad propositum ergo materia sine forma est in actu primo modo et non in potentia. quod probatur per ipsum Augustinum. xij. confessionum. Ecce verba sua. Materia ipsa accepit a deo hoc imperfectum esse quod habet. scilicet in potentia: et necesse est ipsum hoc ponere: quia materiam concedit a deo creari: sed anteq̃ crearetur erat in potentia. primo modo: probatur: quia aliter crearetur quod impossibile est creari. ergo post creationem fuit in potentia: non isto modo: quia tunc per creationem non esset aliqua entitas materie producte: tantum igitur post creationem fuit in potentia secundo modo: quia fuit receptiuum actus secundo modo dicti: sed tunc ẽ ignorantia elenchi. cum dicitur. materia est in actu. primo modo: et non in actu secundo modo. ergo est in actu ⁊ non in actu. Eodem modo est equiuocatio de potẽtia hincinde. ¶ Si etiam daretur secundũ: scilicet ꝙ materia reciperet aliam formam et maneret simul cũ corpore christi non posset improbari quin esset deo possibile: quia non includit contradictionem. si enim corpus christi etiam quantum potest esse simul cum quantitate panis et plus repugnat quantum quanto quantum ad simultatem q̃ substantia substantie: et per consequens plus q̃ substantie cuicũq̃. Si enim arguit philosophus. iiij. physicorum capitu. de vacuo. ꝙ si duo

T.c.76. corpora possent esse simul et quodlibet: sequitur ꝙ nõ est impossibile aliquam substantiam compositaꝫ ex illa materia et noua forma manere simul cum corpore christi. ¶ Si iterum daretur ꝙ expellitur non tamen sic ꝙ manifeste appareat expulsio aeris: nec hoc potest probari impossibile deo: quia nullam includit contradictionem.

Quantum ergo ad istum articulum quid. scilicet sit tenendum. Respon. ꝙ communiter tenetur ꝙ nec panis manet contra primam opinionem: nec annihilatur vel resoluitur in materiam primaꝫ cõtra secundam opinionem. sed conuertitur in corpus christi. Et ad hoc multum expresse videtur loqui Ambrosius cuius vndeci auctoritates supra adducte sũt:

E et plures habentur de consecratio. distinctio. ij. et ponuntur a magistro distin. x. et di. ista. ¶ Principaliter autem videtur mouere ꝙ de sacramẽtis tenendum est sicut tenet sancta romana ecclesia sicut habetur extra de hereticis. Ad abolendam. Nunc autem ipsa tenet panem transubstantiari in corpus: ⁊ vinum in sanguinem: sicut manifeste habetur extra de summa trinita. et fide. capitu. Firmiter credimus. §. vna vero. vbi dicitur. Ipse Jesus christus sacerdos est et sacrificium cuius corpus et sanguis in sacramẽto altaris sub speciebus panis et vini veraciter continetur. ⁊ sequitur statim. Transubstantiatis pane in corpus ⁊ vino in sanguinem potestate diuina. ¶ Ad hoc etiam est vna cõgruentia: quia ecclesia nõ errat cum dicit. Fiat commixtio et consecratio corporis et sanguinis domini nostri Jesu christi. ⁊c. ¶ Alia est congruentia: quia nõ ieiunus non potest congrue celebrare: sed percepta eucharistia adhuc potest sacerdos iteruꝫ celebrare. sicut habetur extra de celebra. missa. Consuluisti. excepto inquit die natiuitatis domini nisi tamen necessitas superueniat sufficit sacerdoti semel in die missam celebrare. et ex hoc innuit ꝙ in die natiuitatis domini ⁊ quando necessitas igruit licet plures missas celebrare ĩ die.

Ad argumenta pro prima opinione & secũda. ¶ Ad primum concedo ꝙ etiam in creditꝫ nõ sunt plura ponenda sine necessitate: nec plura miracula q̃ oportet. sed cum dicitur in minori veritas eucharistie posset saluari manente pane vel sine transubstã tiatione: dico ꝙ bene fuisset deo possibile instituisse ꝙ corpus christi vere esset presens substantia panis manente vel cum accidentibus pane ãnihilato. ⁊ tunc fuisset ibi veritas eucharistie: quia et signum verum: ⁊ signatum verum: sed hic non est modo tota veritas eucharistie. non enim sic instituit vt dicunt auctoritates

F adducte. ¶ Et cum dicitur ꝙ ad veritatem eucharistie nihil requiritur nisi verum signum et verum signatum. ¶ Respondeo verum est eo modo quo signuꝫ est institutum. et quo sibi debet correspondere signatum: ꝙ non est nunc precise: ꝙ corpus sit cum aliquo. scilicet cum pane vel cum accidentibus panis indistincte: sed institutum est nunc ꝙ signatum sit tantum sub accidẽtibus vt sub signo. ¶ Ad secundum dico ꝙ non est aliquis articulus arctandus ad intellectuꝫ difficilem nisi ille intellectus sit verus: sed si verus est ⁊ probatur euidenter esse verum: oportet secundum illum intellectũ tenere articuluꝫ quãdo inquiritur in speciali: quia nullus alius intellectus specialis verus est. sic autem supponitur de intellectu huius articuli ex auctoritatibus allegatis. ¶ Et tunc ad tertium vbi stat vis. dicendũ ꝙ ecclesia declarauit istum intellectum esse de veritate fidei in illo symbolo edito sub Inno. tertio in concilio lateranensi. Firmiter credimus ⁊c. sicut allegatuꝫ est superius. vbi explicite ponitur veritas aliquorum credendorum magis explicite q̃ habebatur in symbolo apostolorum: vel Athanasij. vel Niceni. ⁊ breuiter quicquid ibi dicitur esse credendum tenendum est esse de substantia fidei. ⁊ hoc post istam declarationem solennem factam ab ecclesia. ¶ Et si queras quare voluit ecclesia eligere istum intellectum ita difficilem huius articuli cum verba scripture possent saluari secundum intellectum facilem ⁊ veriorem secundum apparentiam de hoc articulo. ¶ Dico ꝙ eo spiritu exposite sunt scripture quo condite. Et ita supponendum est

G ꝙ ecclesia catholica eo spiritu exposuit: quo tradita est nobis fides spiritu scilicet veritatis edocta. ⁊ ideo hũc intellectum eligit: quia verus est. Non enim in potestate ecclesie fuit facere istud verum vel non verum: sed dei instituentis: sed intellectum a deo traditum ecclesia explicauit directa in hoc vt creditur spiritu veritatis. ¶ Ad quartum posset dici ꝙ accidentia non semper signant substantiam esse in actu quamuis affecerunt: sed aptitudinaliter. vel si modo signant in actu non est ibi falsitas in signo vt est signum institutũ ad placitum: quia vt sic habet signatum ad quod institutum est.

De secũdo articulo pricipali sunt duo declaranda. primo quomodo panis transubstantiatur vel possit fieri transubstantiatio in corpus Christi preexistens? Secundo quid possit esse formale in termino ad quem conuersionis? hec enim duo tangebãtur

H in argumentis ad primam partem. ¶ De primo sciendum ꝙ siue ad transubstantiationem vnius ad aliud: non requiratur nisi ꝙ vterq̃ terminus sit substantia. ⁊ sit plene in obedientia agentis quantum ad totale esse ⁊ quantum ad totale non esse siue secundum aliquos plus requiratur. scilicet mutua conuertibilitas: secundum naturam propter scilicet principium potentiale transmutabile a forma vnius ad formam alterius: licet non vnica transmutatione: sed per multas. et hoc ab agente naturali. vtrumq̃ istorum saluatur in proposito: quia tam panis q̃ corpus christi totaliter est in potestate dei quantum ad totale esse ⁊ totale nõ esse. habent etiam materiaꝫ eiusdem rationis propter

quam quantum est ex parte vtriusqꝫ posset fieri transi
tus per naturam ab vno in aliud licet p multa media
licet etiam considerando corpus illud inquantum est
nunc imortale ⁊ ipassibile non posset illud per naturā
conuerti in panem: sed hoc non est: qa careat materia
receptiua forme panis: sed qa materia eius insepara-
bilit̄ cōtinet a forma sua. s. anima impassibili. ¶ Hoc
etiam posset declarari de partibus vtriusqꝫ termini. de
us eni in potestate sua hꝫ tam materiaꝫ q̄ formā vtri
usqꝫ termini. ⁊ p ꝯn̄s pōt materiā conuertere in mate-
riam: ⁊ formā in formā: ⁊ ita totū in totū ⁊ totalr̄: hoc
autem nō potest naturale agens: qꝛ in potestate eius
non est materia sed supponitur actioni sue. ex pma. q.
huius quarti. ⁊ ista ratio procedit secundum illā viaꝫ
que tacta est in. q. pcedente. non aūt supponendo ꝙ cō
uersio reqrat susceptiuū vt cōmune vtriqꝫ termino.

¶ Sed de modo possibilitatis istius conuersiōis po-
nitur sic. Materia, vt est q̄d, est oīno indistincta. pmo
de generatione. ergo agens presupponendo eam vt q̄d
respicit illam vt omnino indistinctaꝫ. Deus est hmōi:
qa non agit per motum. ⁊ hoc ideo quia non est instru
mentum sed causa prima. ergo agit in materiam vt oī
no indistinctam. ergo sicut potest formam destructam
eandem numero reducere in suam materam propriā:
qa non agit per motum q̄ prohibet idem numero redi
re. ita potest eandem formam inducere in quamcunqꝫ
materiam. ad eandem autem formam numero sequit̄:
eadem materia numero. ergo potest facere ꝙ quecūqꝫ
forma fiat in quacūqꝫ materia. ⁊ sic potest facere ꝙ for
ma corporis ponatur in materia panis: ⁊ per hoc illa
materia fiat ista: ⁊ forma forma: ⁊ totum istud diffuse
declaratur. ¶ Sed contra pmam ppositionem quaꝫ
accipit. s. materia vt est quid est omnino indistincta. ar
guitur sic. qa aut intelligitur indistincta s̄m numeruꝫ
scꝫ ꝙ quecunqꝫ vt est quid est omnino eadē cuicunqꝫ:
vel intelligitur indistincta secundum rationem. hoc ē.
vt est quid est vnius rationis. Si primo modo iste in-
tellectus est omnino impossibilis: quia contra phylo-
sophum et contra rationem naturalem et contra illud
quod intendit declarare. Contra phylosophum quia
ex intentione loquens. xij. meta. cap. ij. de per se princi-
T.c.27. pijs dicit ꝙ sicut principiata sunt alia: sic eorum per se
principia. ⁊ hoc secundum genus ⁊ speciem ⁊ numerū:
⁊ ad propositum expresse dicit, horuꝫ que sunt in eadē
specie diuersa, supple sunt principia: non specie: sꝫ qa
singularium. Alia est tua materia ⁊ mouens ⁊ species
et mea ratione autem vniuersali eadem. ergo ex inten
tione vult ꝙ materia mea ⁊ tua vt est per se principiū
meum ⁊ tuum est alia numero. est autem per se princi-
pium vt quid est: quia pars substantie non potest esse
T.c.82. aliquid nisi vt substantia ⁊ vt quid. ¶ Hoc etiam ptꝫ
T.c.24. ex processu phylosophi inuestigādo materiam primo
T.c.51. physi. ⁊ pmo de generatione. ⁊ secundo, dicit eam eē eā
dem substantiam toti transmutationi ⁊ vtriqꝫ termio
Sic ergo est eadeꝫ in genito ⁊ corrupto: quomodo nō
est eadem in duobus simul genitis: quia tunc genera-
tio ⁊ corruptio non magis conclusserunt materiā vnā
q̄ simul existentiā diuersorum. ergo materia: vt q̄d si
est eadem in aere corrupto ⁊ in igne genito ex ipso: ip-
sa vt q̄d est non sic est eadem in aere ⁊ in igne siml̄ exi
stentibus: ¶ Et potest ratio confirmari: qa si possꝫ es
se eadem simul sub forma aeris ⁊ ignis non requirere
tur transmutatio corrumpens precedēs ad hoc ꝙ ma
teria fieret sub alia forma. ¶ Contra hoc etiam est ra
T.c.17. tio manifesta: quia materia est prior ordine nature q̄
ipsa forma recepta: quia materia est fundamentū om
nium iuxta illud. j. meta. in antiqua translatione. i fun
damento nature nihil est distinctum. prius autem vt ē
prius essentialiter non variatur propter variationē po
sterioris. si ergo materia vt est quid: est omnino eadeꝫ
in se: nullo modo potest esse alia propter aliam formā
receptaꝫ. ergo ipsa omnino eadem recipiet formas cō
trarias substantiales vel saltem incōpossibiles: vt ae-
ris ⁊ ignis. ⁊ tunc sequeretur ꝙ generans posset gene-
rare nihil corrumpendo. posset etiam materia simul eē
eadem sub forma hominis ⁊ asini. ⁊ sic nulle due forme
substantiales repugnarent in simul perficiēdo mater-
iam. Et etiam ille intellectus falsus ad propositū suū
quia deducit ꝙ potest formam corporis ponere deus
in materia panis. Si autem ista materia est eadem cuꝫ
materia corporis nō potest poni in ea forma corporis
quia iam habet eam. eadem enim numero sibi vtpote
materia corporis: iam habet illam formaꝫ. ergo ⁊ ista
habet. ⁊ si habet non potest sibi imprimi: quia tunc sil̄
haberet ⁊ non haberet. ¶ Si autem intelligat ꝙ ma-
teria sit indistincta hoc est eiusdeꝫ rōnis. ⁊ sic deducat
ꝙ deus potest formam eandem numero imprimere il
li materie que inest isti. consequentia nō valet: quia ea
dem forma numero non potest simul informare duas
materias: quarum vtraqꝫ erit sufficiens receptiuum ⁊
totale eius. Nam ⁊ ista vnitas rationis stat cum distin
ctione numerali huius materie ab illa. Esto etiam ꝙ
daretur sibi consequens nō tamen sequitur ꝙ ista ma-
teria fiat illa materia: quia prius non variatur propt̄
nouitateꝫ posterioris materia ergo illa non fit alia q̄
prius fuerit: quia recipit aliam formam quam pri⁹ nō
habuit. ¶ Hoc etiam probatur: quia si fieret alia: er-
go ista forma non posset sibi imprimi: quia forma illa
non potest imprimi illi materie que iam habet eam. vt
sic arguatur. pro eodem instanti si materia panis reci-
pit formam corporis, ergo fit in illo instanti materia
corporis. ergo in illo instanti non potest recipere for-
mam corporis: quia materia corporis non pōt tūc reci
pere formā corpis: qa eam prehabet. ¶ Itē ista ipres
sio forme corporis in materiam panis non esset tran-
substantiatio sed generatio. illa eniꝫ materia prius fu-
it sub priuatione forme corporis: ⁊ non habet formaꝫ
illam. Nec per hoc etiaꝫ probatur quomodo forma pa
nis transeat in formam corporis. ¶ Preterea. etiam
ista propositio ꝙ solus deus respicit materiā vt est q̄d
videtur esse falsa. agens eni sub ea ratione respicit pas
sum sub qua inducit in eo terminum actionis. sed a-
gens creatum potest inducere formam substantialem
in materiam per generationem. ⁊ illa inducitur in ma
teriam per generationem. ⁊ illa inducitur in materiaꝫ
vt est quid: qa sic est per se receptiua forme substantia
lis. ergo agens naturale attingit materiaꝫ vt est quid.
⁊ ex hoc sequeretur: si ista propositio esset vera: ꝙ eaꝫ
respiciens vt quid potest eandem formam in materiā
quamcunqꝫ imprimere. ⁊ tunc si agens supernaturale
transubstantiare potest sequeretur etiam ꝙ agens cau
satum hoc posset. quod est manifeste falsum. ¶ Item
illa propositio qua probat ꝙ deus non agit per motuꝫ
et omne aliud agit per motum: quia omne aliud est in
strumentum dei. ⁊ deus est prima causa non concludit
immo magis potest duci ad oppositum: quia si instru
mentum inquantum instrumentū est: non oportet age
re per motum: nisi quia ipsum est mouens motum: er-
go oportet illud respectu cuius est instrumentum mo-
uere ipsum: et per consequens illud cuius est instrumē
tum poterit agere per motum in ipsum instrumentū.

Quantum ergo ad istum articulum di
co. ꝙ possibilitas conuersionis panis absoluta in cor-
pus Christi est ex plena obedientia vtriusqꝫ termini:
respectu virtutis diuine. ¶ Sed est dubium speciale
hic propter terminum ad quem preexistētem: quia nō
videtur ꝙ in preexistens et secundum esse pristinum
manens possit aliquid conuerti.

¶ Hic dici potest q est impossibile transubstantiationem partialem esse in preexistens: quia illa est mutatio per quam potentiale recipit actum quo prius caruit. et per consequens compositum ex illo potentiali: et illo actu nouum est: quia succedit priuationi illius actus. ¶ Sed oppositum est in transubstantiatione totali: qa ibi non est mutatio vt dictum est prius: & ideo non oportet terminum illius transubstantiationis sequi priuationem seu negationem oppositam suo esse. ¶ Sed istud non sufficit: quia licet non oporteat terminum istius transubstantiationis esse nouum propter rationem mutationis: sicut bene deducitur tamen videtur q oportet ipsum esse nouum: quia est terminus
M noue actionis. nihil enim est terminus actionis proprie scilicet de genere actionis quin per illam actionem accipiat esse. et hoc saltem secundum illud secundum qd est formalis terminus actionis illius. vnde etiam filius dei qui est terminus actiue generationis patris per illam generationem accipit esse & personam esse & deu esse. alioquin si nullum esse accipit per illam non videtur esse intelligibile quomodo sit ibi aliquid terminans generationem que est actio de genere actionis. quod pro tanto dico ad excludendum operationes que dicuntur equiuoce actiones: illarum quidem terminum non oportet accipere esse: quia no sunt actiones de genere actionis: sed sunt termini: vt dictum est distin. iij. primi libri. ¶ Si dicas verum esse de termino actionis positiue: transubstantiatio autez non est nisi actio destructiua termini a quo. et in hoc magis est no actio. ¶ Hoc non videtur probabile: quia ipsa est inter terminos positiuos ita q nec est creatio nec destructio tantum. ¶ Potest dici q transubstantiatio (hoc stante q
N sit inter terminos positiuos qui sunt substantie) potest poni duobus modis intelligi. Uno modo q sit ad substantiam vt per ipsam accipientem esse. Alio modo vt sit ad substantiam vt per ipsam accipientem esse hic. Prima potest dici productiua sui termini ad quez. secunda adductiua: quia per ipsam adducitur terminus vt sit hic. et sub aliis verbis potest esse vel ad entitatem sui termini vel ad presentialitatem eius alicubi. transubstantiatio primo modo non potest esse ad substantiam que prefuit: quia non videtur posse poni in substantiam manentem secundum esse suum antiquum: sed secundo modo bene potest esse transubstantiatio in preexistens. quia potest fieri de nouo presens hic. vbi fuit terminus a quo. manens tamen vbi erat prius.
¶ Et si obiicitur q ista secunda non est transubstantiatio: quia terminus eius non est substantia vt substantia: sed est ista presentia que accidit substantie. sola enim illa acquiritur per istam actionem. ¶ Et preterea tunc erit terminus ad quem per transubstantiationem alicubi vbi prius non fuit. cuius oppositum probatum est in distinctio. x. quest. prima. ¶ Et preterea tunc quot essent hic presentia tot essent presentialitates: & per consequens tot conuersiones. multa autem sunt in christo quorum quodlibet est hic presens. ergo sunt multe conuersiones. ¶ Ad primum potest dici q substantia est terminus ipsius transubstantiationis secundo modo dicte: quia ipsa substantia succedit substantie. non tamen habet esse substantiale nouum sed tantum presentiam nouam. ¶ Ad secundum dico q transubstantiatio primo modo dicta non facit terminum ad quem esse vbi non prefuit. et ita debet intelligi conclusio probata distinctio. x. sed transubstantiatio secundo modo dicta includit mutationem quandam ad simplicem presentiam circa terminum ad quem et ratione istius bene potest terminus ad quem esse per illam vbi non prefuit. ¶ Ad tertium potest dici q non est ibi nisi vnicum primo presens. s. illud quod est primum signatum huius signi. ¶ Alia autez presentia vel sunt partes ipsius vel concomitantia ipsum. conuersio ergo est vnica: quia vnius substantie panis prius presentis istis speciebus in vnum corpus vt presens eisdem. ¶ Pro ista via videtur esse ratio ista. quia eo modo terminus prior conuertitur in terminum posteriorem. quomodo terminus posterior succedit termino priori: sed terminus posterior non succedit secundum esse simpliciter: sz secundum esse hic presens pani preexistenti. ergo / nec panis conuertitur: nec transit in corpus Christi / nisi secundum esse: hic presens pani preexistenti. ¶ Si dicas q absolute esse corpus succedit ipsi esse panis: quia corpus manet secundum suum esse simpliciter pane desinente esse. ¶ Contra. hoc no est succedere sicut terminum termino: quia sic sol potest dici succedere cuicunq corrupto hic inferius: quia manet in suo esse illo desinente esse. ¶ Secundum hanc viam potest teneri q termini istius transitus sunt incompossibiles eo modo quo terminant: quia sic no sunt simul. licet de potentia absoluta dei possint esse simul. sicut licet deus possit facere aerem simul cuz igne de potentia absoluta et forte ex eadem materia. tamen vt aer succedit igni sic sunt incompossibiles in simul essendo. ¶ Contra hoc. videtur q non sit tantum vna mutatio in proposito: quia per illaz qua corpus vt hic succedit pani vt hic non desinit panis esse nisi vt hic. et per consequens non desinit esse simpliciter. ergo oportet dare aliam mutationem per quaz panis desinit esse simpliciter. ¶ Responsionem quere. inferius q. sequenti.

De secundo articulo dico. q sicut in conuerso sunt duo. scilicet materia et forma: ita in termino ad quem conuersionis. ponitur enim hic compositum primo conuerti in compositum. et ita in vtroq termino aliquid esse formale et aliquid materiale. Quid sit ergo formale in termino ad quem. dicitur q in natura humana christi nihil est nisi materia prima: et anima intellectiua. & pro hoc sunt quatuor rationes fundamentales. Prima est hec. Unius entis est vnuz esse. vnum esse est ab vna forma. ergo vnius entis est vna forma. ¶ Hoc confirmatur per illud phylosophi. vij. metaphysi. capitulo. de vnitate diffinitionis: vbi vult q genus nihil est preter eas que sunt generis species / et ibidem. finalis differentia / substantia erit rei: et diffinitio. & ibidem. non est ordo in substantia. quomodo enim oportet intelligere. hoc prius. illud vero posterius. Ex quibus omnibus accipitur q vnitas diffinitionis per hoc est q genus nihil est preter ea quorum est. et differentia que habet rationem formalis dicit totam substantiam rei. ergo non est ibi alia: et alia forma. quia tunc si a prima forma acciperetur genus et a secunda differentia: genus esset aliquid preter species saltem secundum esse quidditatiuum: nec esset differentia vltima tota substantia diffiniti. Esset etiam ordo in substantia rei secundum ordinem formarum. ¶ Ibidem etiam videtur dicere phylosophus q differentia posterior includit priorem. nam fixio pedis est quedam pedalitas: sed non includeret si ab alia: et alia forma sumeret. Hec ratio sumpta est ex vnitate per se. ¶ Secunda ratio ex differentia forme accidentalis ad formam substantialem sumitur. Forma enim substantialis dat esse simpliciter. accidentalis autem secundum quid. Ex hac sequitur alia differentia q forma accidentalis aduenit enti simpliciter. substantialis autem enti tantum in potentia. Tertia differentia est q substantie est generatio simpliciter: qr de potentia simpliciter ad esse

B
P
Th. 1. p. q. 76. ar. 3. & 4.
T. c. 43.

simpliciter:accidentis autē ſm quid:sed si forma sub-
stantialis posset sequi aliam formaz substantialem in
eodem:iste differentie non saluarentur.nam illa secū-
da non daret esse simpliciter:quia aduenirer enti in a-
ctu.et esset generatio secundum quid.⁊ vltimum medi
um.scilicet de generatione ponderatur specialiter. q̄a
T.c.8. secundum phl'm.v.physicorum generatio non est mo
tus propter duo media que ibi tangit. Primum ē. qđ
mouetur est:quod generatur non est. Secundum me
dium est.quod mouetur est in loco. ⁊ loquitur vtrobi-
q̄ accipiendo q̄ generatur pro subiecto generationis
ergo illud simpliciter non est nec habet formaz p̄ quā
potest esse in loco. Sed si poneretur forma prior saltē
per istam subiectum esset simpliciter ⁊ posset esse in lo-
co.ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio sumitur ex predicatiōe:q̄a
quando a diuersis formis accipitur predicatio. vel est
predicatio per accidens vtpote si forme non sunt per
se ordinate.vt homo est albus, vel si forme sint per se
ordinate est predicatio per se secundo modo.vt super-
ficiatum est coloratum.ergo si genus accipitur ab vna
forma ⁊ species accipitur ab alia.quod oportet dicere
ponendo plures formas in homine:sequitur q̄ predi-
catio alicuius generis de homine non erit predicatio
T.c.50. per se primo modo. ¶ Quarta ratio potest fieri ⁊ plꝰ
valet omnibus precedentibus. Pluralitas non est po-
nenda sine necessitate ex primo physico. Sed non est
necessarium ponere illas plures formas: quia perfe-
T.c.31. ctior continet in se imperfectiorem virtualiter sicut te
tragonum trigonum.ex secundo de anima.ergo super
Tho. pñti fluum est ponere illam aliam distinctam ab ista perfe-
di.ar.1.q.1. ctiori continente illam. ¶ Innitentes istis rationibꝰ
1.pte.sū.q. ⁊ conclusionem ipsarum tenentes ad propositum eas
76.artic.3. applicant. dicitur enim vno modo q̄ primus terminꝰ
⁊.4. conuersionis istius est compositum ex materia ⁊ ani-
Quē.her. ma intellectiua. non vt intellectiua nec vt cōstituit cō
q̄.2.q.10.⁊. positum quod est homo.sed vt dat esse corporeum ⁊ cō
q̄.4.q.10.⁊ constituit compositum quod est corpus.ipsa enim ea-
capreolus. dem anima ⁊ constituit in esse hominis ⁊ animalis et
corporis ⁊ substantie:⁊ hoc sine distinctione reali for-
me et forme:sed propter continentiam virtualem for-
me perfectioris.⁊ sicut potest aliquid primo agere per
animam vt dat esse corporeum.licet non agat eandem
actionem per animam vt dat esse intellectiuum:ita po
test terminare actionem sub tali ratione licet non sub
tali. ¶ Contra istud.si hostia consecrata a christo ī ce
na in pixide fuisset in triduo seruata permansisset ibi
eadem res primo contenta.illud autem in quod primo
fiebat conuersio nec fuit materia prima nec accidentia
nec compositum ex materia ⁊ accidente.ergo compo-
situm aliquod ex materia ⁊ forma substantiali.illud er
go permansisset in triduo:sed tunc non erat composi-
tum ex materia ⁊ anima intellectiua: quia christus ve
re fuit mortuus in cruce.⁊ ita anima intellectiua vere
fuit separata:sed non potest esse simul separata ⁊ vni-
ta eidem corpori.ex dist.x. ¶ Itez terminus istius cō
uersionis oportet q̄ sit reale ⁊ vt reale:quia conuersio
est realis. Sed anima intellectiua vt dat esse corporeū
distinguendo contra esse intellectiuum etiam secundū
aliquos istorum non est aliquid reale:sed tantuz quid
abstractum per actuz intellectus sicut commune ē ali-
Egi. the. quid preter singularia siue inferiores secundum eos:
28.29.⁊.30 ergo ista conuersio non potest esse in animam sub tali
ratiōe vt ī per se terminum conuersionis. ¶ Alius te
nens conclusionem eandem dicit q̄ materia habens
modum quantitatiuum est illud compositum in quod
fit conuersio panis.quantitas enim derelinquit in ma
teria modum extensiuum partium qui modus non est
aliquod accidens ipsi materie.⁊ tamen materia sub il-
lo modo est compositum in tantum etiam vt possit di-
ci corpus:vt ipse declarat. Ideo autem negat quanti-
tatem esse in p' se termino conuersionis:quia tunc non
esset transubstantiatio si requireret in per se termino
suo aliquod accidens.⁊ tunc etiam esset ibi quantitas
primo:quod ipsi negant ⁊ alii cōmuniter. ¶ Contra.
quero aut modus ille quantitatiuus est idem materie
precise sumpte:aut non.si sic:⁊ conuersio fit in mater-
iam sub isto modo.ergo fit conuersio totius panis in
materiam precise acceptam.⁊ per consequens non est
materia conuersa in materiam ⁊ forma in formam qđ
ipse negat. Si non.ergo vel ille modus quantitatiuus
nihil est.⁊ tunc conuersio fit in nihil.quia formalis ter
minus conuersionis est purum nihil:vel conuersio fit
precise in ipsam materiam ⁊ per cōsequens nō est ma-
teria conuersa in materiā ⁊ forma in formaz.⁊ tūc mł
tiplicantur verba sine fructu.aut aliquid aliud a mate
ria.⁊ tunc vel forma substantialis vel accidētalis. Si
substantialis ⁊ non anima intellectiua habetur propo
situm q̄ est alia forma substātialis in corpore christi.
Si accidentalis sequitur illud incōuenieēs qđ reditui
tare.s.q̄ in per se termino istius ꝯuersionis reqraꝛ ali-
qđ accn̄s. ¶ Itē nihil cātum a posteriori nāliter pōt
esse idē priori naturaꝉr.modus iste per te causaꝛ ⁊ dere-
linquiꝛ a quantitate que est posterior naturaliꝉ substā
tia mãe.ergo non pōt esse idē substātie mãe.maior p̄-
baꝛ.q̄a quod est idē realꝛ priori non dependet realꝛ ab
eo:sed posterius dependet realꝛ a priori. prius non de
pendet realiꝉ a posteriori.ergo nec istud qđ est idē sibi
realiter dependet a posteriori.seq̄tur.ergo dependet ⁊
non dependet. ¶ Adhuc maior istius manifestiꝰ ptz:
quia contradictio est.aliq̄d esse ⁊ non eē aliq̄d qđ ē idē
sibi:sed si istud non dependeret ab aliquo:⁊ illud qđ ē
idem sibi dependeret:posset illud esse sine illo. ¶ Pre
terea.aut illud corpus quod ponis primum terminuz
conuersionis est corpus mathematicum vel naturale
non enim distinxit phl's corpus in plura. Si mathe-
maticum.ergo includit actu q̄titatem ergo habeꝛ qđ
vitas. Si naturale.vel ergo est per formam substātia-
lem naturale vel per qualitatem. si p̄mo mō hꝛ p̄posi
tuz:quia illa forma non est aīa intellectiua. si secundo
mō ⁊ qualitas naturalis p̄supponit quātitatē. adhuc
habeꝛ p̄positū:q̄a p̄mus terminus conuersionis īclu
det materiam cū quātitate ⁊ qualitate.⁊ ita erit nō tm̄
ens per accidens:sed dupꝉr ens per accn̄s. ¶ Itē non
sunt efficaciora verba super sanguinem q̄z super cor-
pus:sed dicendo hic est calix sanguinis.non pōt fingi
terminus conuersionis esse sola materia sub mō quan
titatiuo:quia illud non est sanguis. Sanguis enim di
cit aliquā substātiā que generatur a nutrimēto assum-
pto.⁊ est p̄ximū ꝯuertēdū in carnē.non aūt gn̄aretur.
nec conuerteretur nisi haberet p̄priam formaz substā
tialem. ¶ Preterea.cum dicitur.hoc est corpus nō po
nitur aliquid distrahens a veritate carnis ⁊ ossis ⁊ hu
iusmodi:sed potius vt includit omnes partes eius qđ
est primo animabile:sed si diceretur. Hec est caro vel
os videretur fictio ponere terminum conuersionis es-
se tantum materiam sub modo quantitatiuo.ergo mł
to magis in proposito accipiendo corpus vt est quod
dam includens omnia ista.sicut hic accipitur.sic ergo
neuter modus tenens conclusionem negatiuam hanc
q̄ in corpore christi non est alia forma substātialis q̄z
intellectiua saluat sufficienter veritatem eucharistie.
sed nec saluat sufficienter vnitatem rei contente in eu-
charistia. scilicet vnitatem corporis christi. quia sicut
in existentia naturali:ita ⁊ in eucharia erat idem cor-
pus et mortuum et viuum.quod probatur per multas
auctoritates:quarum vna est Ambro. ⁊ poniꝛ de ꝯse.
dist.ij. Omnia quecunq̄.loquēs de eucharistia.quō ef
ficitur corpus xpi.idem inquiēs sane corpꝰ qđ de vir-

gine sumptum est: quod passum est ⁊ sepultum: qḋ re-
surrexit ⁊ in celum ascendit. ¶ Item dicit Leo papa
in sermone de ascensione domini. Non dubia fide: sed
certissima sciētia tenemus eam naturam in patris cō-
sessuram throno que iacuerat in sepulchro. ¶ Idē ha
betur ab August. in sermone de ascensione qui incipit
Omnia charissimi. ¶ Item Augu. de fide ad petruȝ.
Ca.17. Idem homo in vtero matris ⁊ pependit in cruce ⁊ ia-
cuit in sepulchro et resurrexit. sed non potest intelli-
gi hic ista idētitas nisi rōne partis que est corp⁹. Hoc
etiam vult Damas. lib. iij. cap. xxx. Nullam inquit par
tium nature deposuit. ¶ Item Greg. super illud Io
an. xx. Maria stabat ⁊c. Quod mouēdo in sepulchro
posuit: surgendo super angelos leuauit. Hoc etiaȝ ha
betur ab Augu. ad Felicianum. ⁊ habetur lib. iij. dist.
xxj. Illam carnem in sepulchro non deseruit quam in
vtero formauit. Hoc etiam confirmatur per Innocē-
tium. extra de celebratione missarum. In quadaȝ. De
latere saluatoris fluxit sanguis ⁊ aqua: in quibus in-
stituta sunt duo principalia sacramenta: baptismus et
eucharistia. ergo eucharistia vt ibi innuitur. ⁊ habet si
gnificationem illius sanguinis fusi de latere. ⁊ hȝ effi
caciam virtute illius sanguinis: sed non significat san
guinem: nisi qui est pars corporis: nec habet efficaciā
nisi ī virtute effusi sanguinis de corpore christi. ergo il
lud corpus de quo fusus fuit sanguis ille fuit corpus
christi. Sed de corpore mortuo fusus fuit. quia Ioan.
xix. dicitur ꝙ eo iam mortuo vnus militum latus ei⁹
aperuit. Cum viderent inquit Iesum iam mortuum:
ergo illud corpus iam mortuum fuit idem cum corpo
re christi viuentis. ¶ Item Hieronymus super illud
Ione. ij. Et subleuabis de corruptione. dicit. Illud ip
sum corpus ⁊ eandem carnem resurgere que humo cō
Hē. q̊. 3. q. dita fuerat. ¶ Alij concedentes cōclusionem ad quā
6. 8 15. 2. 16 adducte sūt iste auctoritates dicūt ꝙ quatuor ratiōes
⁊. q̊. 2. q. 2 ⁊ adducte ꝓ cōclusione negatiua concludunt de quoli-
3. ⁊. q̊. 4. q. bet quod ꝓducit̄ ab vno ⁊ eodem agente. non autē cō
13. ⁊. i. 4. in cludunt de homine. quia ꝓducitur a duobus agenti-
fi. ⁊. q̊. 6. q. bus ⁊ duobus mutationibus. corpus enim ꝓducitur
14. ⁊. q̊. 9. q a ꝓpagante. aīa autem creante. xvj. de aīalibus dicit̄.
8. ⁊. q̊. 10. q. Solus intellectus est ab extra. ¶ Et iste due ꝯclusio
5. ⁊. q̊. 12. q. nes. s. ꝓma ꝙ ille rōnes concludant ibi. ⁊ non conclu-
10. dant hic. que est secunda ꝓbantur ꝓma sic. Omē qḋ est
t. c. 4. ⁊ iij. ideo est: q̄a vnum nūero est. Boetius lib. de vnitate ⁊
vno. ergo ad quālibet vnā rem naturalem est vna mu-
tatio numero. Sed mutatio distinguit̄ specie numero
⁊ gñe per formā terminantem. ex. v. physi. ergo vnius
mutationis, qua ꝓducitur vna res naturalis, est vna
forma numero terminans. ¶ Si dicat̄ ꝙ in genera-
tione vnius entis sunt multe generationes ꝑtiales. et
ille sunt ad diuersas formas tanꝗ̄ ad ꝓprios termīos
Cōmē. 11. ¶ Contra. aut iste plures forme educunt̄ de vna po-
⁊ circiter. tentia materie aut de diuersis. non de vna. q̄a ꝛm com
mētatorē. xij. meta. nūerus potentiarū in mā est ꝛm nu
merū specierū. ⁊ ita ille due forme quibus esset vna po-
tentia essent eiusdem speciei: sed tales duas est impos
sibile simul esse in eodem. ¶ Et preterea tunc ille per
ficerent materiam secundum eandem potentiaȝ. ⁊ tūc
T. c. 10. duo actus essent vnius potentie. quod vr̄ eē ꝯtra phl'z
iij. phy. vbi vult ꝙ potentie distinguant̄ sicut act⁹: q̄a
si posse sanari ⁊ posse egrotari essent idem. sanari et e-
grotari essent idem. Nec potest dici ꝙ ille forme edu-
cantur de diuersis potentijs materie. quia cum ille po
tentie inessent materie sine ordine nature sequeret̄: ꝙ
⁊ forme ille sine ordine essent perficiētes materiā istā.
quod est impossibile: tunc etiam sequeretur ꝙ materia
vt est terminus a quo generationis plures mutatiōes
includentis esset ens per accidens: quia habens plu'es
potentias: sed de ente per accidens non generatur ni-
si ens per accidens. ergo generatum non esset vnuȝ ni
si per accidens. ¶ Item omnes ille rationes conclu-
dunt ex per se ratione forme substantialis. ipsa enim ꝑ
se constituit ens in actu simpliciter. ¶ Et si respōdea
tur per esse completum ⁊ incompletum. hoc improbat̄
quia non esset via distinguendi formam substantialeȝ
ab accidentali: quantūcunqȝ enim esset forma talis vl'
talis posset euadi dicendo illam que est substantialis:
esse accidentalem ⁊ econuerso. per completum ⁊ incō-
pletum. ¶ Ex hoc potest formari ratio sic. Illa posi-
tio est irrationalis que excludit distinctionem substan
tie ab accidente. hec ē huiusmodi: quia per istam nō po
test concludi aliquam esse formam accidentalē ꝑ hoc:
ꝙ aduenit enti in actu: quia per te illud fuit in actu in-
completo. ⁊ ita dicam (si forma accidentalis aduene-
niat) ꝙ preexistens sit in actu incompleto. ¶ Secun
da conclusio. s. ꝙ in homine non concludant: sed ꝙ op
positum sit ibi verum probatur sic. Omne per se agēs
habet aliquem ꝓprium terminum sue actionis. ⁊ ꝑ cō
sequens vbi sunt diuersa agentia ⁊ diuerse actiones:
non potest esse forma eadem per se terminans Et hoc
confirmatur per phl'm. v. phy. vbi vult ꝙ nō potest ea-
dem sanitas redire propter diuersitatem actionis: ad T. ca. 38. ⁊
hanc ⁊ ad illam sanitatem: sed agens increatuȝ per se circiter.
agit ad gñationē hominis: quia infundit aīam intelle
ctiuam. ⁊ agens creatum per se agit ad eius generatio
nem alterando corrumpendo ⁊ transmutando. alioq̄n
non magis esset bos pater bouis ꝗ̄ asinus. nisi quia ꝑ
actionem bouis de semine bouis generatur bos. ⁊ ita
in homine. ¶ Et confirmatur ratio. quia si idem est ꝑ
se terminus vtriusqȝ agētis aut idem compositum aut
eadem forma. Si primum detur. ergo homo est crea-
tus: quia est per se terminus creationis. si forma. ergo
homo non est per se a propagāte: quia per se est termi
nus creationis. vtrumqȝ est inconueniens. ¶ Addit
iste iuxta primam rationem suam ꝙ ad duas formas
eductas de potentia materie sunt potētie distincte. Sȝ
ad duas formas quarum altera educitur de potentia
materie altera causatur non sunt due habilitates: vel
potentie. ⁊ ideo magis est vna generatio ad duas for-
mas secundo modo ꝗ̄ primo modo. ¶ Addit etiam
ꝙ illa forma que potest dare esse materie naturalit̄ se-
orsum sine altera nata est constituere suppositum. ⁊ iō
omnis forma superueniens illi est accidēs: sed forma
non nata dare per se esse sine alia non est nata cōstitue
re suppositum nisi miraculose. ⁊ ad propositū forma
mixtionis non est nata perficere nisi dum anima itel-
lectiua perficit. ⁊ ideo nata est separari a materia quā
do anima desinit informare: ⁊ ideo miraculum est ꝙ
forma mixtionis manet in materia sine intellectiua:
nec anima aduenient illi est accidens: quia illa prima
non est nata constituere suppositum nisi miraculose.
¶ Addit etiam ꝙ eadem materia ē proprium perfe-
ctibile ipsius mixtionis ⁊ anime intellectiue: non au-
tem forma prior. s. mixtionis constituit proprium rece
ptiuum anime. tunc enim anima aduenire enti ī actu.
⁊ tunc non esset forma substantialis. ¶ Addit quarto
ꝙ intellectiua continet in se vegetatiuam ⁊ sensitiuaȝ
Illa autem forma mixtionis continet virtualiter om-
nes formas que possunt esse seorsum in alijs formis
corporeis. Ideo auteȝ intellectiua non continet istam
formam mixtionis: quia impermixta est ⁊ inextensa.
⁊ ideo continet illas que possunt tali modo habere es-
se: forma autem mixtionis continet omnes alias extē
sas vel extensibiles. ⁊ ideo ille due sufficiunt in homi-
ne. ¶ Contra conclusionē arguit̄ ex isto quarto ⁊ vl
timo addito sic. Vegetatiua in planta ꝯtinet ī se formā
corporeitatis: ⁊ sensitiua in boue continet vegetatiuā
et corporeitateȝ. alioquin oporteret in illis ponere plu

res formas quod ipse negat: tunc accipio istam propositionem. Quicquid continet perfecte ⁊ formaliter aliquam formam continentem formaliter aliam formã continet etiam illam aliam. sed intellectiua continet perfecte ⁊ formaliter vegetatiuam ⁊ sensitiuam per te ⁊ non sub ratione destruente rationem vegetatiue ⁊ sẽsitiue. sed sub ratione perfectiori q̃ ille forme habeantur sine intellectiua. ergo intellectiua continet perfecte istam formam quam sensitiua ⁊ vegetatiua continent: sine ratiõe ergo videtur dictum ꝙ sensitiua ĩ bruto continet formam corporeitatis ⁊ vegetatiua in pla[n]ta. ⁊ tamen ꝙ sensitiua ⁊ vegetatiua vt contente in intellectiua ⁊ modo perfectiori non contineant eandem formam. ¶ Si dicas continentur in intellectiua modo inextenso. ideo non continet formam corporeitatis que est extensibilis. ¶ Contra. aut sensitiue ⁊ vegetatiue modus inextensibilis repugnat: aut modus extẽsibilis. aut nec sic. nec sic. si primo mõ: ergo non continentur in intellectiua. si secundo modo: ergo nõ continẽt formam corporeitatis. Si vero detur tertium mẽbrũ scilicet ꝙ neqꝫ sic neqꝫ sic. tunc indifferenter poterunt continere formam corporeitatis vt sunt in se vel vt cõtente in intellectiua. tunc enim continent corporeitatẽ propter ordinem perfectionis forme ad formam: non autem propter modum existendi talem vel talem: sed ordo perfectiõis semper est idem. ¶ Item manifestius videtur (exclusa fide) ꝙ possit cõcludi in alijs viuis forma mixtionis differre ab anima q̃ in homine de anima intellectiua. ⁊ hoc probatur. quia non potest eẽ regulariter idem effectus a quibuscunqꝫ et quantuncunqꝫ diuersis agentibus. sed a quocunqꝫ ⁊ qualitercũqꝫ corrumpatur corpus viuum: dum tamen non statim resoluatur in elementa. semper producitur cadauer idẽ: et eiusdem rationis. patet ad sensum: sed idem nõ potest esse terminus proprius actionis huius et illius agentis. ergo non est nouum productum per actionem corruptiuam ipsius animati: sed est derelictũ. ¶ Apparet istud in speciali si bos per cultellum, submersionem, vel interfectionem, vel alijs modis corrumpatur semper derelinquitur idem cadauer ⁊ eiusdem ratiõis, corrumpentia autem hec ⁊ illa non sunt nata inducere eandem formam: ⁊ hoc statim absqꝫ omni alteratione preuia. immo si deberet eadem talis forma induci: ⁊ ab eodem agẽte adhuc videtur vniformis alteratio necessaria preuia: sed hec quãtumcunqꝫ difformis alteratio precedat ⁊ ab alio ⁊ alio agente semper sequitur idem terminus. ¶ Contra secũdum additum: scilicet de forma perficiente naturaliter seorsum sumpta arguitur sic. Omne agens quod potest sufficienter in actionem suam sine actione alterius, ⁊ in terminum actionis, potest informare passum illa forma sine actione alterius. sed agens naturale potest cum communi ĩfluentia, sine speciali actione diuina, in actionem suam ⁊ in terminum actionis, qui est forma mixtionis: quod enim tunc in eodem instanti deus creat animam hoc non est prius naturaliter q̃ propagans ĩducat formã mixtionis. immo est posterius naturaliter sicut forma ad quam est dispositio sequitur dispositionem. Nec necessario simpliciter deus creat animam. immo mere cõtingenter. ergo agens illud potest informare suum passum per istam formam mixtionis absqꝫ actione dei. et per consequens nulla contradictio est respectu agentis creati. ꝙ forma mixtionis informet absqꝫ anima ĩtellectiua. non ergo est miraculum.

¶ Contra tertium additũ de proprio perfectibili anime intellectiue arguitur dupliciter. Primo sic. Proprium perfectibile ab agente sufficiente potest perfici propria perfectione, circunscripto quocunqꝫ agente alio et perfectione alia, maxime ab agente non dependẽte in agendo ab actione alicuius alterius agentis. ergo si materia prima sit primum et proprium perfectibile anime intellectiue poterit a deo agente: qui in agendo non dependet ab aliquo creato: informari anima intellectiua absqꝫ actione agentis creati et terminio eius. ⁊ ita sine omni forma mixtionis posset immediate intellectiua perficere materiam. hoc videtur inconueniens: quia tale compositum non videretur esse homo: cum non haberet illud quod est de essentia hominis, nec esset non homo: quia haberet illud quo formaliter homo est homo. ¶ Secundo sic. ex duobus actibus quorum vnus non est potentia respectu alterius: non potest fieri per se vnum. vij. metaphysi. capitu. penultimo et. viij. capitu. vlti. Quia ibi vterqꝫ illorum actuum manet actus simpliciter respectu alterius: ⁊ ex duobus actibus in se ⁊ inter se non fit per se vnum. sed per te forma mixti et anima intellectiua sunt duo actus et neuter potentialis respectu alterius: sic ꝙ neuter est ratio recipiendi alterum. ergo non fit per se vnum ex eis. ¶ Si dicas immo: quia eadem materia recipiet ea. hoc nihil ad. b. quia per se vnitas alicuius entis ẽ ex actu non ex potentia ex capitulis preallegatis. T.cõ.49. ⁊ inde. T.c.15.

¶ Contra rationem istius opinionis inquantum cõcordat cum precedente opinione contra illam diuisionem aut vna mutatione aut pluribus arguitur sic. Aut sufficit ad vnitatem compositi geniti ꝙ due sint mutationes ordinate ad duas formas ordinatas: vel requiritur tantum esse vna mutatio. Si secundo modo tunc a quibuscunqꝫ agentibus sint plures mutationes licet ordinate: tamen genitum non erit vnum. Et tunc homo secundum opinionem istam non erit vnus. Si aũt primũ sufficit: tũc licet ille plures mutationes: sint ab vno agente: non minus productum poterit esse vnũ q̃ si ille mutationes sint a diuersis agentibus. immo ceteris paribus videtur ꝙ magis sufficiat vnũ agens q̃ plura agentia.

vno ⁊ sepabile in alio: erit debile fundamentum: ⁊ istud
non negatur de calore in igne et in ligno.

Ad argumenra principalia.

¶ Ad pri
mum dico ꝙ accipiendo per se esse ⁊ esse in alio vnifor
P miter. scilicet prout per se esse negat aptitudinem ad ĩ=
herendum: ⁊ esse in alio affirmat illam aptitudinem: sic
ista duo proportionaliter conueniunt. primum substã=
tie: et secundum accidenti: et tunc non plus sequitur:
nisi ꝙ accidens non possit esse ens per se cui repugnet
inherere. sicut nec substantia potest esse ens cui conue=
niat aptitudo inherendi. ⁊ velis accipere vtrũq; actua
liter. scilicet actualiter esse per se ⁊ actualiter esse in alio
dico ꝙ vt sic non diuidunt nec sunt propria istis diui=
dentibus. scilicet substantie ⁊ accidenti. nec mirum: q̃a
ex parte illius per se primus intellectus infert secun=
dum. Repugnantia enim ad inesse infert non inesse.
Sed ex alia parte non sic. sed est fallacia consequentis
est aptum inesse. ergo inest. Et si queras de ista aptitu=
dine inherendi vel inaptitudine quid sit et qualiter se
habeat ad albedinem. an scilicet insit sibi. ⁊ an per ali=
am inherentiam ⁊ sic in infinitum. ¶ Si etiam queras
de quantitate vel etiam albedine per se existẽte an ha=
beat oppositum modum essendi illi quem habet quan
do est in alio. Et videtur ꝙ sic: quia per se et in alio q̊=
modocunq; accipiantur sunt opposita inter se. ¶ Sed
oppositum videtur. quia idem esse est vt dictum est pri
us ⁊ per consequens idem mod⁹ ipsius esse. ¶ Si ter
tio queratur an istud accidens ex sua aptitudine possit
actualiter inesse si fieret substantia in actu que est nata
informari eo. ¶ Ad primum aptitudo nihil aliud ab
Q solutum est a natura illius cuius est aptitudo: ꝙ non
aliud absolutum patet: sed nec aliud, vt respectus ali=
quis realis actualis: nihil enim dicit nisi ꝙ nature cõ=
grueret tale quid. ideo autem competit isti nature seu
non repugnat: quia hec natura est hec natura. ¶ Ad
secundum dico ꝙ modi essendi possunt intelligi vel ꝙ
variãt ipsum esse: vel ꝙ ponant aliquam diuersitatem
posteriorem ipso eẽ. primo modo sicut est idem esse ac
cidentis in pane ⁊ sine pane: ita idem modus essendi:
secundo modo variatur: quia esse illud in pane fuit sub
iectum cuiusdam respectus realis ad panem: quando
autem est per se priuatur illo respectu. ⁊ per hoc patet
ꝙ dicunt diuersum modum circa esse ponẽdo respectũ
ad aliud ⁊ priuando. ¶ Ad tertium patet ex illo quar
to dubio prius soluto. quia accidens non potest se vni
re effectiue subiecto. vnde si deus reduceret substanti=
am panis: ⁊ nihil aliud faceret: remaneret accidens si
ne subiecto: sicut modo. nec vniretur substantie panis
tanq̃ forma per virtutem illius accidẽtis dico effecti=
ue. Et si arguas. miraculum est ꝙ nõ inest. ergo cessan
te impedimento inherentie. s. non existẽtia subiecti ces
sabit miraculum ⁊ totaliter inerit. ¶ Respondeo ali=
quid positum in esse miraculose pmanet ĩ illo esse quo
usq; ab aliquo agente transmutetur. ¶ Ad secundum R
dico ꝙ prius et posterius possunt intelligi vel actuali=
ter vel secundum aptitudinem: si accipias vniformiter
concedo ꝙ posterius naturaliter nõ potest eẽ sine pio=
ri: sed si accipias ꝙ posterius secundum aptitudinem
non potest esse sine priori actualiter: nego. quod enim
est prius aptitudinaliter si non sit non est prius, si etiã
sit et tollatur dependentia posterioris ad ipsum p ali=
quid aliud prius vtroq;: nec sic est actu pri⁹. ⁊ hoc mo
do est in proposito. vnde dico ꝙ istud accidens nõ est
actualiter posterius ad substantiam panis: sed tantum
aptum natum esse posterius ad illud tanq̃ ad aptitu=
dinaliter prius. ¶ Et si arguas: nullum respectũ spe
cialem posterioris habet ad deum quem prius nõ ha=
buit. ergo non magis suppletur per actionem diuinam
illa prioritas panis nunc q̃ prius. ⁊ istud posset esse ob
iectio contra tertiam conclusionem principalem ⁊ cõ=
tra pbationem eius: quomodo causa pma extrinseca
possit supplere causalitatem cuiuscunq; alterius cau=
se extrinsece: cum non possit habere in se prioritatem
cause secunde. nec per cõsequẽs videtur terminare po
sterioritatem in causato correspõdentem pprie illi pio
ritati. ¶ Respondeo, vnica prioritas illimitata po=
test terminare posterius simplr. ¶ Cõtra. Non aliter
terminat nunc q̃ prius: sed non terminauit totalit pi=
us. ¶ Respon. aliqui respectus erãt prius in posterio Optima respon
ri, quod est fundamentum, qui modo non sunt: ⁊ hoc ẽ
possibile: quia erant extrinsecus aduenientes isti fun=
damento. illi ergo respectus prius erant terminati: et
modo non sunt terminati. concedo: quia nec sunt: sed
vnicus respectus, q̇ pius fuit terminatus ad simplr p̊
mum, est mõ terminatus: ⁊ terminatio illius vni⁹ suf=
ficit ad esse fundamenti talis respectus. ¶ Contra. q̃
illis aliis dependẽtiis nõ dependebat prius fundamẽ
tum essentialr: q̃a sine terminis illarum dependentia=
rum primus respectus eius ad simplicit pmũ sufficie
bat ⁊ totalit sufficiebat ad eẽ fundamẽti totalis. Nõ
aũt hz q̇cq̇d req̇rit ad sui esse ĩ piori signo: ĩ scdo signo
nõ depẽdet ad aliq̇d eẽntialr. ¶ Rñ. ista deductio bñ
videt, tãgere ordinẽ causarũ scdarũ ⁊ necessitatẽ illius
ordĩs ppt quẽ ordinẽ dictũ est phlin negare possibili=
tatẽ sepatiõis ĩ pposito: vl si ille ordo nõ est necessari⁹
est difficile videre quõ cã scda est cã effect⁹ cum illud
nõ sit cã sine quo ab alio prius naturalr causatũ, hz to S
talit esse. de hoc q̃re lib. ĩj. dist. j. q. j. ¶ Ad tertiũ de dif ⁊. li. 1, di. 2.
finitiõe rñsum est rñdẽdo ad dubia mota ꝯtra tertiam
ꝯclõnẽ. ¶ Restat tñ ibi vnũ dbũ: q̃a pbat ꝙ illud qd
cadit in diffõne necessario req̇rit ad eẽ eius sicut corre
latiuũ ad esse correlatiui. ¶ Rñ. hoc ideo est: q̃a istud
est relatiuũ, nec est alia rõ q̃re necessario req̇rit termi=

num. non enim quia accidens. immo si esset relatio: et non accidēs sicut relatio in diuinis adhuc requireret terminum. Sed illud diffinitum de quo loquimur est absolutum: ideo non requirit additum: sicut respect⁹ terminum: sed sicut causam aliquam extrinsecam: ꝛ q̄libet talis non necessario requiritur preter primam.

T. ꝺ substā. ¶ Ad quartum dico. ꝙ album potest intelligi dupliciter. vno modo vt importat formam talem sub tali modo significandi. ꝛ hoc per se significat. vnde ſm ph̄lm in predicamentis. album solam qualitatem significat quod verum est. tamen sub alio modo sign̄di ꝗ̄ albedo. Alio autem modo vt cōmuniter accipimus per album et hm̄ōi concreta totum compositū ex subiecto ꝛ forma. Si primo modo argumentum habet maiorem euidentiam. Nam de secundo modo patet ꝙ non opꝫ si albedo est ꝙ album sit. Sed de primo modo dico: ꝙ de virtute sermonis nec oporteret tunc concedere ꝙ si albedo est ꝙ album sit: quia ꝛ si forma sit que apta nata est inherere subiecto: non oportet ꝙ ipsa sit sub tali modo essendi. s. sub actuali inherentia ad subiectum: album autem significat ipsam sub tali ratione actualiter inherentis. ¶ Et si obijcias ꝙ nomē tam adiectiuum ꝗ̄ substantiuum abstrahit a tempore. ergo albuꝫ non significat actualem inherentiam forme ad subiectum: quia tunc consignificaret temp⁹ presens. ¶ Respondeo tunc concederetur ꝙ sicut albedo est ita ꝛ album est: nec sequeretur. ergo aliquid tanꝗ̄ subiectum est album. quia nec in antecedente hoc ponitur neqꝫ ꝑ significatum: nec per modum significandi. istud faciliꝰ concederetur de quantitate: sicut enim conceditur hic quantitatem esse: ita ꝛ quantum esse: nec tñ ꝯcedit̄ hic aliquā substantiā ꝑfici quantitate.

Questio Secunda.

AD secundum sic proceditur: ꝛ arguitur ꝙ in eucharistia quodcūqꝫ accidens sit sine subiecto ꝑmo sic. quodlibet
T.c.4. accidens est ibi sine substātia: ergo sine subiecto añs pꝫ ex ꝑcedenti. q. probatio ꝯñtie. ꝑmo sic. vij. meta. Substantia est primuꝫ oīm rōne. quod probat. q̄a necesse est in cuiuscunqꝫ rōne substantie rōnē esse: non aūt cadit substantia in ratione cuiuscunqꝫ nisi vt additū: alioq̄n illud nō esset ens ꝑ se: in cuius rōne cadit qꝺ est contra Aristo. v. metha. c. de ente. non autem cadit
T.c.14. vt additū nisi vt subiectum. ¶ Hoc confirmatur quia qñ accñtia sunt in substātia. substātia terminat dependentiā cuiuscunqꝫ accñtis: sꝫ nō terminat nisi vt subie
T.c.14. ctū: ꝗ ꝛc. ¶ Itē nullū accñs ē subiectū alicui⁹ accñtꝭ in eucharistia. ꝗ quodlibꝫ ē ibi sine subiecto. ꝯña pꝫ: qꝛ nō ē ibi substātia. Añs ꝓbo. ꝑmo. qꝛ. ꝑ ph̄lm. iiij. metaphy. accñs inq̄t nō accidit accñti nisi qꝛ ābo accidunt eidē subiecto. nihil. n. hoc illi magꝭ ꝗ̄ illꝺ accidit huic. ¶ Scꝺo rōe: tū sic qꝛ substātie ꝯuenit ꝑ se eē. ita accidēti inherere. ꝗ sicut repugnat substantie inherere: ita accñti ꝑ se eē vel substare. tū q̄a qꝺ terminat depēdētiam aliquā nō depēdet depēdētia eiusdē rōnis: sꝫ omē accñs depēdet depēdētia ad subiectū. ꝗ nullū determinat hāc depēdētiā. ¶ Itē aliqꝺ accñs est ibi sine subiecto. ꝗ quodlibet pōt eē. añs patet: q̄a accñs qꝺ ꝑmo natū est ĩesse substātie nō hꝫ ibi subiectū: qꝛ nō ē substātia ibi. ꝯñtia ꝓbat̄. tū q̄a qꝺlibet accñs eq̄ eēn tialr̄ depēdet a subiecto. tū q̄a in depēdētijs necīīs vel eēntialib⁹ est magis necīīa depēdētiā ad ꝑmū. pꝫ ĩ causis q̄a depēdētiā ad ꝑmā cām ē simpl̄r necessaria: ꝗ magis est necessaria depēdētiā ad substātiā ꝗ̄ ad qꝺcūqꝫ accidens. Si ꝗ aliqꝺ pōt esse accidēs sine dependētia ad substantiam: ergo quodlibet poterit esse sine depēdentia ad quodlibet subiectum. ¶ Item quarto. magis videtur repugnare accidēti relatiuo seu respectiui esse sine subiecto ꝗ̄ cuicunqꝫ alteri, sed istud potest eē sine subiecto. ergo quodcunqꝫ aliud. probatio minoris. q̄a si repugnaret. aut ergo vnde accidens. aut vnde relatio: non vnde accidens: quia tunc repugnaret cuilibet accidenti. nec vnde relatio: quia tūc repugnaret relationi diuine: quod falsum est: quia nō est in subiecto et probatur: quia illa est infinita: ꝛ infinitum est per se ens. ¶ Prima ꝓpositio ꝓbatur. qꝛ illa est essentia diuina. ꝛ ita infinita. ¶ Scꝺa ꝓbat̄: q̄a ꝯditiones simpliciter perfecte entis ſm ꝙ ens conueniunt eideꝫ ita ꝙ vna aliā infert. sicut necessitas infert actualitateꝫ et infinitas necessitatē: ꝛ sic de alijs. ergo illud quod habet infinitatem habet etiā per se esse que est cōditio nobilis in ente. ¶ Oppositum vr̄ per se manifestū: quia tunc oporteret dicere ꝙ in eucharistia quilibet motus possibilis ibi esset sine mobili. sequeret̄ etiā aliud ꝙ respectus esset ibi sine fundamento. ē. n. ibi equalitas huius ꝗ̄titatis ad aliā ꝗ̄titatem tantam. est ibi etiam similitudo istius qualitatis ad aliam qualitatem eiusdē spēi: ꝛ est circunscriptio passiua siue locatio huius dimensionis contente a ꝯtinēte: nec equalitas ꝑ te est in ꝗ̄titate: nec silitudo in albedine nec circūscriptio i ꝗ̄titate. ꝛ ꝑ ꝯñs iste relationes essent ꝛ nō in aliquo fundamento. Si ꝯñs non statim apparet inconueniēs: ꝓbat̄ inconueniens per hoc: quia nihil dicitur formalit̄ tale nisi per aliquam formam sibi inherentem formaliter. hec autem quātitas dicitur formaliter equalis et hec qualitas similis: ꝛ hec dimensio locata. ergo illud a quo denominatur subiectuꝫ inest subiecto vt forma.

Hic sunt due opiniōes extreme. Vna que ponit [illegible] solā ꝗ̄titatē in eucharistia esse ꝛ posse esse sine subiecto: ꝓ qua facit quatuor rōnes ꝑma est ista. — Egidi. theo. 36. 37. 38. 39.
Sola ꝗ̄titas indiuiduat̄ ꝑ se ꝛ oīa alia accidētia ꝑ ꝗ̄titatē. ꝗ si aliqꝺ accñs esset ꝛ non in ꝗ̄titate esset hoc: ꝛ nō esset hoc. ¶ Itē si esset albedo separata a ꝗ̄titate esset sensibilis ꝛ nō sensibilis: ꝙ autē sensibilis ꝓbo q̄a esset per se de tertia specie qualitatis. Qꝭ autē insensibilis ꝓbat̄. q̄a nō ꝗ̄tū nō pōt sentiri: ꝛ hoc si neget̄ ꝓbat̄. q̄a ſm ph̄lm de sensu ꝛ sensato. si sensibile diuideretur in infinitū ꝑtus sensitiua diuideretur in infinitum: — Cap. 7.
hec ꝯña non valet nisi ſm diminutionē sensibilis oporteret crescere virtutem sensitiuā. ergo si improportiōaliter est aliquod sensibile minus: sensus cresceret improportionaliter: sed sensibile indiuisibile est minus improportionaliter (vt ita loquor) quocunqꝫ sensibili quanto. ergo virtus sensitiua aliqua poterit esse improportionabilr̄ maior quacunqꝫ alia. consequens est falsum. ergo ꝛc. ¶ Item si albedo esset sine quantitate esset qualitas spiritualis: quia indiuisibilis: et esset qualitas corporalis. quia in tertia specie qualitatis: ꝛ ita spiritualis ꝛ non spiritualis. ¶ Itē quarto sic. Si albedo est sine quantitate: ꝛ per consequens spiritualis non esset repugnantia quin inesset spiritui ꝛ sic spiritus posset esse albus. ¶ Rationes autem iste non ꝓbant intentum prima non: quia nullum ēns est singulare formaliter per aliquid alterius generis. sicut enim in quolibet genere est inuenire supremum in coordiatione illius generis: ꝛ omnia media genera ꝛ species: ita est inuenire aliquod infimum per se in illa coordiatione de quo omnia predicantur et ipsum non de alio. — vt iq̄t ar. 1. post. t. c. 35.
Qualitas ergo etiam quando est in quantitate non ē hec per quantitatem formaliter. ergo si est causa. ē causa extrinseca singularitatis ipsius qualitatis: ꝛ qualitas potest esse singularis sine causa ista extrinseca: de

hoc amplius habetur lib.ij.distinc.iij.in questionibus de indiuiduatione. ¶ Secunda ratio de sensibili ⁊ in
B sensibili non concludit: sensibile enim potest dici quod vel est in potentia remota vt sentiatur: vel quod est in potentia propinqua. In potentia remota est quicquid habet formam sufficientem: non tamen sub modo conuenienti sub quo oportet eam habere ad hoc ꝙ sentiatur. in potentia propinqua est quod habet eam vt statim cessante impedimẽto possit sequi actus. Ista distinctio declarata est. primo libro distinctione septima. De potentia generandi: et probata per auctoritatem
T.c.7. phylosophi. v. ⁊ ix. metaphysice. Patet etiam per An
T.c.10. selmum. de libero arbitrio ca. iiij. Ubi vult ꝙ nullã potentiam habemus in nobis q̃ sola sufficiat ad actum: sicut exemplificat de visu qui non sufficit ad actum videndi sine obiecto ⁊ medio illuminato ⁊c. hoc mõ albedo separata esset sensibilis accipiẽdo sensibile ĩ potentia remota. quia etiam forma que secundum se esset motiua sensus: licet non sub illo modo essendi: ⁊ ppt hoc non esset sensibile potentia propinqua, nec propt hoc est aliqua contradictio: sicut nec esset si argueres de diuisibili ⁊ indiuisibili. illa enim albedo esset diuisibilis potentia remota: quia posset esse in q̃to ⁊ tunc esset in potentia propinqua ad diuidendum sed non esset diuisibilis potentia propinqua q̃diu esset sine quantitate. ¶ Et cum arguis. si esset sensibilis. ergo sens9 ille improportionaliter excederet omnem alium sensum. ¶ Respondeo ꝯsequentia valeret si esset sensibile alicui sensui in potentia propinqua. tunc enim ille sensus esset perfectior omni alio sensu secundum illam pportionem ẽm quam istud sensibile deficeret ab aliis sensibilibus. Sed licet concedam ꝙ sit sensibile potentia remota: nullo tamẽ modo est sensibile alicui sensui in potentia propinqua. ⁊ ideo non oportet aliquẽ sensum posse ipsam sentire sub isto modo essendi nec per consequens excedere improportiõaliter alios sensus. hic. n. tantum seq̃retur si esset sensibile in potentia propiqua, quia sic arguit ibi phylosophus de obiecto sensibili. ¶ Ad tertium dico ꝙ esset simpliciter qualitas corporalis. quia esset apta nata simpliciter perficere corpus: secundum quid autem in corporea: quia non actu ens in corpore: sicut substantia corporea: licet esset sine q̃titate adhuc esset corporea: q̃a esset apta nata esse sub
Uide var. vbi. s. hic. quantitate angelus autem non sic est etiam indiuisibilis actu: diuisibilis autem potentia remota vel aptitu
C dine: vt dictum est. ¶ Ad quartum non habet apparentiam: quia sicut lapis non potest esse sapiens: quia nullo modo habet rõnem receptiui respectu sapientie. sic angelus nõ põt esse albus: qꝛ nullo modo susceptiuus est forme huius siue ista forma poneretur diuisibilis siue non. Nunc quidez est duplex ratio quare nõ potest esse albus. vna est extensio in ipsa forma ⁊ inextensio angeli. alia ratio. quia hec forma est hec forma ⁊ angelus est angelus: ⁊ secunda ratio est essentialis ratio impossibilitatis. prima nõ. ergo prima ablata ẽ possibilitas. nulla est consequẽtia. ¶ Contra opinionez etiam istam primam quantum ad conclusionem eius. primo arguitur sic. Dependentia ad primum est essentialior q̃ ad aliquod posterius loquendo de absolutis dependentibus ⁊ terminantibus dependentias: qualitas est forma absoluta sicut quantitas. ergo essentialius dependet qualitas a substantia q̃ a quantitate. Si ergo potest esse qualitas sine dependentia actuali ad substantiam poterit esse sine dependẽtia actuali ad q̃titatem. ¶ Item absoluto et perfectiori non mag; repugnat per se eẽ q̃ absoluto ⁊ imperfectiori. qualitas est forma absoluta etiam secundum eos: et perfectior q̃ quantitas. ergo ⁊c. ¶ Probatio minoris quantum ad secũdam partem: primo quia qualitas est per se pri

cipium agendi actionem realem. patet. ⁊ ipsi concedũt quantitas nõ: quia nulla actio realis: vt hic loquimur conuenit quantitati. ¶ Secundo. quia secundum ordinem substantiarum attenditur ordo qualitatuz. substantiis enim nobilioribus correspondent qualitates nobiliores: non autem sic correspondet ordo quãtitatum. non enim semper nobilior substantia est maior in quantitate. maxima enim corpora in genere corruptibilium sunt elementa: et tamen sunt imperfectissima
illud autez videtur perfectius quod proportionaliter correspondet in sua perfectione perfectiori. ¶ Tertio D
quia per qualitates substantie perfecte consequuntur fines suos: vel enim actus beatificus est qualitas de q̃ tactum est primo lib. distinct. iij. vel si non: saltem secũdum communem opinionem ad beatitudinem requiruntur alique forme supernaturales vel aliqua forma que est qualitas: quantitas autem nullo modo est substantie principium attingendi finem suum. ¶ Quarto quia quantitas sequitur compositum ratione mate T.c.7.
rie: qualitas autem ratione forme. forma autem ẽ simpliciter perfectior materia. vij. metaphy. capitu. ij. Et istud vltimuz forte est ratio primi secundi ⁊ tertij. medij. propter hoc enim ordo qualitatuz correspondet secundum perfectionem ordini substantiarum secundũ perfectionem: ⁊ propt hoc qualitas est pncipiũ actionis real'. ⁊ etiã ipsi substãtie pncipiũ attigẽdi finẽ suũ. ¶ Quinto quia quod magis conuenit cum perfectione simpliciter est simpliciter perfectius. qualitas autẽ vtpote sapientia magis conuenit cuz perfectione simpliciter. ⁊ similiter intelligere et velle q̃ aliqua quantitas: vel quia vna est ratio formalis sapientie diuine et sapientie create: que est qualitas secundum vnã opinionem tactam primo lib. distin. viij. vel si non: saltem quantum ad omnem propinquitatez: in analogia maior est propinquitas sapientie create ad sapientiaz diuinam q̃ alicuius quantitatis ad deum vel aliq̃d eius vnde sicut possibile est perfectionem simpliciter esse in creatura. scz cum limitatione qualitas que est sapiẽtia est perfectio simpliciter habentis eam: nulla autem q̃titas est perfectio simpliciter: nec etiam sicut possibile est creaturam habere perfectionem simpliciter.
¶ Contra istam rationem instatur sic: quia quod est propinquius perfectiori est simpliciter perfecti9: quãtitas est simpliciter propinquior substãtie q̃ qualitas substantia autem est perfectissimum entium. ergo quãtitas est perfectior qualitas. ¶ Respondeo si in pmo perfecto concurrunt simul multe perfectiones qualitercunq; multe non curo modo: aliquid forte potest esse sibi propinquius secundum vnam perfectionem: et non secundum aliam: vtpote deus est: simplicit' necesse est: et hec necessitas est in ipso perfecto simpliciter. Quanto ergo aliquid est magis necessarium tanto erit propinquius deo ⁊ sic celum est deo propinquius quocunq; corruptibili. preter hoc autem deus ẽ natura intellectualis simpliciter perfecta. huic secunduz hoc magis appropinquat creatura mere ĩtellectualis licet finita: cuiusmodi est natura angelica. post hãc naturam intellectus nostri: licet non mere ĩtellectualis ⁊ finita: post hanc natura sensitiua que magis appropĩquat intellectuali q̃ non sensitiua. In hoc ergo ordine propinquius est deo musca q̃ celum. posset. ergo inferri ex primo ordine ꝙ celum est propinquius deo. et per consequens perfectius musca. Ex secundo autem ordine ꝙ musca est perfectior celo: et ita opposita. Dico ergo ꝙ quandocunq; in primo concurrũt perfectiones qualitercunq; distincte vel disperate illud est simpliciter perfectius quod est sibi propinquius secundũ illud q̃d habz rõnẽ perfectioris. sicut ẽm phl'm. iij. thopicorũ nõ sequit' simiã esse meliorẽ eq̃: lz sit silior hoi:

quia non est homini similior in cõditionibus nobilio-ribus simpliciter/conditio autem nobilior simpliciter in primo est intellectualitas q̃ necessitas eẽndi eo modo intelligendo magis: quo est ibi distinctio. Et ideo homo est simpliciter nobilior celo. nec mireris talẽ ordinem diuersum assignari ad primum secũdum diuersas perfectiões. quia quelibet perfectio potest esse p̃ncipium vnius hierarchie naturalis: vel s̃m phylosophos vnius cathene aureee. ⁊ ita secundum diuersas pfectiones simpliciter in primo, participatas ordinate a diuersis possunt attendi diuerse cathene auree.

F ¶ Ad propositum dico q̃ in substantia vt est primuz entium est duplex ordo prioritatis: vnus in substando alijs q̃ includit recipere alia ⁊ perfici ab eis: alius actualitatis intensiue: ⁊ secunda perfectio est simpliciter maior q̃ prima: quia prima conuenit potentiali vł saltem requirit illud cui cõuenit esse potentiale. Quãtitas autem propinquior est substantie secundum primam rationem: quia immediatior secundum rationez receptiui. Qualitas autem secundum aliam. ipsa eniz est principium agendi non sic quantitas: ⁊ secundum hoc apparet minor actualitas eius. ¶ Secunda opi. est in alio extremo. scilicet q̃ nullum accidẽs potest eẽ subiectum alicuius accidentis: ⁊ per consequens in eucharistia quodcunq̃ accidens est sine subiecto. p ista opinione sunt rationes facte prius ad principale ad p̃mam partem questionis. ¶ Contra istam opinionẽ. arguitur primo sic. Illud est per se subiectum alicuiꝰ accidentis de quo aliquod accidens predicatur per se secundo modo. Sed de aliquo accidente predicaẗ aliquod accidens per se secundo modo vt propria passio eius: ergo ⁊c. Probatio maioris. Illud de quo predicatur accidens per se secũdo modo: cadit in diffinitione accidentis vt additum: ⁊ non nisi additum vt subiectum: quia nullam aliam dependentiam habet diffinitum ad tale diffiniens. minor patet: quia vniuersalr omnes passiones demonstrate in tota scientia mathematica demonstrantur de accidentibus ⁊ per se secundo modo dicuntur de eis. Patet incipiendo a prĩa cõclusione arismetice vel geometrie vsq̃ in finem. intantum q̃ quelibet scibilis passio eque sciretur de eo de q̃ scitur si nulla esset substantia corporea in vniuerso. nõ enĩ minus triangulꝰ haberet tres ãgulos ⁊c. et si ĩ nulla substantia esset triangularitas. nec minus possent tres linee esse latera trianguli equilateri: ⁊ si nulla esset substantia subiecta eis. ¶ Item pro hoc est Auič. ij. meta. cap. j. vbi manifeste vult q̃ aliquod accidẽs est subiectum alterius accidẽtis. ⁊ exemplificat. sicut motus est subiectum velocitatis ⁊ tarditatis. ¶ Et hoc tertio apparet in proposito per illam rationem factaz ad oppositum. quia manifestum est hic esse multas relationes quibus aliqua referuntur. vt equalitatem similitudinem circunscriptionem passiuam: non autem possunt ille relationes poni: ⁊ non in subiecto quia nõ possunt absoluta referri istis relationibus nisi ille relationes essent formaliter in eis.

Scot. pic. i. 4. pt. sũ. in mã de eucharistia.

G

Ad quæstionem ergo respondeo mediando inẗ opiniones predictas. distinguendo de subiecto prout accipitur pro vltimate terminante illã dependentiam alicuius actus per accidens. aut pro quocunq̃ terminante illam dependentiam proximo, et si non vltimate. hoc est pro quocunq̃ cui aliquis actus posset inesse per accidens tanq̃ forma eius non faciẽs vnum per se cum subiecto. Primo modo planum est q̃ nihil potest esse subiectum accidentis nisi substantia. ¶ Secundo modo dico q̃ possibile est aliquod accidens esse subiectum accidentis: sicut probant illa q̃ facta sunt contra secundam opinionem: ⁊ possibile est accidens quodcunq̃ absolutum esse sine subiecto vtroq̃ modo: sicut probant illa que adducta sunt contra p̃mam opinionem. sed accidens respectiuum nõ est possibile esse sine subiecto secundo modo. quia nõ est possibile q̃ sit respectus inter duo quin sit alicuiꝰ ad aliquid. ⁊ hoc non ex ratione accidentis sed ex ratione respectus: non potest autem esse respectꝰ alicuius ad aliquid nisi insit illi cuius est respectus. ⁊ ita si est accidẽtis inerit sibi tanq̃ accidens. ⁊ sic patet de possibili: q̃ accidens possit esse sine subiecto. ⁊ hoc subiecto sic vel sic sumpto. ¶ Sed de facto quid ? Respondeo accñs respectiuum est hic in subiecto: secundo modo loquẽdo de subiecto: quia illius est habitudo ad terminum. Sed de absolutis diuersimode opinantes de quantitate respondent diuersimode. Qui enim dicunt q̃titatem esse aliam essentiam absolutam ab essentia substã tie corporee ⁊ qualitatis: sicut dicit 9munis opinio. dicerent q̃titatem hic esse sine subiecto: sed non qualitatem, immo q̃ qualitas est in quãtitate. ⁊ pro hoc ẽ ista probabilitas: quia qualitas hec est extẽsa. patet ad sensum. non est autem extensa essentialiter sine extensiõe que sit intrinseca qualitati secundum istam opinionẽ: sed tantum accidens. Sed omne extensuz per accidẽs vel recipit extensionem in se qua extendatur per accidens. vel recipitur in extensione vel extenso: qualitas autem non recipit in se extensionem secundum istam opinionem. ergo est tantum extensa per accidens: q̃a recipitur in extenso. ⁊ hoc concordat cum illo dicto in in predicamentis. cap. de quantitate. quanta est superficies tanta est albedo. Qui autem dicerent quantitatem substãtie corporee non esse aliud ab essentia talis substantie: ⁊ quantitatem coloris non esse aliud a colore. dicerent qualitatem hic non esse in quantitate: immo magis quantitatem que apparet esse quantitatem qualitatis: sed de ista altercatione habetur libro secũdo distinct. xij. q. j.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primum concedo q̃ quodlibet accidens caret ibi subiecto aliquo accipiendo subiectum primo. scilicet vltimate terminans dependentiam accidentis. nec plus p̃bat illa ratio sumpta ex. vij. metaphy. Ideo enim in diffinitione omnium accidentium ponitur substantia: quia nullius potest haberi conceptus perfectus quietans intellectum sine additione substantie: sed non propẗhoc substantia est immediatum additum in diffinitione cuiuscunq̃ accidentis. immo in diffinitione alicuius, est immediatum tanq̃ proximum receptiuum. In diffinitione vero alterius est additum vt mediatum receptiuum mediate terminans eius dependentiam: ⁊ immediate dependentiam alicuius alterius ad quod illõ dependet. ¶ Ad secundum dico q̃ accidens potest esse subiectum accidentis: secundo modo accipiendo subiectum licet non primo modo. ¶ Ad auctoritatez. iiij. meta. potest dici tripliciter. primo q̃ lyꝰ quia: non sit nota cause: sed concomitantie: vt sit sensus: non enim accidit accidens accidenti nisi quia. i. quando ambo accidunt alteri: hoc enim erat necessarium apud phylosophum qui non reputabat accidens sine subiecto posse supportare aliud accidens: vt dictum est in. q. precedẽte. ¶ Secundo potest dici, q̃ loquitur de accidentibꝰ disperatis: sicut pretendit exemplum suum ibi. Dicit enim album et musicum. ¶ Tertio potest dici q̃ illud non est dictum tanq̃ verum q̃ accidens nõ accidit accidenti. sed est dictum tanq̃ quoddam sequẽs ex hypothesi quam intendit ibi improbare. Arguit eniz sic si contradictoria sunt simul vera. ergo omnis predicatio est per accidens: et per consequens necesse est predicationem in infinitũ ire: sed in infinitis nõ est ordo.

K

L

.j.meta. Quia vbi nõ est aliquod primũ non est aliqđ habitum.ergo nullum accidens habebit ordinem per se ad aliud accidens: ꝛ ꝑ consequẽs nõ magis accidet hoc accidẽs illi ꝙ ecõuerso: ꝛ huic mõ exponẽdi cõso nat litera. Non enim ait: accidẽs nõ accidit accidenti nisi qꝛ ambo eidem: sed accidẽs nõ accidẽti accidet ni si quia ꝛc. per qđ innuit se illam ꝓpositionem asserere nõ tãꝙ verã sed ex prioribus: ꝛ hoc modo exponẽdo magis põt ex illa auctoritate oppositũ ꝯcludi ꝙ ꝓpo situm. erit enim ꝺm istam expositionem illud illatum tãꝙ inconueniens: nõ affirmatum tãꝙ verum. Cum ꝓbatur per rationem de per se esse et in alio esse: patet responsio ex questione precedẽte. quia eo mõ quo ista sunt ꝓpria substantie ꝛ accidenti: ita nõ potest compe tere accidenti per se esse nec substare sicut nec substã tie potest cõpetere inherere. Hoc autem est accipiẽdo substare sicut cõpetit vltimo terminãti dependẽtiam inherẽtis. Et cum ꝓbaꝛ vltimo per rationem depen dentie ꝙ non potest terminare dependẽtiam eiusdem rationis. concedi potest omnino eiusdem rationis: qꝛ alia independentia requiritur in terminante vltimo que independentia prohibet dependẽtiam omnino il li similem que est ad ipsum: sed dependẽtia que est ali quo mõ eiusdẽ rationis nõ repugnat terminãti depẽ dẽtiã: sicut omnis creatura dependet ad deũ. et hoc in ratione cause effectiue: et tñ vna creatura depẽdet ad aliã sicut ad talẽ causam: ꝫ nõ vt ad causam omnino primã effectiuã qualis est dependẽtia ad primũ. sic in ꝓposito omnia accidẽtia depẽdent ad substãtiam vt subiectum: primo mõ accipiẽdo subiectum: ꝛ per cõse quẽs nullum accidẽs põt terminare depẽdẽtiam eoꝝ tãꝙ vltimate terminãs: quomõ ꝑtinet ad substantiã terminare. Ad tertiũ cõcedo cõsequẽtiã de possibi li loquendo de quocũꝙ accidente absoluto. Si ar guas de accidente respectiuo ꝑ hoc ꝙ dependentia ad primũ est essentialior ꝙ depẽdẽtia ad aliqđ posterius.

T.c.10.

A Rñ. dependẽtia relationis ad fundamẽtũ est essen tialissima: ita ꝙ stãte ea non potest esse ratio relatiõis. si ergo substantia non potest esse fundamẽtũ alicuius relationis: sed tñ accidens necesse est illam relationẽ essentialius dependere ad accidens: qđ potest esse fun damentum huius ꝙ ad substãtiã. sed hoc est nõ quia relatio est accidens: sed qꝛ relatio est relatio: vt dictũ est in in solutione ꝓcedẽti. Ad quartũ dico ꝙ nullo mõ relatio accidẽtalis põt esse sine subiecto accipiẽdo subiectũ secũdo mõ: quomõ fundamẽtũ relatiõis ac cidentalis est subiectum eius. Ad probationem autẽ ꝑ diuisionem aut inquãtum relatio aut inquãtum ac cidẽs. dico ꝙ diuisio non est sufficiens. Est enim dare medium. s. inquãtum relatio accidentalis: illa eñ re latio que formaliter cõstituit suppõsitum ꝑ se non est in aliquo subiecto: qꝛ suppositum per se ens nõ habet formale inherẽs ꝓprie loquẽdo de inherẽte. quelibet aũt relatio accidẽtalis est nõ cõstituẽs suppositũ: ꝛ ꝑ cõsequẽs eñ sola illa que cõstituit suppositum sit non inherẽs: ista erit inherẽs. et patet in aliis. multa enim sunt specialia quibus aliqua repugnãt: non tamen re pugnãt ꝑ naturã vnius cõmunis reperti in eis: nec ꝑ naturam alterius sed ꝑ naturam ꝓpriam que includit ambo ista cõiuncta: vt si diceres: homini repugnat ir risibilitas. aut ergo inquãtũ intellectuale: aut inquan tũ animal: ꝛ si inquãtũ itellectuale repugnaret et an gelo. si inquãtũ animal repugnaret boui: dico ꝙ neꝙ

M sic neꝙ sic: sed inquãtũ homo est animal rõnale. sic in ꝓposito inquãtũ relatio est accidẽtalis repugnat sibi nõ esse in subiecto accipiẽdo subiectũ secundo modo. Posset aliter dici ꝙ relationi vñ relatio repugnat nõ esse in subiecto aliquo: extẽdẽdo illud ad fundamẽ tũ: nec eñ relatio diuina est ita ꝑ se sicut essentia diui na est ꝑ se. s. simplr ad se ens nullo mõ indigẽs ad sui esse alio quocũꝙ: nec est ita ꝑ se sicut suppositũ est ꝑ se ens: sed ipsa ꝺm rõnẽ formalẽ necessario est in funda mento: vt in ꝑsupposito ꝑ necessario est in supposito: vt vel in ꝑsupposito: vel vt formalr ꝑ ipsam ꝯstituto. Q₃ ettã ꝓbaꝛ relationẽ esse ꝑ se: qꝛ infinita. ꝛ si ꝯñia posset ꝯcedi: tñ añs videꝛ negãdũ. nulla eñ ꝑfectio ne formalr infinita caret aliqua ꝑsona diuina: qꝛ tũc non eẽt simplr ꝑfecta. sed q̃libet caret aliqua relatiõe origi nis. ergo nulla relatio est formaliter infinita. ꝛ hoc ꝓz ex rõne ꝑfectiõis simplr: qꝛ ꝺm Ans. monol. xv. est il lud qđ in quodlibet melius est ipm ꝙ nõ ipm: nõ aũt põt relatio eẽ simplr nobilior suo opposito: qꝛ relati ua sunt simul natura. qñ ergo arguitur. essentia diuina est infinita paternitas vel relatio diuina est essentia. er go paternitas est infinita. est figura dictiõis: sicut ar guendo sic. deitas itelligit: paternitas est deitas. ergo paternitas itelligit. ꝛ ratio huius tacta est frequenter in. j. lib. qꝛ in abstractis ꝺñ põt esse predicatio idẽtica. vbi aũt ꝑdicatũ est adiectiuũ nõ potest eẽ vera nisi sit formalis. si ergo maior vera est formaliter vel idẽtice nõ curo. ꝛ minor est tñmõ vera ꝑdicatiõe idẽtica ife rẽdo ꝯclusionẽ que nõ põt eẽ vera: nisi formali ꝑdica tione: vtpote qꝛ ꝑdicatũ est aliqđ adiectiuum. in illa il latione interꝑtoꝛ idẽticã ꝑdicationẽ minoris esse for malẽ: qꝛ non posset inferri ꝯclusio ista nisi talis fuisset ꝑdicatio in minori. Et in ista iterꝑtatiõe q̃ fit inferen do ꝯclusionẽ est cõmutatio: sicut inferens ex ꝑmissis. sortes est homo ꝛ plato est homo. ergo sortes est pla to. interꝑtaꝛ fuisse hominẽ hoc aliqđ in ꝑmissis: quia aliter nõ posset iferre ꝯclusionẽ ex ꝑmissis: ꝛ ideo q̃le qđ cõmutaꝛ in hoc aliqđ. sic in ꝓposito essentia est īfi nita. est ꝑdicatio formalis. paternitas est essentia: est ꝑdicatio tñ idẽtica. si iferaꝛ paternitas est ifinita nõ põt esse ꝑdicatio nisi formalr: ꝛ illa non sequiꝛ nisi in terꝑtando ꝑdicationẽ in minori q̃ fuit tñ idẽtica esse formalem: ꝛ ꝑ ꝯñs non sequiꝛ nisi cõmutãdo predica tionem idẽticam in formalem. D. ꝯ̃. 2. ꝛ. 4. ꝛ. 5.

Questio Tertia.

Circa secundum articulum quero. Utrũ accidentia in eucharistia possint habere quãcũꝙ actionẽ quam poterant habere in subiecto: ꝛ arguo ꝙ non duplici via. Primo ꝙ nullã oĩno. Secũdo ꝙ nõ eãdem. Ad primã ꝯclusionẽ arguiꝛ sic. destructo ꝑori essentialr destruiꝛ posterius. Prius essentialiter est esse ꝙ agere: esse accidẽtis est inherere. ergo destructo inesse accidẽtis destruitur omne agere ipsius. Et confirmaꝛ. qꝛ inesse cõuenit accidenti tanꝙ ꝓpria passio eius: agere aũt in subiectũ ꝯuenit sibi cõ tingẽter: sicut accidẽs ꝑ accidẽs. Item agere ꝑ se est suppositi: vt ex. j. meta. habeꝛ. Accidẽs aũt nõ põt esse suppositũ. ergo ꝛc. Confirmaꝛ rõ ꝺm Boetiũ de hebdomadibꝰ. d. In oĩbꝰ citra deũ differũt quo est ꝛ qđ est. Forma ergo que nata est esse quo respectu actiõis nõ põt esse agẽs. ergo ꝑcise suppositũ qđ natũ est habere illam formam que est quo potest esse agẽs. Confirmaꝛ etiam ꝑ exemplũ: qꝛ eñ aĩa est quo ho mo est homo: ideo anima nõ potest esse homo: ita a si mili forma que nata est esse quo aliquis agat non po test esse agẽs. Cõfirmatur eadem specialiter in ꝓ posito. quia. s. hec forma quãtitas separata non videꝛ forma naturalis. quãtitas enim separata videtur pu re mathematica. ꝫ ꝺm philosophum. iij. metaphy. in mathematicis non est finis. nec motus: nec bonum. T.c.3. Ad secundã conclusionẽ. s. ꝙ nõ omnis actio pos sit eis competere que prius. arguiꝛ sic. j. de generatiõe T.c.87. ꝛ 54.

dicit philosophus: q; opz agẽs & patiẽs cõicare in materia: sz substãtia habẽs ista accidẽtia cõicabat in materia cũ aliquo cũ quo nõ cõicãt ista accidẽtia separa-
T.c.28. ta in materia. ergo &c. ¶ Itẽ. vij. meta. arguit contra ideas platonicas. q; idea nõ possit eẽ pñcipiũ generãdi cõpositũ: qz est forma tãtũ sicut Cõmentator ptractat ibi rõnẽ philosophi: & valde male. ergo a simili in pposito. forme iste nõ pñt eẽ pñcipiũ pducẽdi cõpositũ. poterãt aũt eẽ pñcipiũ qñ erãt in substantiis sicut accidentia sunt principia pducẽdi substãtiã. ergo &c. ¶ Itẽ ad pñcipale. si accidentia separata possint hẽre oem actionẽ sine subiecto quã pus poterãt habere in subiecto. ergo spẽs ĩtelligibiles separate ab ĩtellectu: & charitas a volũtate separata poterũt ĩ easdẽ actiones in quas poterãt qñ pus erant in subiecto. ɔñs est falsum: qz tũc spẽs ĩtelligibilis separata posset intelligere: et charitas separata posset diligere: et ita vtrũqz istoꝝ posset eẽ btm̃: vel simplr̃ vel q̃tũ ad aliquã partẽ beatitudinis: qđ est impossibile. qz nec btitudo tota nec pars ei9 põt cõpetere alicui nisi nature ĩtellectuali. ¶ Oppositũ q; in aliquã eãdẽ possint: qz accidẽtia separata sunt sensibilia pz ad sensum. pñt etiã alterare passa sibi approximata. ptz de modica aqua apposita speciebus vini. ergo in aliquã actionẽ pñt ĩ quã pus. ¶ Qz aũt in omnẽ pbat: qz forma manẽs eadem in esse habet eãdẽ virtutẽ: & p ɔñs põt eẽ pñcipiũ eiusdẽ actiõis. accidẽs separatum manet scḋm se idẽ qđ prius. ergo &c.

Th. i 4. d. 12. ar. 1. q. 1. i so. pñ. 2. q Quẽ. var. q. presenti 8. physi.

Hic est opinio q; in actionibus naturalib9 forme substãtiales nõ sunt ĩmediatũ principiũ agẽdi vel pñcipiũ pximũ actiuũ: sz agũt mediãtibus qualitatib9 actiuis & passiuis tãqz ppriis instrumẽtis. vt dr. ij. de aĩa. q; s. calor naturalis est quo aĩa agit. Et ideo qualitates nõ agũt in ṽtute ppa: sz ĩ virtute forme substãtialis. vñ actio earũ nõ tm̃ terminat ad formã accidentalẽ sz substãtialẽ: & pp̃ter hoc gñatio est terminus alteratiõis. hmõi aũt virtutẽ instrumentalẽ recipiũt eoipso q; a pñcipiis essentialib9 substãtie causant. vñ sicut remota substãtia idẽ esse scḋm spẽm remanet accidẽtib9 virtute diuina: ita etiã remanet eis eadẽ virtus q̃ pus: & ideo sicut ante poterãt ĩtẽdere ad for-
Th. 3. p. sũme. q. 77. ar. 3. in sol. arg. vlti. mã substãtialẽ: ita & nũc. ¶ Et si arguat ɔtra hoc qz nihil agit vltra spẽm suã. ¶ Rñdẽt q; ppa ṽtute nihil agit vltra suã spẽm: virtute aũt alterius cuius est instrumentũ põt agere vltra suã spẽm: sicut serra agit ad formã scãni. ¶ Cõtra illud. q̃ro qđ ĩtelligit p hoc qđ dicit in ṽtute substãtie: qz siue ĩtelligat absolutũ siue respectiuũ, quero in quo est illud. si absolutuz qđ est substãtia: vel aliqđ qđ est in substãtia: cũ substãtia panis nõ sit simplr̃. sequit q; p nihil, siue nõ ens, accidẽs gñabit vel virtute nihili. si ĩtelligat absolutum qđ est accidẽs vel aliqđ in accidẽte: nihil est ibi nobilius accidẽte: & p ɔñs nõ magis põt in virtute talis in aliqđ pfectius q̃ in virtute ppria: si vero intelligat habitudinẽ accidẽtis ad substãtiã vt ad cãm priorẽ: cũ ad nihil nõ sit aliqua habitudo et panis non sit aliqđ ens. sequit q; p hoc q; est ĩ virtute nõ ponit aliqđ positiuũ: & ita idẽ qđ pus. ¶ Ex his ṽbis videt q; ponat ṽtutẽ illã esse aliqđ in accidẽte. dicit eñ q; causat ista virtus instrumẽtalis in accidẽtib9: vel q; ipsam recipiunt eo q; causantur a principiis essentialibus substantie. & tunc patet manifeste cũ nihil in accidente sit nobilius eo: nõ põt accidẽs p hoc q; dicit in virtute. i. p hãc virtutẽ in aliquid perfectius q̃ possit ex se. sz intellectus istoꝝ verborũ: virtute talis cause: vbi dicta verba locũ habẽt: videt eẽ iste. s. q; dicit habitudinẽ cause inferioris ad cãm supiorẽ seu pfectiorẽ concurrẽtẽ in causando, sicut supra dictum est: q; influentia quã recipit agens inferius a superiori non est aliqua forma tunc causata: sed est tantũ ordo determinatus causarum in simul causando. ¶ Item. qđ non est nullam ratiõem q. 1. hui9. 4 cause habet respectu geniti quando generatur. patet ij. physi. & v. meta. c. de causa, quia causa in actu & effectus in actu simul sunt et non sunt. patet etiam ratione: quia non ens quando non est, nihil causat in quocũqz ordine cause. substantia autem non est quã istud accidens affecit: et cuius erat accidẽs. ergo illa substãtia nullam ratiõem cause habet propinque vel remote respectu effectus causati ab accidente: et per consequens accidens non causat aliquid in virtute ei9 tãq̃ in virtute cause superioris. ¶ Itẽ nihil est causa instrumentalis illius ad qđ sua virtus actiua sola sufficit producendum. patet si accipiatur instrumentũ stricte: sicut serra et securis dicuntur instrumenta mouentia mota. tale enim instrumentum non habet de se formam sufficientem ad producendum effectum: sed tm̃ per motionem principalis agentis producitur quod pducitur. Si etiam instrumẽtum accipitur scḋm alios modos supra positos. s. prout causa inferior dicit instrumẽtum vel forma, quã huiusmodi causa recipit p motionem agentis superioris: qua forma agit, adhuc nullum istorum instrumentorum per formam suã potest in effectum: respectu cuius est instrumentum: sed necesse est q; ad illũ effectum concurrat simul concausans illud cuius est instrumentum. Nunc autem accidẽs per formã suam precise sine omni actione substãtie in quodcũqz agat agit. ergo nullo mõ agit in virtute substantie: vel vt instrumentum eius ad aliquẽ effectum. ¶ Item hoc potest argui per pricipia istorum de instrumento qđ est mouens motũ: quia accidẽs in pposito non est motum a substantia cũ ipsa non sit. ergo accidens non est eius instrumentum.

T.c.37. T.c.3. A d. 1. q. 1. & 4 & di. 6. q. 5

Dico ergo ad quæstionẽ q; posset poni triplex actio cõuenire accidentibus. s. vna respectu substantie generande: et due respectu accidẽtium causandorum: vna intẽtionalis respectu sensationis. alia realis in passum realiter habens contrarium. ¶ Prima nullo modo potest competere accidenti separato: neqz instrumentaliter vt iam probatum est: et hoc accipiendo instrumentum pro quacũqz causa siue attingente terminum principalis agẽtis: siue pro causa secunda proprie dicta: siue pro parte pro qua totũ agit: siue pro recipiente tunc formam actiuam qua agit: siue recipiente tunc motionem solam tanq̃ effectũ preuium effectui principali: qui modi accipiendi instrumentum patent supra. q. j. huius quarti. In omnibus enim istis requiritur q; illud cuius est instrumentum concurrat causans in suo ordine causandi: et qđ non est, nihil causat in quocũqz ordine causandi. Sed preter istos modos instrumẽtũ dicitur causa pñia dispositiua ad terminum: licet habeat actionem illã dispositiuam in propria virtute: et isto modo bene est possibile accidens esse instrumẽtũ substantie: qz potest causare actionem dispositiuam ad terminum substantie agentis: sed nec isto modo potest accidens esse instrumẽtũ substãtie in pposito: qz substãtia que nõ est nullũ terminũ inducit: nec inducere põt in fine alterationis facte p illa accidẽtia. ¶ Ex hoc patet solutio ad illam deductionem pro illa opi. Auctoritas enim secundi de anima non plus cõcludit: nisi q; calor est instrumẽtum anime hoc modo vltimo quia. s. digerit et alterat nutrimentum vt in termino illius alteratiõis possit ex ipsa generari substantia. vnde sunt ibi due actiones et duo principia agendi: quia respectu alterationis preuie principium agendi est calor. respectu autem forme carnis inducende principium est

B 2. q. 5. 6. C

principium primum forma substantialis ignis et principium est calor quod opit tamen per principium dispositiuum et in subordinatione tamen in proposito puta effectus ad effectum primum principium est calor quam generatio ignis in ligno presupponit alterationem ipsius ligni quamuis alteratio est effectus caloris per quem effectum nempe alterationis fuit disposita materia ligni ut forma ignis introduceretur

anima vel forma carnis ⁊ primum agēs dicit instrumētum respectu secūdi non ꝓprie sub ordinatiōe virtutis ad virtutem: sed effectus ad effectum. vnde magis proprie diceretur agens dispositiuum ꝙ instrumētale. ¶ Et quādo vltra dicit in deductione illa ꝙ accidentia agunt in virtute substantie. hoc non sequitur nisi quia sunt instrumenta: non sunt autē instrumenta substantie non entis: quare ex hoc sequit oppositum. ¶ Et quādo vltra infert ex hoc ꝙ actio accidētiū nō solū terminat ad formā accidētalem: sed ad substantialē. hoc reputo falsum: nisi sicut ad terminum remotum: qui nullo mō attingit p actionem forme accidētalis: sed ad quē ordinat terminus qui attingitur per actionem accidentis. ¶ Et cum pbat ꝙ accidēs attingit terminum actionis: qꝛ attigit passum in qđ forma inducit; substātia aūt nō pōt attingere materiam tāꝙ passum in qđ agat: qđ non separat a passionibus virtute agētis naturalis. vt dicitur. j. de generatione. Dico ꝙ hec ꝯña nō valet: nisi in virtute istius ꝓpositionis subintellecte: ꝙ omne instrumētū attingit terminū principalis agētis: que falsa est in ꝓposito. Et cum videt pbari p hoc qđ subdit. ꝙ gñatio est terminus alterationis. istud pōt duci ad oppositum. nō est enim intrinsecus terminus alterationis: sed extrinsecus ⁊ alterius generis: et habet ꝓpriū terminū priorē ſm genus ꝓprio termino alteratiōis. Qđ aūt habet causalitatē ꝓpriā ⁊ adequatā respectu posterioris essentialiter: nō sequit ꝙ habeat causalitatem qua attingat prius essentialiter. imo sequit oppositū. s. ꝙ nō habeat causalitatē qua attingat prius essentialiter. ergo eo mō quo gñatio est terminus alterationis: sequit ꝙ principiū alterationis nō attingat terminum gñationis nisi mediate: qꝛ attingit quoddā ordiatū ad ipm. ¶ Sic patet ista ꝯclusio: ⁊ sit prima quātū ad solutione istius questionis. s. ꝙ accidēs separatū nullo modo pōt esse principiū actionis ad substātiā: et hoc instrumētale virtute substātie que nō est. et iuxta hoc etiam declaratum est ꝙ nec accidēs coniūctum potest esse p se attingēs substātiam vt terminum: qꝛ auctoritates adducte de. ij. de anima. et huiusmodi non accipiūt instrumētum nisi p agēte dispositiuo. ¶ Et si ꝯtra hoc arguit. ꝙ aliqua forma imediate attingit terminū generationis: sed forma substātialis nō: qꝛ non est principiū agēdi imediate: sed mediate. ¶ Concedo pmā ꝓpositionē: sꝫ scđa falsa est: qꝛ nihil est instrumētum alicuius cause nisi superioris cause in gñe cause efficientis. ergo si accidēs coniunctū p eos est instrumentum substātie: substātia erit superius agēs: sꝫ superius agens prius naturaliter agit: et si est naturale agēs agit qcqd vel quātū pōt. ergo substantia in illo priori in eodē tū instāti tpis in quo agit vt superius agēs: ⁊ accidēs agit vt instrumētū eius. substātia pducet terminū quē poterit pducere: sꝫ pōt pducere totā substātiā: qꝛ perfectio substātie pducte nō excedit pfectionem substātie agētis. ergo in scđo instāti nature accidēs agens non pducit substātiā. vel eadē bis pducet. ¶ Itē omnis potentia mere passiua est contradictiois. ix. metaphy. subiectū aūt non est in potentia cōtradictionis ad ꝓpriā passionē. ergo habet aliquā causalitatem respectu eius aliā a causalitate materie: non nisi cause efficiētis: qꝛ nō formalis: pꝫ. de fine aūt nō est sermo hic ⁊ videt ꝙ opꝫ eos istud ꝯcedere ſm dicta sua. Dicūt eñ potentias fluere ab essentia aīe: ⁊ hic dicūt ꝙ accidēs habet virtutē instrumētalē: qꝛ causat a principijs essentialibus substātie ista nō possunt itelligi tm̄mō passiue p subiecto receptiuo. ¶ Itē si accñs pducit: et p aliqđ pncipiū pductiuū imediatū p te: qđ est accñs (nō loquēdo de infinitate accidētali in gñabilib⁹ ⁊ gñatis in eadē specie: de qua loquūtur philosophi) quero ordinē

T.c.11.⁊.12

D

T.c.17.

Th. vbi. s. q.77. ar.6

forme: vel ipsa forma secundum esse in fieri. hec autez bene inueniri potest; licet nullũ subiectum aliter se ha beat ẜm eam. ergo et essentia motus. ¶ Contra hanc secundam conclusionez innuit tres rationes. Prima talis est quantitas maior nõ est educta de potētia ma terie: quia non habet subiectum: tale autem ens dicitͬ creari: ⁊ ita in tali transmutatione non est fieri maius nisi per creationem. ¶ Secundo: quia sub speciebꝰ pa nis tandiu manet corpus xpi q̄ diu manent ibi accidē tia que affecerunt substantiam panis sed per te quan= titas est omnino noua vel alia q̄ prius. ergo non ma= net ibi corpus christi: qḋ tamen non ponitur. ¶ Ter tio sic. esse successiuorum consistit in successione partiũ secundum prius ⁊ posterius. non autem potest esse pri us ⁊ posterius in motu: nisi aliquid sit quod variatͬ se cundum prius ⁊ posterius. ergo ⁊c. ¶ Et respõdet ad ista: ꝙ quia in ista transmutatione nõ sic est aliud ⁊ ali ud ꝙ quandoqꝫ habeat esse interruptum: neqꝫ sic ꝙ se cundum se sit corruptum: neqꝫ regeneratum aliud sitͤ neqꝫ ꝙ vnum sit alteri contrarium: sed est vnius ratio nis secundum formam ⁊ speciem ⁊ in esse continuo et sine interruptione. Ideo non impeditur quĩ possit hic poni ratio motus: ⁊ hoc posset applicari ad primum: quia scilicet ideo non est creatio: quia non est ꝓductio alicuius noui secundum esse interruptum: sed tantum esse alicuius secundum formam: ⁊ speciem secundum quoddam fieri successiuum conseruatum. ¶ Tamen ad primum dicit ꝙ sicut in potentia subiecti erat vt ab agente creato post minorem quantitatem introduce= retur maior sine creatione: ita in quantitate separata: manet hec vis vt post minorem fiat ab agente natura li maior ⁊ sine creatione: ita ꝙ terminus a quo est mi= nor quantitas secundum gradum a quo incipit motꝰ. terminus autem ad quem est maior secundum alium gradum ad quem stat transmutatio. Motus autem ē fluxus quantitatis indeterminate inter istos terminos certos habens esse inter illos secundum gradus quasi infinitos. sed si fieret aliqua alia quantitas sic ꝙ nõ ha beret habitudinem ad quantitatem preexistentem. illa proprie crearetur. In isto verbo vltimo videtur stare responsio sua: ꝙ. scilicet ideo non est creatio quia quã= titas noua que inducitur habet talem habitudinez ad quantitatem preexistentem ꝙ succedit sibi sine interru ptione per fluxum secundum gradus in forma quan= titatis quasi infinitos. ¶ Ad secundum respondet ꝙ non desinit ibi esse corpus christi propter quancũqꝫ va riationem illarum specierum: sed solum propter talez que non posset esse nisi mutata substantia panis vel vi ni si ibi esset: ⁊ ideo quandiu manent species secundũ esse non interruptum sub tali rarefactione vel extēsio ne. ⁊ sic de alijs. ꝙ si panis ibi esset posset illis affici. tã diu manet ibi corpus christi. ¶ Ad tertium dicit ꝙ in motu qui est ad quantitatem siue sit per se: vtpote ẜm augmentationem: siue sit secundum rarefactionem vt in proposito: non est ibi accipere per se ⁊ primo ordinē aliquarum partium nisi secundum quantitatem. et sic poterunt separate intelligi habere ordinem in fieri: et successiõe: quia poterit pars continue succedere parti. ita non in subiecto sicut in subiecto.

Quantum ad istam opinionem de pri ma conclusione. non oportet multum curare nisi pro= pter secundam. tota enim vis istius questionis est cuz in quibusdam transmutationibus hic apparentibus: vtpote loci mutatione et huiusmodi possimus mani= feste inuenire subiectum aliquod idez manens sub ter minis: et hoc ad minus secundum communem opinio nem ponendo hic solam quantitatez sine subiecto. sed transmutationis cuius termini sunt quantitas: ⁊ quã titas non est facile inuenire subiectum. ergo nõ potest esse hec transmutatio a quantitate in quantitatem.

¶ Hec difficultas est communis siue tota quantitas succedens sit noua siue pars eius. quia si detur quan= tumcunqꝫ modica pars noua transmutationis ad illã queram subiectum. non oportet ergo quantum ad pro positum de subiecto transmutationis secundum quan titatem hic apparentis magis improbare illam q̄ po= nit totam quantitatem nouam: q̄ quamlibet aliam q̄ ponit ad minus aliquam partem quantitatis nouam: quod oportet omnes ponere: alioquin non esset. nunc maior q̄ prius. ¶ Prĩa tamē cõclusio illius videtur falsa: cuius ratio est: quia non manente subiecto eodē non manet aliquod accidens eiusdem: sed per te quã= titas vini non manet eadem quando rarefactum est. er go nullum accidens manet ibi idem: quia secundum communem opinionem quodlibet accidens est ibi in quantitate: vel mediate: vel immediate: et per conse= quens non manet idem sapor numero: nec idem color ⁊ huiusmodi. ¶ Et si dicatur: ꝙ est argumentum ru= sticorum fugere ad sensum: quia ratio debet iudicare de eodē: ⁊ de diuerso. ¶ Respondeo ꝙ secundum Ari stote. viij. physicorum. Fatuum est querere ibi rationē vbi habemus aliquid certius ratione. Mirum etiam videtur si sensus non potest iudicare de numero suorũ sensibilium propriorum: cum numerus ẜm phyloso= phum. ij. de anima. sit per se sensibile. tamen istud non põdero: quia vt alibi dixi. nullus sensus iudicat de ra dijs solis vtrum sint idem vel alij continue in medio: cum tamen illud cuius est numerus vel vnitas hic sit proprium sensibile. ¶ Hoc ergo omisso arguo sic. nõ est possibile ꝙ quantumcunqꝫ diuersa agentia regula= riter inducant eandem formam post corruptionē eius dem corrupti. sed a quocũqꝫ rarefiant huiusmodi spe= cies siue ab igne siue a sole inducitur regulariter talis sapor et talis color. ¶ Si ponas illa accidentia eē no ua planius arguitur sic. ab igne potest rarefieri speci= es illa vini. ab igne autem non possunt induci omnes ille qualitates que ibi apparent. tum quia si continet: non tamen quantumcunqꝫ diuersa accidētia secundũ genus vel speciem. tum quia ignis non continet in se virtualiter qualitates mixti. sed si vinum consecratuz hic fuit dulce: et ibi amarum post rarefactionem rema net in illis speciebus amaritudo: et in istis dulcedo. et sic de quibuscunqꝫ speciebus saporis. et quibuscunqꝫ coloribus: puta si consecratur vinum album vel rube um. ergo solus ignis rarefaciens non inducit omnes istas qualitates. ergo non sunt noue. ergo nec subie= ctum illud. scilicet quantitas sine quo ista non possunt manere eadem est nouum. ¶ Secundo arguitur con tra istam opinionem ex dictis opinantis. dicit enĩ sub stantiam esse indiuiduam formaliter per quantitatez. ergo hic panis formaliter est hic panis per hanc quã= titatem. ergo corrupta hac quantitate non manet am plius hic panis: sed alius panis singularis. ergo in qua cunqꝫ rarefactione tota substantia prior corrumpitur et noua generatur: ꝙ videtur satis improbabile et cõ= tra rationem: quia ꝙ talis alteratio statim necessario requirat nouam substantiam est dicere ꝙ non possit es se variatio circa posterius quin sit circa prius: nec quo modocunqꝫ posterius: sed ꝙ nec est propria passio: nec consequens necessario illud prius: quod videtur incõ ueniens manifestum. ¶ Rationes ad istaz conclusio nem non concludunt. prima de incompossibilitate ter minorum motus seu mutationis soluitur per hoc: q̄a minor propositio vera est de primis terminis qui sunt semper priuatio et forma: sed non est vera vniuersali= ter de terminis concomitantibus illos terminos: vt supra dictum est in oppositum. de formis distin. x. q. ij.

Margin notes (left): Sot. ctra seipsum.

Margin notes (right): T.c.26. — T.c.64.in 2.di.3.q.3. — A — Hoc p3.q.7.q.5.⁊.q.6.q.16. — Solutio ar... torc.got. B

¶ Et si arguas hic magis et minus sunt incompossibilia. ¶ Respondeo veruz est vt vltimate vel complete informant illud subiectum sed non vt minus est aliquid maioris. alioquin oportet dicere propter istaz rationez ꝙ tota quantitas aucti esset noua: quod non est probabile quin partes carnis secundum speciem que manent eedem sunt quante eadem quantitate qua prius: tamen aliqua partium quantitatis que aduenerūt noua est. ¶ Cum ipse post deducit ꝙ quantitas non mouetur a maiori ad minus: concedo. ⁊ sic de qualitate: quia quantitas: et maius vel minus in quantitate non loquendo de respectu quem importat maius: sed de absoluto quod supponit tanq̄ proximum fundamētum non sunt essentialiter distincta: nec eo modo quo oportet subiectuz motus distingui a termino. Et ideo simpliciter illam rationem concedo ꝙ non transmutatur aliqua forma alicuius generis ad magis ⁊ minus intra genus: sed tota forma que est maior siue in quātitate siue in qualitate vbi non dicit ens per accidens est terminus a quo: ⁊ tota forma que est minor est terminus ad quem vel econuerso: et tamen illa tota forma que est maior potuit esse illa res que est minor sicut aliquid eius. Nisi forte illa propositio p̄ma sit falsa. scilicet quelibet pars rarioris est rarior: nisi loquendo de partibus secundum speciem non secundum materiam: quomodo est illa propositio vera primo de generatione. quelibet pars aucti est aucta: et tunc oporteret dicere: quia rarefactio non est ad aliquam qualitatem vniformem in toto alterato: et in qualibet parte eius: sed sic rarefaciens de aliquibus partibus substantie rarefactibilis generat aliqua corpora subtiliora q̄ sit illud corpus rarefactibile. ⁊ ita quia non possunt esse simul cum aliis partibus adhuc remanentib9 in specie sua. nam duo corpora non possunt esse simul: ideo ille partes expellunt alias de loco suo: et per consequens totum corpus occupat locum maiorem: et sic rarius esse nihil est aliud q̄ habere plura corpora subtiliora permixta secundum iuxta positionem cum partibus suis propriis: ita breuiter ꝙ rarius est quod habet corpora aliqua permixta subtiliora hoc modo cuz partibus suis adhuc manentibus in propria forma. Nec mirum ꝙ alique partes possunt prius conuerti in corpus subtilius q̄ alie: quia alique sunt propinquiores agenti et citius recipiunt actionem eius q̄ alie.

¶ Contra. aliqua statim in principio alterationis corrumpentur: et sic noua generabuntur. ⁊ iterum vbiq; est subiectum illud alteratum vniforme. Et ꝙ ita sit hoc sensus dicit. ¶ Ad primum istorum dico: ꝙ non statim est corpus rarius: quia raritas maior non accipitur nisi ex occupatione maioris loci. non autem maior occupatio anteq̄ sit calefactio in aliquo gradu maiori notabili. ¶ Ad secundum dico: ꝙ nec sensus discernit in aere spiritus seu vapores ab aere: ⁊ tamē spiritus vel vapores ī aere non sunt eiusdem speciei cum aere.

Etsi di. 11. q. 3. ar. 3. solu.

quaere supra dist. 11. q. 4. lit. Re.

T. c. 32.

Quātū ad secūdā cōclusionē isti9 opinionis

vbi est pond9 fundamentale istius questionis. quia vt dictum est prius in ea est difficultas ꝯtra vtrā q̄ opinionem: scilicet et ponentem totam quantitatez nouam: et ponentem eam nouam secundum partem. Arguo contra predictam conclusionem que concedit motum ab agente creato et sine subiecto mobili reducendo rationes: quas ipse adducit contra se: et quas nititur soluere. Prīo quo ad primam de creatione sic: quod secundum se totum ⁊ totaliter producitur de nō esse ad esse: vel creatur: vel saltem requirit virtutem equalem virtuti creatiue. sed hec quantitas noua tota et totaliter producitur ad esse per te. ergo ⁊c. maior probatur. primo: quia si totaliter producitur post nihil patet ꝙ est creatio. si autem post aliquid: et tamen totaliter: hoc non potest esse nisi per totalem conuersionez illius in istud. vel si fingas alium modum: saltem ille transitus requirit equalem virtutem actiuam sicut totalis conuersio in hoc: sed conuersio totalis illa non potest esse nisi a virtute equali virtuti creatiue.

in improbatione 2. conclusionis in principio.

Vide p̄ram q. dist. 11. articulo 2.

¶ Secundo et est confirmatio precedentis: quia si. a. succedit. b. non est alterius rationis secunduz aliquid intrinsecum sibi propter hoc ꝙ succedit illi. Hoc probatur primo: quia quando succedens est: tunc [illegible] est illud cui succedit: ergo propter illud non variatur succedens in se. ¶ Secundo: quia ordo posterioris ad hoc vel hoc non videtur variare fundamentum ordinis in se. sed si. a. nulli succederet et haberet totale esse suum post non esse: crearetur: nec posset produci quomodocunq; sic totum et totaliter nisi a virtute infinita. ergo licet nunc succedat cuicunq; alteri: si tamē totum ⁊ totaliter producatur: cum sit terminus in se omnino idem sequitur ꝙ requiret virtutem productiuam equalem. ¶ Si dicas: ꝙ quia succedit isti non videtur requiri tanta virtus productiua quanta requireretur si succederet tantum nihilo vel negationi.

C

¶ Hoc non videtur probabile. quia terminus ad quē non requirit aliam virtutem productiuam: nisi propter aliam perfectionem in ipso termino producendo ergo si totus et totaliter producatur post aliquid / vel non post aliquid: requiritur equalis virtus.

¶ Quod confirmatur: quia habens in virtute sua actiua aliquem terminum totum et totaliter potest illū in esse ponere quando nō impeditur. sed per hoc quod non habet positiuum quod totaliter transmutetur de esse ad non esse non impeditur: quia fatuum est dicere illud corrumpendum esse expedimentum agentis. ergo et si non habeat aliquid [illegible]le destruenduz potest totum et totaliter effectum ponere in esse: et ita post nihil: et per consequens creare. ¶ Confirmatur ista ratio. quia si quantitas ista succederet suo contrario vel opposito concederes eam creari. sed ita negatio eius includitur in quantitate preexistente sicut includeretur in contrario si precederet. nam quodlibet incompossibile simpliciter includit negationem sui īcompossibilis: ⁊ nullo modo affirmationem eius nisi ratione subiecti communis. ista quantitas precedēs non mag; habet subiectum commune cum quantitate succedente q̄ contrarium cum contrario. ergo eque sequiꝭ modo ista quantitas negationem sui esse: sicut si precessisset suum oppositum. ¶ Contra duo tacta in responsione ad istam rationem. primum est de illa vt remanēte in accidente. Contra ꝙ arguo sic. nihil positiuuz remanet in accidente separato ꝙ non fuit in eo vt coniūcto: sed in coniuncto non fuit aliqua vis qua de ipso posset produci aliquis terminus: sed tantum ꝙ ipsum poterat esse alius terminus. et poterat produci de potentia subiecti. ergo in ipso separato non est aliqua vis per quan possit habere respectu alterationis / nisi tantum rationem termini. ¶ Prima propositio. scilicet ꝙ nihil positiuum remanet in accidente separato est pbata supra distinctione ista questio. j. ¶ Aliud addit in responsione: ꝙ si quantitas ista non haberet habitudinem ad quantitatem priorem vel preexistentem: tunc proprie crearetur. Addo minorem: sed illa habitudo ad preexistente non prohibet creationem istius. ergo ista creatur. probatio minoris. Hec habitudo nō est nisi quedam successio immediata esse istius ad esse illius. sed successio talis non prohibet succedens creari. ¶ Et pōt pbari p exēplū: q̄a nō est hic magis immediata successio q̄ esse aīe ad organizatiōem corpis

D

et tamen non negatur animam creari in corpore organico. ergo nec hic ratio ibi est. quia anima accipit eē totaliter post non esse sui: et eadem ratio est in proposito: quia hec quantitas accipit totale esse post non esse sui. ¶ Utrum autem cum illo non esse precesserit aliquid positiuum vel nihil: vel precesserit contrariuz vel simile nihil ad. b. quia ibi idem sunt primi termini qui creationis. Deduco autem secundam rationem: vbi concedit ꝙ tandiu manet corpus christi quamdiu manent accidentia que nata essent afficere panez si maneret non precise quamdiu huiusmodi accidentia manēt eadem numero. ¶ Contra hoc. quia ista quantitas: q̄ succedit quantitati preexistenti non magis est eadem quantitati preexistenti q̄ȝ quecunqȝ alia i vna alia hostia non consecrata: immo minus est eadem. quia ista est incompossibilis illi in essendo. non sic illa. ergo nō magis erit corpus christi sub ista noua quantitate: q̄a prefuit sub illa alia q̄ȝ erit sub quacunqȝ alia quantitate: que. scilicet est eque eadem illi preexistenti. ¶ Et si fugias ad successionem huius quantitatis ad illam. arguo sic: sub nulla quātitate ē corpus christi nisi per cōuersionem et consecrationem: sed per conuersionem: et consecrationem non accipit esse: nisi sub ista quantitate: et illa est omnino alia sicut quantitas alterius hostie non consecrate. ergo per illam conuersionem ⁊ cōsecrationem nō est sub illa quantitate. ergo modo nullo. ¶ Posset etiam argui per illud quod adductuz est contra primam conclusionem per dicta opinantis: q̄a non diutius manet corpus christi sub specie panis: q̄ȝ natus esset hic manere panis qui conuersus est: sȝ sub alia quantitate non maneret hic panis qui conuers⁹ est si panis est hic per quantitatez. ergo ⁊c. ¶ Contra tertiam responsionem suam que concordat cum tertia ratione quam adducit pro se quo ad istam conclusionez scilicet ꝙ non est de essentia motus ꝙ secundum eū aliquod subiectum aliter se habeat non arguo: quia conclusionem in se credo veram esse: sed ad propositum: quia propter hoc concedit ipsum motum posse esse ab agente creato sine subiecto: arguo sic. agens creatū nō potest causare accidens sine subiecto in esse quieto. ergo a simili vel a maiori non potest causare accidens in fluxu sine subiecto. ¶ Per istud ergo respōdeo ad rationes illas quas adducit pro conclusione secūda: q̄a prima ratio bene probat ꝙ deus potest facere formaz in fluxu vel in fieri sine subiecto sicut potest facere eaz in esse quieto sine subiecto. sed non sequitur: ꝙ agens creatum potest facere formam in fluxu sine subiecto: immo sequitur oppositum: quia non potest facere formam quietam sine subiecto: causans autem motum effectiue causat formam in fluxu. ¶ Secunda ratio. scilicet ꝙ dat deus accidenti separato vt omnia possint sibi conuenire que possunt ei conuenire in subiecto. concludit oppositum. nam in subiecto non posset sibi conuenire nisi tantum ꝙ esset terminus motus. ergo nullo modo potest sibi aliud conuenire extra subiectum: et sic oportet dare aliquod aliud subiectum motus: quia secundum ipsum subiectum est ⁊ aliud a termino motus. ¶ Tertia ratio sua. scilicet ꝙ non est de essentia motus ꝙ aliquod subiectum fluat secundum ipsuz bene probat: ꝙ deus potest facere motuz sine subiecto sed non de agente creato: quia non potest separare q̄d cunqȝ ab illo quod non est de essentia sua: immo sequitur oppositum secundum suam responsionem ad primam rationem: quia non potest magis separare a subiecto formam in fluxu q̄ȝ in quieto esse. sed non potest creatura aliqua actiue esse causa forme in esse q̄eto sine subiecto. ergo nec in fluxu. ¶ Contra illud: quod ipse addit ad exponendum secundam conclusionem: scilicet ꝙ motus qui est hic per se secundum qualitatē non est sine subiecto. licet illud quod concomitatur terminum per se huius motus. scilicet quantitas sit sine subiecto. ¶ Contra hoc sic. Tota raritas est primus terminus formalis motus rarefactionis. illius autem subiectum est totum quantum. ergo illud presupponitur naturaliter isti termino: ergo non potest tātum per accidens acquiri per hoc ꝙ tanta qualitas acquiritur: quia prius naturaliter et presupp° situm alteri non solum acquiritur per hoc ꝙ acquiritur posterius naturaliter: immo prius presupponitur: iam acquisitum.

Ad quæstionem ergo respondeo: ꝙ in eucharistia manente potest intelligi quadruplex mutatio. vna secundum vbi. alia secundum qualitatem quā non concomitatur aliqua variatio secundum quantitatem. tertia secundum qualitatem quam concomitatur variatio secundum quantitatem: quarta secunduz quantitatem primo. ¶ De prima mutatione manifestum est quomodo requirit eandem quantitatem manentem sicut enim vbi in esse quieto necessario est: in quanto vt in subiecto: ita vbi fluens necessario est in eodem et requirit idem quantum manens sub eodem termino. ¶ De secunda etiam est manifestum ꝙ ibi eadem quantitas manet: et ita potest secundum communem opinionem esse subiectum illius alterationis: vt sic qualitas fluens habeat idem pro subiecto: quod ponitur qualitas manens habere et talis in genere est vel secundum figuram aliam ⁊ aliam: vel secundū qualitatem tertie speciei secunduz magis ⁊ minus: que variatio secundum magis ⁊ minus non corrumpit accidentia eucharistie secundum ꝙ sunt necessaria eucharistie: quia de variatione corruptiua dicetur in sequentibus. ¶ Sed de figuratione alia ⁊ alia videtur ꝙ corrumperet quantitatem secundum illud Auice. vij. metaphysice sue. ꝙ dimensio alia et alia requirit aliam et aliam quantitatem. sed hoc videtur esse contra sensuz quia nimis durum esset dicere ꝙ quotiens figuratur aqua aliter et aliter in alio et in alio vase totiens haberet nouam quantitatem simpliciter manentibus partibus eiusdem in se et in toto. figura ergo non dicit vltra quantitatem nisi relationem partium ad se inuicē: vel terminorum includentium partes: hec autem relatio mutari potest partib⁹ manētibus eisdē ⁊ ī se et ī toto. ¶ De qualitate etiam tertie speciei vbi tamen ī toto motu manet eadem species satis est manifestum ꝙ quantitas manet eadem. ¶ Sed de tertia transmutatione que est secundum rarum et densum. et de quarta videtur dubium. breuiter ergo vt predictum est ad propositum, opinionis communis: immo omnis dicens: ꝙ aliqua quantitas est noua. scilicet rarior: patitur eādem difficultatem quam et illa que ponit totam quantitatem esse nouam, nisi teneatur ibi via tacta ꝙ rarefactio est quedam iuxtapositio corporum subtiliorum inter partes corporis grossioris. secundum autem istā euaderetur difficultas, nisi ꝙ difficile ē videre quomodo hoc possit generari ab igne vel sole corpus subtilius vino. ⁊ de hoc esset dicendum sicut dicetur in sequēti questione. ¶ Sed esset alia difficultas: quia quamcito rarefierent ille species statim esset ibi alia substantia noua: et per consequens non vbiqȝ corpus christi. Mirum etiam videtur: ꝙ nulla substantia manens eadem omnino possit transmutari a raro in densum: nec econuerso. ¶ Sed quid tenendo opinionem communem / ꝙ ibi sit quantitas sine subiecto / vel tota noua. vel non noua / non curo: poterit ne hoc esse ab agente creato? Videtur ꝙ non. Primo quia quod immediate conseruatur a deo non potest corrumpi ab agente creato, talia sunt huiusmodi accidentia separata:

E

F Qualit̄ ꝙ figura ē 4 spēs q̄lita.

✝ quaero V. illis speciebus sacramentalibus si [illegible] aer immixtus. siue intromissus? quemadmodum in alijs rebus [illegible] tis contingit? uidetur sine dubio esse tenendum, ꝙ sic, quia illud est na[illegible]. omnia namqȝ porosa sunt s[ecundu]m nam, in illis at porís esse oȝ aliqu[illegible] sub[stanti]a, ne det[ur] uacuum. Vn[de] et in illis speciebus erit aliqua substa[nti]a, Si dicatur, ergo non erit ubiqȝ corpus X[rist]i: nullum ē inconueniens nam ponamus in hostia aliquam

et ideo non possunt corrumpi effectiue a creatura. cui⁹
ratio est: quia nulla cā creata potest hr̄e v̄tutem acti-
B uam preeminēte virtuti cause conseruantis ista in isto
esse: sed quantitas hec habet esse supernaturale vel im
mediate a causa supernaturali conseruante. ergo ꝛc.
¶ Item quantitas in subiecto non corrumpitur per
contrarium: quia nec habet contrarium ergo non nisi
per defectum subiecti vel alicuius necessario conseq̄n
tis ad ipsam; sed non potest hoc corrumpi per defectū
subiecti: quia est hic sine subiecto. nec secundo mō: q̄a
nullum aliud accidens quod sibi inest necessario con-
sequitur ipsam. ¶ Si ergo queras a qua causa indu-
citur quantitas noua? ¶ Respondeo: a solo deo īme
diate: nec tamen nouo miraculo: quia ea voluntate q̄
disposuit eucharistiam esse in ecclesia disposuit: ꝙ cir-
ca illas species presente actiuo naturali causaret talez
transmutationem qualem in substantiis cōuersis cau
saret agens naturale: ꝛ hoc ne meritum fidei euacua-
retur si videremus species intransmutabiles. ¶ Hec
via non potest improbari per sensum: quia saluat om
nia que apparent sensui. nec per rationem: quia si argu
as ꝙ aufert agenti naturali suam propriam actionem
¶ Respondeo, non aufert eam que potest sibi compe
tere. scilicet vt transmutet subiectum presens a forma
Joā. rodi. in formam. sed negat sibi illam que non potest sibi cō-
i.4. di. 10. petere. s. transmutare ꝛ non aliquod subiectuz. ¶ Ali
q.3. ar.4. ter dicitur tenendo in isto membro opi. cōmunem. s. ꝙ
in rarefactione quantitas sit noua: non tota: sed pars
in eodem subiecto: ꝙ in quantitate: non in subiecto, est
motus rarefactionis, per quem per accidens est aliq̄s
gradus quātitatis nouus. sed tamen sine subiecto nec
est nouum miraculum: quia quasi aggeneratur illa no
ua pars quantitati preexistenti nec est nouum miracu
lum aggeneratum quantitati separate habere similez
modum in essendo vel separationem: sicut exemplifi-
catur de partibus carnis generatis ex nutrimento in
christo. Eodem enim miraculo quo verbuz assumpsit
humanam naturam assumuntur ad vnitatem persōa-
lem partes carnis generate de nutrimento. ita hic eo-
dem miraculo quo facta est quantitas separata factū
est vt quicquid est pars eiusdem quantitatis sit simili
ter separatum. ¶ Contra hoc primo: quia posset isti
quantitati apponi alia quantitas: sicut si vinum non
consecratum apponeretur speciebus consecratis: ꝛ q̄
titas apposita non est sine subiecto: sicut illa cui appo
nitur. ¶ Nec ratio. nec illa similitudo est ad proposi-
tum: quia ille partes generate de nutrimento fuerunt
partes: vel fiunt alicuius totius assumpti a verbo. Sz
iste partes quantitatis non fuerunt: vel non sunt par-
tes alicuius totius primo habentis separatum eē: q̄a
licet pars accipiat simile esse toti sine nouo miraculo:
tamen pars non accipit simile esse alteri parti sine no-
uo miraculo: ꝛ q̄ꝛ tota raritas est per se terminus illi⁹
alterationis: tota illa habet pro suo proprio subiecto
totam quantitatem sicut pars partem. ergo tota ista p̄
supponit istam maiorem. ergo ꝛ per cōsequens illa q̄
titas est prius naturaliter maior q̄ꝫ ista raritas indu-
cta. ¶ Breuiter ergo q̄tum ad istum articulū vel opz
tenere opi. primam ꝙ quantitas nullo modo est alia
actione agentis creati. vel oportet dicere ꝙ agēs crea
Nota hoc, in quo consistit q. resolutio. tum possit agere sine passo in quod agat. Sed si pri-
mum apparet aliq̄bus improbabile. secūdū potest de
T.c.82. clarari aliqualiter. s. ꝙ agens creatum non req̄rat pas-
T.c.24. sum: nec aliquid supplens vicem passi. ¶ Et p̄mo ar-
D guitur cōtra istud scd̄m: quia videtur destruere funda
menta phie naturalis p̄mo phy. j. de gene. ꝛ alibi sepe
q̄ꝛ nō oporteret aliq̄d idē subesse termino trāsmutatio
nis. vr̄ etiā illa destruere q̄ apparent ad sensum. nā a-
gens qd̄ hz in v̄tute sua actiua cōplete terminū p̄t po
nere illum in esse si nō īpediat. ꝫ agēs creatū posset po
nere terminū in eē sine q̄cunq̄ꝫ passo: ꝛ sic posset facere
accidens sine subiecto et formā substantialē sine mā:
quod patet manifeste cōtra sensum. vnde agens crea-
tū ꝓpter duo requirit passum. s. ꝓpter se: q̄a passum est
cōcausa cū agente creato: q̄ꝛ hz virtutē limitatā i agē-
do: ꝛ ideo requirit cām aliā. s. materialem cōcurrentē
in fieri. ꝓpt̄ effectum etiam qd̄ est compositū ex mate-
ria tanq̄ꝫ parte p̄exn̄te. ꝛ forma tanq̄ꝫ parte aduenīēte
ergo nō poneret agēs creatū agere oīno sine mā vel i
se vel in equiualente. ¶ Sed diceret ꝙ primū supplet
vicem subiecti in comparatione ad agens creatū. qd̄ ꝓ
batur. q̄a sicut potest supplere vicem subiecti quantuz
ad esse q̄etum respectu accidētis: ita pōt vicē subiecti
supplere respectu agentis quantuz ad fieri effectus. ꝓ
batio. magis videt̄ requiri causa ad effectū q̄ꝫ ad aliā
causam ad causandum. subiectum autem respectu ac-
cidentis habet rationem cause: sed respectu agentis ꝛ
causantis accidens hz rationem concause tantum. er-
go ꝛc. ¶ Esset ergo modus iste huius cōclusionis. ꝙ
agens causatum non agit sine subiecto: vel in se: vel in
aliquo supplente vicem subiecti. Et in proposito: licz
nō sit subiectū in se: deus tamen supplet vicem subie-
cti. i. causalitatem extrinsecam que competeret substā
tie si adesset: et hoc inquantum illa causa extrinseca re
quiritur cum agente creato vt concausa. Et hoc ē pos
sibile sicut possibile est ꝙ deus suppleat vicem illi⁹ cau
se respectu effectus creati. non enim magis dependet
causa a concausa q̄ꝫ effectus causatus ab vtraq̄ꝫ cau-
sa. ¶ Sed cōtra hoc iterum arguitur: quia causalitas
subiecti est receptio forme: sed impossibile est deum vl'
in se vel in quocunq̄ꝫ habere rationem receptiui forē.
¶ Item agens causatum si requirit passum vt cōcau
sam: et hoc in ratione recipientis formam. ergo nō po
test agere sine tali passo sine nouo miraculo: et ita erit
nouum miraculuz ꝙ agat posito aliquo tali quod sup
pleat vicem subiecti: sed in actione miraculosa agens
creatum non agit totuz ex se. ergo oportet redire i hoc
ꝙ illa actio non sit ab agēte creato. ¶ De quarta trās
mutatione que est in quantitate secundum se, facilius
est. hic enim non est aliqua possibilis secundum aug-
mentum et diminutionem: quia non sunt species ani-
mate: sed est hic possibilis secundum appositionem: et
ablationem. potest enim ista superficies diuidi in par-
tes: et potest hic aliquod apponi quantum. ¶ De di-
uisione dico ꝙ non est proprie mutatio aliqua eiusdez C
subiecti: sed tantum est reductio partium in actu: que
prius erant in potentia in toto: hoc est indistincte, re-
ductio inquam ad actum distinctum: quia prius erant
in toto continuate. et ita quodammodo vnum ꝛ post-
ea extra totum discontinuate. ¶ Si tamen queratur
subiectum hic in mutatione tali quali. ¶ Respondeo
ipse partes manentes secundum eandem entitatez po
sitiuam (licet non cum illa precisione quam intelliga-
mus dicentes partem esse in actu) possunt poni subie-
ctum: quia secundum eandem entitatem positiuam e-
rant in toto et postea extra totum: sed in toto habue-
runt continuationem que prohibuit illam actualitatē
includentem precisionem. extra totum autem habent
eam: ita ꝙ partes transmutantur a forma ad priuatio
nem et ita non est hic generatio: sed quasi corruptio si
ne generatione: quia illa entitas que nunc est vtriusq̄ꝫ
partis positiua totaliter prefuit: licet nō prefuit sub
illa precisione: scilicet non cum alio sicut nunc est. illa
autem entitas totius que prefuit non manet nunc. pa
tet ergo quomodo ista transmutatio non requirit quā
titatem eandem manentem: loquendo de identitate q̄
est continuitas: sed tamen requirit identitatem loquē
do de quocūq̄ꝫ positiuo hic ꝛ ibi, licz aliter se habente.

ergo non est ubi corpus x[i]. q[uod] obstet istud inconueniens? nullum sane. sed corpus x[i]. adest ubicumque adsunt sp[eci]ēs, si ibi non sunt ibi non adest. nec ob hoc non est sub q[ua]cumque parte specierum, q[ui]a ibi non est aliqua pars sp[eci]er[um].

species ille non corrumpuntur simpliciter sed alteran-
tur. ergo agens potens in primam partem alterationis
potest et in quālibet. ergo dum manet illa alteratio nō
necesse est substantiam redire. ¶ Sed ad istud argu-
mentum probabilius esset dare 2m membrum: et tunc
primū quod infertur forte non esset inconueniens opi
nanti. diceret enim ꝙ non manet eucharistia q̃diu ma
nent species ille qualitercunq̃ se habentes sed q̃diu
manent vt conuenientes nutrimento possunt autē sic
alterari vt non conueniant nutrimento anteq̃ totalit
corrumpatur. sicut posset panis non esse conuenies nu
trimentum anteq̃ corrumperetur sapor ⁊ alia acciden-
tia: ⁊ tunc difficile esset inuenire certum gradum alte-
rationis vel putrefactionis vsq̃ ad quem precise ma-
neret eucharistia. ¶ Ad secundum diceretur: ꝙ pro-
pter totam illam alterationem que precedit corruptio
nem specierum: ⁊ per consequens corruptionē eucha-
ristie non oportet substantiam redire: sed oportet eā
redire propter generationem que sequitur illā altera
tionem ⁊ concomitabitur corruptionem specierum nō
autem potest redire tunc quando erit corruptio. q2 tūc
simul esset ⁊ non esset. ¶ Sed ista responsio non assi-
gnat sufficientē reditionem substantie panis. eque. n.
posset agens naturale agere vsq̃ ad vltimum instans
si non rediret p te: ergo nō dicit sufficienter.

Est alia opinio, que ponit materiam re-
dire. exponitur tamen ꝙ non potest intelligi de ma-
teria prius annihilata: quia quod in nihil est redactū
non potest iterum idem numero redire: nec etiam de
materia prius conuersa in corpus christi. hoc potest in-
telligi: quia illa non posset redire nisi corpus christi vl'
materia corporis christi ecōuerso conuerteretur ī ma-
teriam panis. sicut nec panis conuersus posset redire:
nisi corpus christi conuerteretur in panem. Sed opor
tet istam opi. intelligi si debeat probabiliter sustineri:
ꝙ deus nouam materiam creat: nec oportet tunc pone
re nouum miraculum: quia hoc est ex antiquo miracu
lo ne fides perdat meritum: ⁊ per consequens vt om-
nis transmutatio possit hic fieri ab agente naturali: q̄
posset fieri si accidentia essent in substantia. nec tūc sim
pliciter substantia materie corporee in cōuersione mi-
nueretur: nec in principio creata per istius reditionem
augeretur: quia quantum fuit de materia conuersum
in corpus christi tantum redit hic vel creatur. ¶ Cō-
tra hanc opi. arguo sic. quero enim quando redit ma-
teria. aut in vltimo instanti quando generatur ibi no-
ua substantia: aut ante vltimum instans. Non ante. p
pter duo. tum quia manente eucharistia esset substātia
ibi materie alia a materia corporis christi: quod non
tenet communis schola. Tum quia illa materia esset si
ne forma: quod est simpliciter impossibile secundum
istum: saltem non est possibile sine nouo miraculo: sed
non sunt ponenda plura miracula sine necessitate. Si
vero in instanti generationis redit materia. frustra po
nitur redire ad hoc vt agens naturale generet ex ea. q2
non generat nisi de materia quanta secundum istū ma
xime. Similiter non potest generare nisi cum illa gña
tione concomitetur corruptio: ⁊ specialiter secundum
istum: sed tunc non corrumpet aliquam substantiam:
quia illa materia non redit sub forma substantiali cor
rumpenda: quia tunc simul haberet eam ⁊ non habe-
ret. ¶ Modus etiam quo dicit iste doctor opi. istā ne-
cessario esse tenendam. s. ꝙ non redeat: nec materia an
nihilata nec conuersa: sed tantūmodo possibile est eā
redire: quia alia noua creatur. non videtur probabilis
quia materia annihilata redire potest et materia con-
uersa. ¶ Primum probatur: quia nihil sequens anni
hilationem materie est eiusdem rationis: cum nihilo
precedente creationem materie. sicut terminus anni-
hilationis ad quem ⁊ creationis a quo sunt idem/ vel
eiusdem rationis: sicut in generatione et corruptione.
ergo est eadem distantia materie ad nihil sequens an
nihilationem eius: ⁊ ad nihil precedens creationē ei9
ergo eadem potentia potest super hanc distantiam: et
illam que ergo potest creare potest et annihilatam re-
parare. ¶ Item. materia annihilata non est magis ni-
hil q̃ ante creationem. non ergo magis includit ꝯtra-
dictionem q̃ prius. ergo sicut prius potuit omni potē
tia illud producere quod sic erat nihil: ita ⁊ nunc pōt.
¶ Secundum scilicet de materia conuersa probatur.
quia corpus christi non aliter se habet per hoc ꝙ panis
conuertitur in ipsum. ergo econuerso posset panis con
uersus redire eo modo quo conuersus est in ipsum abs
q̃ hoc ꝙ corpus christi aliter se haberet ī se. quia sicut
habendo in se istam entitatem post conuersionem nō
aliter se habet positiue. ita in non habendo: puta si re-
diret panis non aliter se haberet priuatiue. ¶ Tertia cō.
opi. est. ꝙ sicut commentator dicit primo physi. Et de 4 p
substantia orbis in materia generabilium et corrupti- exp
bilium oportet intelligere dimensiones interminatas
ante aduentum forme substantialis: alias non posset ī
telligi diuisio materie vt in diuersis partibus materie
sint diuerse forme substantiales. huiusmodi autem di-
mensiones post forme substantialis aduentum accipi
unt esse terminatum et completum. quicquid autem in-
telligitur in materia ante formam substantialem hoc
manet idem numero in generato ⁊ corrupto: quia re-
moto posteriori oportet remanere prius. Sicut ergo
mediantibus his dimensionibus īcompletis materia
panis conciperet formā eius quod ex pane generare-
tur. ⁊ hoc pane non conuerso. Ita (cum nunc sit datū
dimensionibus vt subsistant ⁊ habeant esse conforme
esse prioris substantie) datur eis ꝙ possint subesse for-
me substantiali: quia de natura sua non habent ꝙ sub
sint nisi tantum accidentali. sed a forma substātiali ha
bent hoc: ⁊ tunc vel ex consequenti adueniet materia
propter concomitantiam naturalem forme ad materi
am vel ipsi dimensioni virtute diuina dabitur natura:
materie propter propinquitatem ad ipsam: vt sic illud ge
nitum sit compositum ex materia ⁊ forma. ¶ Addit Ho
huic opi. ꝙ si ex talibus dimensionibus generaretur ver q.3
mis primo: ⁊ post ex partibus nutrientibus generare-
tur substantia: materia nutrimenti erit tandem mater
ia illius substantie. ¶ Contra istā opi. arguo sic. for
ma determinata ad aliquod receptiuum nullo mō po-
test aliud perficere: sicut nec albedo angelum: nec sapi
entia lapidem: sed forma substantialis determinatur:
ad materiam substantialem: vt ad proprium suscepti-
uum. ergo nullo modo pōt perficere dimensionem de
genere quantitatis que non est materia substantialis.
¶ Item forma de genere priori non potest perficere
susceptiuum de genere posteriori ergo nec forma sub-
stantialis dimensionem. antecedens probatur. quia a-
ctus presupponit potentiam: ⁊ hoc loquendo de ordi-
ne originis. actus autem generis prioris nec origine:
nec perfectiōe aliquid presupponit de genere posterio
ri. ¶ Item tertio ⁊ videtur manifestius: quia forma
substantialis est talis actus qui est natus constituere:
per se vnum cum suo perfectibili per se. sed non potest
constituere vnum per se cum aliquo de genere quanti
tatis. ergo ⁊c. ¶ Item. illud quod est essentialis ratio
terminandi dependentiam alterius non potest ad il-
lud dependere. forma substantialis est huiusmodi re-
spectus quantitatis. ergo ⁊c. ¶ Item quomodo de po
tentia dimensionis potest deduci forma substātialis:
cum ex natura rei non sit in illa tanq̃ in proprio potē
tiali. Sic ergo videtur improbata prima pars opi. in

Tho. p̄ñti d.ar.2.ī so. p̄n.2.q.

Th.1.p.su. q.66.art.h.

Th. vbi.s ar.2.

generali.s.q dimensio nō potest habere vicem materie respectu forme substantialis. ¶ Quātum autem ad generationem ex illa dimēsione improbatur in speciali.primo sic. ¶ Ignis genitus ex illa dimensione et forma substantiali ignis non esset vniformiter:nec vniuoce ignis cū alio igne generato ex forma substātiali ꝛ materia ignis:ꝛ tunc ignis non vniuoce ageret cōburēdo hostiā sicut cōburēdo lignum. ¶ Item.nō solum in vno sequitur absurditas q erit ignis mathematicus ex quātitate ꝛ forma substantiali:sed erit talis ꝓcessus in gn̄abilibus ꝛ corruptibilibus vsq ad finem mundi.nā ex illo igne habēte dimēsionē pro materia dicto mathematico gn̄abit aqua habēs idem ꝓ materia qd habuit corruptū ꝓ materia:ꝛ ex illa aqua aer:ꝛ sic vsq ad finē mundi: vel in infinitum ꝫm philosophos. ¶ Hoc etiam ille alius doctor addit de modo siue materia nutrimēti aduenientis nō saluat ꝓpositū.posito enim q genitū non sit nutribile sicut ignis nihil valet. ¶ Item.esto q sacerdos eēt nutritus de istis speciebus ꝛ positio sicut possibile est q ꝑ magnū tempus quousq multe partes materie fluxissent ꝛ noue genite fuissent.sequit q ille partes nō iterū erunt vere partes carnis:ꝛ ex partib⁹ essentialib⁹ carnis cōstitute sicut alie partes que nō essent genite ex specieb⁹: et sic possibile esset ponere casum q puer nutritus ex specieb⁹ vsq in finē vite sue non resurgeret nisi homo cōpositus ex dimensione et forma substātiali vna vel

Ri.pn̄ti d. ar.2.q.2.in sol.prin.

pluribꝰ. ¶ Quarta opinio est:q in trāssubstātiatiōe ipsis accidētib⁹ cōmunicatur ꝑ creationē possibilitas transmutabilis:nō tm̄ in formā:ſz etiā in infimū gradū actualitatis que est materia. ergo accidētia resoluunt postea in materiā ex p̄dicta possibilitate eis annexa conuersa in actualitatē gradus infimi naturaliter factā. Et ita hec opi.cōcordat cū secunda.s.q materia redit:ſz nō imediate a deo:ſz ꝑ actionem agētis naturalis. ¶ Contra hoc:quia hoc purū possibile ꝫm ip̄m est terminus creationis.ergo est aliqd extra causam suā:vel extra primā cām habēs entitatē positiuā materia inferiorē:sed hoc est falsum:qꝛ dicit August.

12.c.33.

lib.confes. Fecisti dn̄e duo:vnū ꝓpe te angelicā naturā:aliud ꝓpe nihil.s.materiā primā. ergo de facto nihil est inferius materia prima:ſz forte possibile sit aliquid inferius creari a deo.quicquid sit de hoc non habet hic bene locum disputatio de hoc. ¶ Ad propositum arguo sic.materia nō ꝓducit ꝑ gn̄ationē cum sit fundamētū p̄suppositū gn̄ationi. ergo agēs naturale nō pōt illud purū potētiale admixtū speciebus cōuertere in materiā primā vel in cōpositū:ita q actione illa producat materiā primā vel propriā isti composito. ¶ Itē.esto q tale cōpositū poneretur in specieb⁹ eucharistie:et q possibile esset de illa actione naturalis agentis ꝓducere materiā vel cōpositū adhuc frustra poneret:qꝛ agēs naturale nō pōt agere nisi inquantū actu est:qd non esset hic.

Dico ergo ad questionē.q transmu-

B tationū possibilū circa eucharistiā,quedā stant cū eucharistia manēte.quedā nō. omnes p̄ime non requirūt substantiā redire quācūq:nec actione diuina:nec actione agētis naturalis:nec in illis de facto est materia vel redit. ¶ Secūdarum aūt quedā nō requirunt substantiam redire:tm̄ redit actione diuina.ita q sunt quatuor conclusiones. ¶ Prima ꝓbat.omne agens potēs in trāsmutationē aliquā pōt in terminū illius si habet susceptiuū:nō magis repugnās termino q̄ motui.sed in trāsmutationibus in quibus manet eucharistia agēs naturale pōt in totū motū:ꝛ susceptiuū nō plus repugnat termīo q̄ motui. ergo ꝛc.minor patet. qꝛ susceptiuū non pōt hic poni nisi quātitas.quātitati sūt non magis repugnat vnus gradus qualitatis ad quē pōt esse transmutatio q̄ alius gradus.ī perfectior ꝫm quē et alios sibi similes pōt esse motus alterationis. Nam quātitas ꝫm rationē sui nō determinat sibi aliquē gradū qualitatis.igit ꝛc.et sic patet prima conclusio.s.q manēte eucharistia nō est necessariū redire substātiā. ¶ Et ꝑ idē potest ꝓbari tertia cōclusio.s.q C
transmutatio corruptiua eucharistie:dum tm̄ ibi maneat eadē quātitas:que sit subiectum trāsmutatiōis: non necessario requirit substātiā redire. ¶ Secunda cōclusio probat.qꝛ dum manet eucharistia non est ibi substātia nisi substātia corporis christi.accidētia etiā manēt tūc sine subiecto.sed neutrū istorū esset verū si alia substātia rediret.ergo manente eucharistia nulla substātia de facto redit. ¶ Quarta conclusio est dissi D
milis secūde que est.siue per alterationem:siue ꝑ motū in quantitate corrumpat eucharistia redit de facto substātia:ꝛ hec est substātia cōposita cui talia accidentia cōuenirēt quā etiā afficiunt:ꝛ hoc in istāti corruptionis ꝛ imediate a deo. ¶ Prima pars huius conclusionis ꝓbat:qꝛ deus statuit illas species manētes esse sine subiecto in eucharistia p̄cise ꝛ nō alibi. ergo statuit q cessante eucharistia non sunt spēs sine subiecto:et per ɔn̄s in ipso instāti corruptiōis sit ibi aliqua substātia. ¶ Secūda pars ꝓbat:qꝛ si aliqua substantia redit:nō alia q̄ illa que potest illis accidētibus nouis affici:qꝛ alia substātia non esset capax. ¶ Tertia pars ꝓbat.s.q non redit imediate nisi a deo:qꝛ nullū aliud agēs habet virtutē actiuā ad hoc sufficientem. Nō q̄ redit substātia ɔposita dū accidētia eucharistie manēt:vt dicit prima opinio.nec vt dicit secunda opinio:redit materia siue ꝑ reparationē seu resolutiōem seu creationē:qꝛ hoc eēt omnino superfluū:cum ꝑ materiā solā nō posset magis saluari actio aliqua agentis naturalis.nec vt dicit tertia opinio dimēsio est susceptiuum forme substātialis.nec vt dicit q̄rta opinio possibilitas illa est aliquid:nec in aliquid conuertibile. ¶ Que aūt trāsmutatio possit fieri manente eu- E
charistia,patet:qꝛ quelibet alteratio ꝑ quā non inducitur aliquid incōpossibile pani si maneret:ꝛ trāsmutatio ꝫm quātitatē ꝑ se vt fractio et diuisio:quia partes panis homogenee nate eēnt manere sub illis partibus quātitatis diuise.vel ꝫm quātitatem cōcomitanter:vt est in rarefactiōe vel cōdēsatiōe:dū tm̄ nō inducatur quātitas repugnās substātie pa[...] esset. ¶ Per oppositum aūt tr[...] ꝫm qualitatē ꝫm gradū illū ꝫm quē [...] pane si maneret:ꝛ hoc ſz q̄titas oīo maneat eadem: talis aūt nō pōt fieri manēte eucharistia.vel saltē non fit de facto.vnde si possibile eēt q calor ignis iduceretur in specieb⁹ cōsecratis ꝫm gradū repugnātē pani si adesset:ꝛ tm̄ quātitas oīno eadē que pri⁹ maneret/corrūperet eucharistia:qꝛ eucharistia non cōsistit in sola quātitate:ſz in aliis accidētib⁹ necessario consequen- F
tib⁹ substātias ɔuersas. Et ꝑ ɔn̄s in inductiōe illius caloris incōpossibilis rediret substātia de facto.vt ꝓbatum est quarta cōclusione,ſz hic nō eēt necessarium ꝓpter actionem agētis naturalis vt dicit tertia ɔclusio.haberet enim agēs naturale quātitatē ꝓ subiecto in quā posset inducere illū calorē:vt ꝓbat ꝓbatio prime ꝛ tertie ɔclusionis:ꝛ tūc esset ibi quantū calidū calore igneo:ꝛ tamen non esset ignis.

Ad argumēta. ¶ Ad primum dico q quātitas separata non habet aliquē modū positiuum substātie.ſz tm̄ negatiuū:istum.s.nō inesse actu subiecto:ſz iste modus negatiuus nō sufficit ad hoc vt possit esse subiectū magis q̄ prius.imo cuius potuit prius eē imediatū subiectū eius p̄cise pōt eē nūc:pōt tm̄ con

species ille non corrumpuntur simpliciter sed alterantur. ergo agens potens in primam partem alterationis potest et in qualibet. ergo dum manet illa alteratio nõ necesse est substantiam redire. ¶ Sed ad istud argumentum probabilius esset dare secundum membrum: et tunc primũ quod infertur forte non esset inconueniens opinanti. diceret enim ꝙ non manet eucharistia q̃diu manent species ille qualitercunq̃ se habentes: sed q̃diu manent vt conuenientes nutrimento possunt autem sic alterari vt non conueniant nutrimento anteq̃ totaliter corrumpatur. sicut posset panis non esse conuenientẽs nutrimentum anteq̃ corrumperetur sapor ⁊ alia accidẽtia: ⁊ tunc difficile esset inuenire certum gradum alterationis vel putrefactionis vsq̃ ad quem precise maneret eucharistia. ¶ Ad secundum diceretur: ꝙ propter totam illam alterationem que precedit corruptionem specierum: ⁊ per consequens corruptionẽ eucharistie non oportet substantiam redire: sed oportet eã redire propter generationem que sequitur illã alterationem ⁊ concomitabitur corruptionem specierum: nõ autem potest redire tunc quando erit corruptio. q: tũc simul esset ⁊ non esset. ¶ Sed ista responsio non assignat sufficientẽ reditionem substantie panis. eque. n. posset agens naturale agere vsq̃ ad vltimum instans si non rediret p te: ergo nõ dicit sufficienter.

Est alia opinio. que ponit materiam redire. exponitur tamen ꝙ non potest intelligi de materia prius annihilata: quia quod in nihil est redactũ non potest iterum idem numero redire: nec etiam de materia prius conuersa in corpus christi. hoc potest intelligi: quia illa non posset redire nisi corpus christi vel materia corporis christi ecõuerso conuerteretur ĩ materiam panis. sicut nec panis conuersus posset redire: nisi corpus christi conuerteretur in panem. Sed oportet istam opi. intelligi si debeat probabiliter sustineri: ꝙ deus nouam materiam creat: nec oportet tunc ponere nouum miraculum: quia hoc est ex antiquo miraculo ne fides perdat meritum: ⁊ per consequens vt omnis transmutatio possit hic fieri ab agente naturali: q̄ posset fieri si accidentia essent in substantia. nec tũc simpliciter substantia materie corporee in cõuersione minueretur: nec in principio creata per istius reditionem augeretur: quia quantum fuit de materia conuersum in corpus christi tantum redit hic vel creatur. ¶ Cõtra hanc opi. arguo sic. quero enim quando redit materia. aut in vltimo instanti quando generatur ibi noua substantia: aut ante vltimum instans. Non ante. propter duo. tum quia manente eucharistia esset substãtia ibi materie alia a materia corporis christi: quod non tenet communis schola. Tum quia illa materia esset sine forma: quod est simpliciter impossibile secundum istum: saltem non est possibile sine nouo miraculo: sed non sunt ponenda plura miracula sine necessitate. Si vero in instanti generationis redit materia. frustra ponitur redire ad hoc vt agens naturale generet ex ea. q: non generat nisi de materia quanta secundum istũ maxime. Similiter non potest generare nisi cum illa gñatione concomitetur corruptio: ⁊ specialiter secundum istum: sed tunc non corrumpet aliquam substantiam: quia illa materia non redit sub forma substantiali corrumpenda: quia tunc simul haberet eam ⁊ non haberet. ¶ Modus etiam quo dicit iste doctor opi. istã necessario esse tenendam. s. ꝙ non redeat: nec materia annihilata nec conuersa: sed tantũmodo possibile est eã redire: quia alia noua creatur. non videtur probabilis quia materia annihilata redire potest et materia conuersa. ¶ Primum probatur: quia nihil sequens annihilationem materie est eiusdem rationis: cum nihilo

Tho. p̃nti d. ar. 2. i so. p̃n. 2. q.

Th. 1. p. sũ. q. 66. art. h.

Th. vbi. s. ar. 2.

precedente creationem materie. sicut terminus annihilationis ad quem ⁊ creationis a quo sunt idem vel eiusdem rationis: sicut in generatione et corruptione. ergo est eadem distantia materie ad nihil sequens annihilationem eius: ⁊ ad nihil precedens creationẽ eius ergo eadem potentia potest super hanc distantiam: et illam que ergo potest creare potest et annihilatam reparare. ¶ Item. materia annihilata non est magis nihil q̃ ante creationem. non ergo magis includit contradictionem q̃ prius. ergo sicut prius potuit omni potẽtia illud producere quod sic erat nihil: ita ⁊ nunc põt.

De tertio articulo dico q̄ ecclesia preceptum istud quātum ad aliqua predictorū non specificauit: ⁊ quātum ad aliqua specificauit: precipua aūt specificatio huius precepti inuenit̄ in illo capitulo. extra de penitē. ⁊ remis. Omnis vtriusq̄ sexus. ¶ Quantum ad quis specificauit: q͛ peccator adultus postq̄. s. ad annos discretionis attigerit ⁊c. et nihil aliud est q̄ adultus fm̄ intellectum prius assignatum. ¶ Quantum ad que: dicunt quidam q̄ si habet mortalia tenet̄ precise ad cōfessionem illorū ⁊ non venialium. Si autē habet sola venialia propter preceptū ecclesie tenet̄ in illo casu ad illorū cōfessionem. ¶ Hoc non intelligo: q͛ in illo capitulo dicit̄ omnia peccata sua: aut fit ibi distributio de peccatis venialibus aut non. si sic. ergo habens mortalia per virtutē illius precepti tenet̄ ad confessionem venialium. si non. ergo non habens mortalia sed tm̄ venialia non tenet̄ ad cōfessionem illorū: q͛ simpliciter non cadūt sub illo quod dicit̄ ibi: omnia peccata sua: vnde videt̄ contradictio ponēdo eūdem intellectum vocabulorū istorū omnia peccata sua dicere istū obligari ad cōfessionem venialium: ⁊ non istum. ¶ Itē esto q̄ aliquis vixit sine peccato mortali vsq̄ ad medium quadragesime: si tunc confiteret̄ vt impleret preceptum ecclesie per te teneret̄ confiteri venialia: q͛ illa sola habet: peccet illo die mortaliter velit post implere preceptum ecclesie de cōfessione per te non tenet̄ confiteri venialia illa que prius habuit: ergo per cōmissionem mortalis absolutus est ab aliqua obligatione: sc̄z a cōfessione venialium: quod videt̄ irrationabile. ¶ Dico igitur q̄ quātum capio ex statutis ecclesie generalibus B nullus tenet̄ ad cōfessionem venialium in quocūq̄ casu: nec in hoc ecclesia specificauit preceptum de confessione: ⁊ hoc rationabiliter: q͛ ipsa vtitur sacramento penitētie tanq̄ tabula secūda cōtra naufragium quod non est in venialibus. Nec aliquis tenet̄ ad aliquā contritionem de venialibus: immo in actuali voluntate vel actu venialis moriens saluabit̄: vapulabit tamen. Nō videt̄ aūt q̄ aliquis teneat̄ ad secūdam partem penitētie que est cōfessio de quo non teneat̄ habere contritionem vel attritionem. ¶ Hoc etiam patet ex alio q͛ (sicut supra dictum est) venialia delent̄ totaliter quātum ad culpam ⁊ penam: quādoq̄ sine aliquo opere speciali sicut per actum feruētem cōtemplationis in deū quēadmodum gutta consumit̄ a flamma vehemēti. ¶ Si queras quomodo ergo sacerdos cognoscet vultū pecoris sui: si ille qui dixit se vixisse innocēter non tenet̄ confiteri venialia sua? ¶ Respondeo. siquis sibi confiteretur ⁊ solū venialia: ex quo cognoscet ipsum non fecisse nisi sola venialia: ex nullo nisi ex cōfessione sua. vnde extra de offi. ordinarij significauit: cōfitenti penitētialiter in omnib⁹ credēdum est: q͛ nō est verisimile q̄ quis sit immemor sue salutis. ergo sibi eodē modo credat vel penitenti ⁊ dicēti. Dñe regratior deo q͛ ex quo fui vltimo confessus non habeo conscientiam de peccato mortali: date mihi eucharistiam: ⁊ in ista penitētia tātam habet cognitionem vultus pecoris sui quātam si narrasset venialia sua per duos dies: nec aliam certitudinē posset habere de proprijs venialibus si confiteret̄ q̄ modo habet innocētia eius: sc̄z per proprium testimonium eius. Quātum igit̄ ad que ecclesia circa illud preceptū non specificauit. ¶ Quātum aūt ad cui videt̄ specificare p̄ hoc q̄ ait proprio sacerdoti. Nam ex prima institutione ecclesie non vident̄ fuisse distincti proprij sacerdotes quādo enim apostoli hinc ⁊ inde ibant predicādo verbum dei: nec fuit iste sacerdos istius gētis nec illius: et nec iste nec ille: sed post sunt dioceses distincte ⁊ parrochie: ⁊ sacerdotes in parrochijs: pro tūc tamen possunt ⁊ poterāt dici proprij sacerdotes / quicūq̄ habētes iurisdictionē ordinariā: vel cōmissam vel soli habētes iurisdictionem ordinariam cōtra cōmissarios: vel strictissime soli habētes immediatā iurisdictionē ⁊ proximā ordinariam. Et fm̄ hos intellectus possunt fieri altercationes hodie inter ordinarios ⁊ cōmissarios de intellectu illius capituli. Siquidē ordinarij ⁊ proximi ⁊ inferiores non altercant̄ cōtra superiores vt ipsi soli sint proprij ⁊ non alij: nō eī ita faciliter audēt curati resistere episcopis sicut pauperibus priuilegiatis. ¶ Si tamen S ponderaret̄ virt⁹ vocabuli: proprio sacerdoti: proprius q̄si solus ⁊ non alius: vel proprius isti: q͛ isti ⁊ nō alij: neutro modo obligatur aliquis ad cōfitēdum proprio sacerdoti: q͛ si multi ex equo presunt alicui parrochiano: vterq̄ ex equo absoluit. Idē etiam ex equo absoluit multos parrochianos: igitur intelligit̄ pro habēte iurisdictionem ad immediate absoluēdum istum: nec in hoc tūc specificat̄ preceptum: q͛ in generali erat de cui: sc̄z sacerdoti habēti iurisdictionē. Et si aliquis possit cōmittere illam immediatā iurisdictionē vni quam alius habet ordinarie quod ipsi non negant papā posse: igitur fm̄ istum intellectū cōmissarius potest fieri p̄prius: non igit̄ illud proprio sacerdoti: specificat cui: vt includitur in precepto primo: nisi dicat̄ q̄ in primitiua ecclesia quilibet sacerdos habuit iurisdictionē supra quemlibet penitentem: ⁊ nunc singulis sunt determinati singuli penitētes vt subditi: ⁊ tunc quilibet erat p̄prius cuilibet hoc modo: sc̄z q̄ habēs iurisdictionē ordinariam super quēlibet: sed non proprius. i. determinatus sibi vel parrochie sue: sicut modo est proprius: sed ista proprietas nullam potestatem specialem tribuit p̄prio quam nō habuisset ille: sed tm̄ limitat aliquos aliquibus. ¶ Si vero queras vtrū de vi precepti primi: ⁊ de eius explicatione quātum ad istum articulum cui: liceat cōfiteri laico? ¶ Ad quod magister videt̄ respondere in litera q̄ sic. ⁊ auctoritates sunt in canone de peni. dist. vi. §. Placuit. ¶ Respondeo talis confessio potest esse materia verecūdie: que est vna pena debita peccato: ⁊ in hoc cōfitens soluit aliquam penam quā solueret T si confiteret̄ sacerdoti: sed q͛ accusatio ad hoc ex p̄cepto fit ⁊ non ad aliud vt sequat̄ sentētia: ⁊ laicus nullam habet sentētiandi auctoritatē in isto foro: sequit̄ q̄ nullum preceptum est de accusando se laico: ⁊ forte vtilius esset non accusare se illi si posset equalem verecūdiam habere apud se recogitādo eadem peccata: ⁊ sic eque puniri. ¶ Et si diceret aliquis q̄ necessarium est non cōfiteri laico: q͛ nulli licet diffamare se nec prodere peccatum suū occultum: maxime quādo illi cui prodit non presumit̄ celator secreti: nec scit melius consulere peccatori q̄ ipsemet sibi: forte enim propter cōsilium requirendum liceret alicui reuelare peccatum suū alicui laico discretiori: sed nec hoc patet: q͛ consilium posset

Rich. pnti dist. ar. 2. q. 4. in sol. ad 1. argu.

inquiri posito casu in vniuersali de aliquo absq3 reuelatione peccati sui. ¶ Quid igit de malefactorib9 dānātis cōfitētib9 laicis? ¶ Rñ. simplicitas excusat eos ne in hoc peccēt: ⁊ humilitas eoꝝ est meritoria eis p quāto volunt illud qđ ptinet ad sacramētū penitētie supplere sicut possunt. Sed viro discreto qui bñ sciret ad quid est confessio instituta: nec forte vtile foret nec sine forte necessariū talem cōfessionē facere. ¶ Quo ad qñ ecclesia determinauit pceptū .s. semel i anno. ⁊ illud semel videt ad min9 esse circa pascha: quo tēpore fm illō capitulū debet quilibet xpian9 cōmunicare nisi in casu. ¶ Et si dicas q hec specificatio est laxatio qr prius tenebant statim cōfiteri habita oportunitate cōfessoris: nunc aūt non tenent vsq3 ad quadragesimā. ¶ Rñdeo:
Alexā. de vtrūq3 est dubiū aliquib9 quibusdā dicētibus ⁊ tunc ⁊
ales.q.2. nunc tenet statim habita oportunitate cōfessoris confi
Ric.pñ.di. teri: quibusdā dicētibus q nec tunc: sed tñ in voto cōfi
ar.3.q.6. teri pro aliquo tēpore ante mortē: nec nunc: sed p voto cōfiteri semel in anno. ¶ Scdm videt esse initius: qr pcepta penalia nō sunt amplianda: s3 restringēda: nec inuenit qñ pceptū istud affirmatiuū liget vel obliget nisi ad aliquādo: ⁊ illud qñ ante specificationē ecclesie fuit indeterminatū ad qđcūq3 qñ ante mortē: sed post specificationē est indeterminatū ad quodcūq3 qñ vnicum in anno: semper tñ oportet habere voluntatē cōfitēdi tūc pro quando preceptū obligat hoc dico sic q pro nunq voluntatem habeat.

Ad argumenta. Ad primum pōt dici

q tēpore negationis Petri sacramētum penitētie nō fuit institutū: sed post resurrectionē qñ xps dixit discipulis suis. Accipite spm sanctū quoꝝ remiseritis ⁊c. Et ideo non tenebat pro tūc ad cōfessionē: nec post institutionē sacramēti adhuc tenebat: qr iam ante resurrectionē p aliud remediū fuit peccatū suū deletū. ¶ Et cōsimiliter respōderi pōt de infidelitate omniū discipulorū in passione xpi q nō tenebant post ad confessionē: qr post resurrectionē penituerūt ante istitutionē sacramenti penitētie: ⁊ hoc bñ ꝯfirmat q cōfessio nō erat de lege nature nec mosayca. ¶ Sed ad illa verba Ambr. Lachryme lauāt delictū qđ voce pudor est cōfiteri. nō sunt sic intelligēda q sine cōfessione pudorosa in actu vel in habitu lauet delictū: sed cōtritio pōt esse tāta: q in ea etiā ante ꝯfessionē delet pctm: qđ tñ est ita graue q cōfessio eius sequēs est pudorosa. ¶ Ad auctoritatē Aug. ⁊ Cassiodori sup psal. Dixi confitebor. dico q illa cōtritio habet ppositū seu pmissionē ꝯfessionis secuture. ⁊ sic non delet pctm sine pposito confitēdi: qđ patet per finē auctoritatꝭ Cassiodori: vbi subdit. Votū p opere iudicat: quasi diceret votū vel volūtas cōfitēdi iudicat p cōfessione futura: nec tñ sequit ex hoc q sine confessione futura pctm deleat quātū ad penā debitam: qr illa cōfessio est vna pena. ⁊ si illa non soluat hic si sit tñ volūtas soluēdi soluet alibi. Si aūt mutet volūtas soluendi illā: iam recidiuat a vera penitētia ⁊ peccat mortalit: vt dictū est supra de baptizato baptismo flaminis
di.4.q.6. Le. contēnēte postea baptismo fluminis. ¶ Ad primā rōnem dico q oēs cerimonie tā veteris legis q noue reducende sunt ad aliqđ preceptū decalogi: ⁊ possunt ad
Deut.6. illud reduci. Audi israel deus tu9 vnus est: vel ad illud Memēto vt diē sabbati sanctifices: siue em per primū siue per scdm preceptū dicamus deū pcepisse se honorandum vt deū: sequit q ille cerimonie quib9 se vult coli cadāt sub illo pcepto sicut ꝯclusio sub pmissis. ¶ Si arguit cōtra: qr tūc ille cerimonie essent de lege nature ¶ Respōdeo ex maiori de lege nature: ⁊ minori de lege positiua nō sequit ꝯclusio nisi iuris positiui. maior ista deus est colendus: est de lege nature: saltem qr est valde cōsona legi nature: sed hec minor vult sic coli: est mere de iure positiuo variat autē pro alio ⁊ alio tēpore: ergo cōclusio .s. sic colēdus est: est mere de lege positiua: quia semp cōclusio sequit cōditionem premisse imperfectioris. ¶ Ad aliud dicit q talis debet cōfiteri p interpretem vel per aliqua alia signa a verbis que possunt esse nota sacerdoti. scdm est bene cōcedēdū: si aliqua talis signa
Tho. ptñ sint cōmunia cōfitenti mutuo vel barbaro ⁊ sacerdoti.
di.q.3.ar.4. ¶ Sed primū non videt necessariū: qr forus iste ex na-
solo.2.arg. tura sua est secretissimus. ergo nō tenet aliquis ad istū
4.qstiūcle. forū ex aliquo modo publicus: sed l3 interpres velit celare ⁊ teneat celare sicut sacerdos: tñ si velit malignari ipse ⁊ sacerdos possunt esse testes cōtra accusatū: ⁊ ita ex natura huiusmodi accusationis: hec accusatio pōt venire in publicum: ⁊ ita nō est penitētialis. ¶ Ex hoc patet q plurib9 sacerdotibus simul non est cōfitēdum necessario vt melius iudicēt qđ si fiat: nō est sacramētalis cōfessio maxime aūt videt q nō sit cōfitēdum p interpretē: qñ timet ipsum nō esse secretariū idoneū: ⁊ in tali casu iste habet impossibilitatē cōfitēdi homini idoneo. Confiteat deo cū proposito cōfitēdi homini opportunitate oblata. ¶ Ad aliud videt qñq3 cōfessio facien-
Th.vbi.s. da p scriptū: vt legit de Thoma epo cātuarieñ. qui misit ad curiā p obsolutione. Sed hoc videt esse cōtra rōnem confessionis: qr oīs scriptura ex sui natura nata est esse publica: quātūcūq3 em aliqs cōseruet secrete apud se scriptū: tñ ex quo mittit illud vel ppter nunciū vel ppter illū ad quē mittit pōt publicari: ⁊ semp ex sui natura est patulū cuicūq3 legēti loquēs quod ibi cōtinet: Quilibet ergo scribens aliqđ facit in hoc qđ est cōtra naturā signi idonei in cōfessione: ⁊ in ista scriptura tollitur verecūdia: que est pena magna in ꝯfessione: ⁊ hoc nisi cōfitēs sit presens qñ per scriptū cōfitet. ⁊ ideo qđ dicit .xxx. q. v. Quales debeat. q quis pōt ꝯfiteri p scripturā. Joānes exponit: qñ ꝯfitēs est presens: qr absens non pōt licite. Igit absens expectet penitētiam cū pposito cōfitēdi ex habita. ¶ Ad aliud dico q simpliciter innocens a mortali ⁊ veniali tenet simpliciter nō ꝯfiteri: vnde si beata virgo fuisset cōfessa Petro post ascēsionem: peccasset ꝯfitēdo: sed si tñ innocēs a mortali pōt cōfiteri venialia ⁊ pōt non cōfiteri vt dictū est .iij. art. §. de que. nec est incredibile multos esse tales in ecclesia qui per annū viuāt sine mortali: immo per dei gratiam multi multo maiori tēpore sine peccato mortali se custodiunt ⁊ multa opera pfectionis exercent: de quoꝝ meritis thesaurus ecclesie congregatur.

Hic queri solet &c. Dist. XVIII.

In hac distinctione decimaoctaua magister tractat de potestate clauium. ⁊ dis. xix. de collatione earū. ¶ Circa hanc xviij. di. quero vtrum potestas clauium tñmodo se extendat ad penā tēporalē: arguit q nō qr si sic: aut remittēdum illam aut infligēdum ad remittendū quia tunc per frequentes absolutiones posset tota pena debita peccato remitti: ⁊ sic apud quemcunq3 sacerdotem esset potestas absoluendi a pena et culpa per frequentes absolutiones quod est inconueniens. Nec ad infligendum: quia tunc quilibet penitens teneretur adimplere quamlibet penam sibi iniunctam a sacerdote quod est falsū: quia si quis indiscrete imponat immoderatam penā de qua penitens potest scire q est

improportionata culpe: pōt vtiqꝫ scire ex scriptura q̄ continet correspondētiam penarū ad culpas: nō tenet illam implere: qꝛ non tenet obedire inferiori contra voluntatem superioris: nec etiam preter: qꝛ non obedit inferiori: nisi propter volūtatem superioris: non est aūt voluntas scꝫ dei q̄ tanta pena infligatur pro tali culpa.

¶ Item Joan. xx. Quorū remiseritis peccata ꝛc. ergo potestas clauium ecclesie est ad peccata dimittēdū: nō ergo extendit se precise ad penam tēporalem. ¶ Contra. illa potestas clauium ad aliquid se extendit: sed nō ad aliud q̄ ad penam tēporalem. ergo ꝛc. maior patet: qꝛ alioquin non esset aliqua potestas. minor probatur: qꝛ non ad remissionem culpe nec pene eterne: qꝛ ꝯm magistrū in litera hec duo cōueniunt soli deo. ergo ꝛc. ¶ Itē ante vsum clauium per solam cōtritionem ꝛ propositū confitendi remittit peccatū ꝯm Aug. ꝛ Cassiodorū su-
31. per illud ps. Dixi cōfitebor ꝛ tu ꝛc. ergo si vsus clauiū circa talem aliquid respiciat: hoc nō est nisi ad penam temporalem.

¶ Postquā ōnsum est &c. Dist. XIX.

Circa distinctionē decimānonā: qꝛ solutio istius q̄stionis dependet ex solutione sequētis que est de collatione clauiū: siue quomō claues ecclesia habeat de quo hic di. xix. agitur. ideo quero hic hanc questionē: vtrū cuilibet sacerdoti in susceptione ordinis sacerdotij cōferantur claues regni celorū: videtur q̄ non. Apoca. iij. de xp̄o. Claudit ꝛ nemo aperit: aperit ꝛ nemo claudit. ergo solus habet claues istas.

¶ Item Aug. de baptismo cōtra Donatistas. v. lib. A peccato non absoluit nisi colūba. i. xp̄s vel mēbra colūbe: ergo nullus sacerdos iniustus habet claues quibus possit absoluere a peccato: ꝛ tn̄ iniustus pōt habere claues sacerdotij. ¶ Item vna clauis dicitur cōmuniter esse clauis scientie: sed hoc non cōfertur cuilibet ordinato in sacerdotē: qꝛ prius ignarus non inuenit se scientē post ordinationem: nec prius sciens plus scientem q̄ ante. Si aūt cōferretur nobis non lateret nos ꝯm philosophū ij. poste. in fine. ¶ Item sententia a non suo iudice lata nulla est: ergo nullus habet claues alicui aperiendi celum nisi suo subdito: sed ex susceptione sacerdotij nō datur sibi subditus nec iurisdictio in subditis. ergo nec claues. ¶ Itē si in ordine sacerdotij dentur claues. ergo non possunt haberi a nō sacerdote. cōsequēs est falsū: qꝛ archidyaconus quē non oportet semꝑ esse sacerdotem pōt ligare ꝛ soluere: qꝛ excōmunicare ꝛ reconciliare: patet extra de sen. excō. Contra Mat. xvi. promittitur Petro ꝛ sacerdotibꝰ. Tibi dabo claues regni celorum ꝛ Joā. xx. impletur illud promissum dicēte xp̄o. Quorū remiseritis ꝛc. ¶ Itē cui datur qđ maius est: ei regulariter non negatur: quod est minus: sed maxima potestas possibilis viatoris est potestas cōficiendi corpus xp̄i: ꝛ hec ꝯfertur in susceptione ordinis sacerdotij. ergo ꝛ potestas respectu corporis mystici que minor est puta clauis ligandi ꝛ soluendi eidem in ordine illo confertur.

De regulis iuris in. 6.

Hec secūda questio (vt predictū est) est primo soluēda vbi sunt quinqꝫ vidēda. ¶ Primo q̄ in ecclesia: ꝛ hoc apud sacerdotē rite ordinatū est vna clauis ecclesie que est potestas sentētiandi in foro penitentie. ¶ Secūdo q̄ apud eū est clauis que est potestas cognoscendi in causa rei ꝯfitētis. ¶ Tertio q̄ hec ꝛ illa clauis nō sunt eadem: sed due. ¶ Quarto qualiter habens has duas claues possit per eas in actꝰ earum siue qualem potētiā habeat ꝑ eas respectu actuū ipsarū clauium. ¶ Et quinto si preter istas sit alia clauis in ecclesia. ¶ De primo oēs trāsferētes ꝯm aliquā similitudinem transferūt clauis materialis est ꝑximū instrumētum aperiendi ꝛ claudendi ostium per qđ intratur in domū: ac per hoc nec apertio nec aperiens est nec causa propter quā aperitur: puta dignitas ꝑsone ad intrandum: vel indignitas propter quam expellitur hoc modo spiritualiter cōtingit cōsiderare apertionē regni celorum que fit per sententiam diffinitiuā qua sententiatur celū isti aperiendum: qꝛ ista apertio non est actualis: sed dictata cōdigna dispositio istius cui aperitur: conuenit etiam inuenire apertentē: ꝛ iste est sentētiās. cōuenit etiam inuenire causam ꝑpter quā huic aperitur per sentētiam introductiuā ꝛ propter quā huic clauditur ꝑ sentētiam exclusiuam. s. demerita istius ꝛ merita illius nullum istorū est clauis: qꝛ primum est apertio. secūdū aperiens. tertium causa remota. igitur potestas illa que est in sentētiante: que est immediate principium siue instrumentum sentētiandi: que sentētia dicitur apertio illa proprijssime dicitur clauis regni celorum. hoc de nomine. ¶ De re sic. auctoritas iudiciaria sentētiādi celū huic aperiendum vel apertū esse potest intelligi tripliciter. vno modo auctoritas simpliciter principalis. secundo modo non principalis: sed precellens. tertio modo non principalis nec precellens: sed particularis. prima soli deo ꝯuenit propter duo. primo qꝛ ipse solus ex se est iustus: immo ipsa iustitia. primum aūt iudicium non pōt competere nisi primo iusto: qꝛ iudiciū non est perfectū nisi sit iustum. iuxta illud ps. Feci iudicium ꝛ iustitiam siquidem iudicare est ius vel iustum dictare. primū aūt iustum oportet esse ꝑfectissimum: ꝛ ita iustissimum. igitur primi iusti. ¶ Secūdo: qꝛ iudicare est presidētis: iuxta illud apostoli ad Ro. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum seruū. primus aūt presidens non pōt esse nisi deus solus: vnde sicut non pōt alij cōmunicare diuinitatem: sic nec primam potestatē iudicandi: nec per cōsequens clauem simpliciter principalem aperiendi celū. ¶ Secunda clauis scꝫ nō principalis tn̄ precellens pōt intelligi quātum ad duplicem preeminentiam: vnam quidē in vniuersalitate causarū iudicandarū: aliam in firmitate sentētie diffinitiue: ꝛ vtraqꝫ preeminētia pōt cōuenire illi qui oīa merita ꝛ demerita nouit que sunt cause ꝑpter quas celum est aperiendum vel claudēdum. Et cū hoc habet voluntatē inseparabiliter cōformem iustitie diuine: propter primum pōt in omnibꝰ causis sentētiare: qꝛ omnes nouit. propter secūdum pōt eius sentētia simpliciter esse firma ꝛ irreuocabilis: qꝛ semꝑ iusta: hec clauis cū vtraqꝫ preeminētia proprie est xp̄i qui nouit omnia merita ꝛ demerita iudicandorū: ꝛ semper iustitie diuine ꝯformiter iudicat: nec ista pōt esse in ecclesia militante saltem cōgrue non pōt: qꝛ nullus in ecclesia nouit omnes causas iudiciarias: nec habet volūtatem immutabiliter iustam. ¶ Tertia clauis scilꝫ particularis quātum ad causas cognoscēdas: ꝛ infirma quātum ad sentētiam ferēdā: puta q̄ sit aliquādo reuocabilis: pōt cōferri alicui in ecclesia militanti: qui pōt in illa causa nosse: ꝛ in illa ꝯm legem diuinā recte iudicare: ꝛ si quādoqꝫ preter illam sentētia eius non erit firma: sed si ꝯm illam erit firma. Potest ergo in ecclesia esse vna clauis celum aperiendi: scꝫ auctoritas sentētiandi particulariter ꝛ non irreuocabiliter alicui celum esse apertum. Congruit etiam istam esse in ecclesia ꝛ hoc in sacerdote: vt hierarchia ecclesiastica sit ordinata ꝛ vltima reducantur in primum per medium. Hierarcha autem est medius inter deum peccatoremqꝫ reducendum. ꝛ de hoc Bern. de cōsi. lib. iij. c. xiij. hoc etiam cōgruit perfectio-

Ad eugeñ.

nl causarum secundarum in esse morali sicut causarū in esse naturali. de⁹ enim vniuersaliter non negat creaturis causalitatem que potest eis competere: immo et
D illam cōmunicat: ⁊ ad eius actionem causis secundis assistit. Ex quo ergo in esse gratuito possibile est hominem habere istam causalitatem reductiuam que dicitur clauis: cōgruum est ꝙ hoc supremo in ecclesia. s. sacerdoti detur. ¶ Tertio dico ꝙ data est. probatur per illud Jo. xx. Quorum remiseritis ⁊c. et hec recte dicitur clauis potestatis: quia auctoritas iudicādi recte est potestas cū iudicare sit presidentis.

De secundo articulo dico. ꝙ illud qđ ordinatur ad istam auctoritatem sententiandi vel cuius vsus ordinatur ad vsum istius. ita. s. ꝙ sine vsu illius non est rectus vsus istius. potest dici clauis: quia instrumentum quoddā aperiendi: lꝫ non proximum: immo quasi concurrit in vnum cum instrumento propinquo vel' ꝑxio. sine isto em̄ nō recte aperit nec claudit. auctoritas vero cognoscendi in causa peccatoris est huiusmodi: quia sine ista cognitione nō recte quis sententiat celum huic aperiendum vel claudendū. ergo illa auctoritas potest dici clauis regni celorum. ¶ Ista autem potest distingui tripliciter sicut precedens. Et de claui tertio modo accepta potest probari ꝙ congruum sit eam haberi in ecclesia: et habeatur ex precedēte articulo. quia qui habet auctoritatē diffinitiue sententiādi in causa habet auctoritatē cognoscēdi in causa illa: nisi alicui committeretur ꝙ sine cause cognitione sententiaret in causa ad suum libitum. que cōmissio non videtur alicui rationabiliter facienda: qꝛ posset in sententiādo errare cuiusmodi est ois viator. Deus ergo recte cōmittens ecclesie auctoritatem primam: que dicitur clauis potestatis: cōmisit etiam sibi secundā que dicit̄ clauis scientie. Et in collatione prime clauis que habetur ex Jo. xx. intelligit̄ etiam collatio istius secunde tanꝙ preuie quantū ad vsum vsui illius prime. ¶ Nec est ista clauis sciētie aliqua scientia actualis vel habitualis vel discretio quecūꝙ. sicut magister videtur dicere di. ista. capi. j. multi inquit indiscreti qui nec ante sacerdotem nec post: sciētiam habent discernendi: ideoꝙ illam clauem in consecratione non recipiunt: qui vero ante sacerdotium scientia discernendi prediti sunt et ante habita discretio augetur et fit in eis clauis: vt iam ea vti valeant ad claudēdum vel aperiendum. ista inꝙ sciētia actualis vel habitualis non est clauis ista: quia auctoritas cognoscēdi ⁊ si requirat scientiam vel discretionem cōcomitantem rectum vsum eius: queadmodum requirit clauis potestatis aliquā iustitiā ad rectum vsum sui: tamē sicut potestas iudicandi non est iustitia: immo potest ēē sine iustitia: ita potestas vel auctoritas cognoscēdi in aliqua causa potest esse sine discretione cognoscendi: et ita debet magister exponi qui vult eū saluare ꝙ ad clauem sciētie requiritur scientia. supple ad hoc ꝙ aliquis recte vtatur ea non autē ad hoc ꝙ absolute insit. ¶ Si obijcitur. quare ergo magis dicitur ista clauis scientie ꝙ̄ illa iustitie siue iustitia: si nō requiritur hic scientia nisi quātū ad rectum vsum illius. ¶ Rn̄. sine iustitia habens auctoritatem et aliquid sententiās: facit qđ est potestatis licet indebite fiat: et ita habēs auctoritatem cognoscendi in causa si attētet aliquid facit licet indebite: illud tamen ꝙ primus facit semꝑ est potestatis: ⁊ ideo semꝑ dicit̄ clauis potestatis: hoc autem qđ iste facit semꝑ est scientie. i. cognitionis in causa: licet non scientie habitualis.

Th. dis. 18. q⁹. 4. q. 1. sol. 1. arg. 2 questiun.

De tertio articulo dicunt quidam ꝙ iste claues sunt idem cum caractere sacerdotali: et tūc eēt facile videre quō ꝯferunt̄ cuilibet sacerdoti ī eius ordinatione sicut et caracteres. ¶ Sed cōtra arguit̄ sic. Ille sunt distincte potestates: quarum vna potest esse sine alia: sed potestas conficiendi corpus christi siue caracter sacerdotij: vt ad hoc est: potest esse sine illa potestate que icluditur in clauibus. ergo ⁊c. minor ꝓbatur: quia sic fuit in apostolis in cena cū dicebat eis.
Hoc facite in meā cōmemorationem. vbi data est eis Mat. 26.
potestas conficiendi: sed non clauiū vsꝙ post resurrectionem. Jo. xx. dicente christo. Quorum remiseritis ⁊c. ¶ Cōsimiliter videtur posse argui de quolibet sacerdote nūc ordinato in ecclesia. prius enim dicit ep̄s ordinando: accipite potestatē conficiendi vel celebrādi missam tam pro viuis ꝙ̄ pro defunctis dans ei calicem: ⁊ quibꝰdā interpositis ponens manum super caput eius dicit. Accipe spiritū sanctum quorū remiseris ⁊c. vnde videtur ꝙ quilibet sacerdos prius tempore accipiat potestatem conficiendi ꝙ̄ absoluendi. ergo est alia ⁊ alia. Et istud probat ꝙ non tm̄ distinguitur a caractere: si caracter est aliquid vnum: immo ꝙ
sunt distincte potestates inter se. ¶ Item (vt dictum di. 6. ar. v. l.
est supra) caracter nō potest esse nisi relatio. relatio au- imo. q. 2.
tem non potest esse eadem ad plures terminos. corp⁹ christi verum ⁊ mysticū vel consecratio huius ⁊ abso-
lutio illius sunt distincti termini. ergo illud qđ est re- F
latio ad consecrationem non est idem cū potestate ad absolutionē. ¶ Dico ergo ꝙ simpliciter sunt due cla-
ues: ita ꝙ absolute verum est illud verbū christi. Ti- Matt. 16.
bi dabo claues ⁊c. et possent de potentia dei absoluta separari ab inuicem. sicut enim aliquis nunc presidēs potest cōmittere alteri auctoritatē cognoscendi in causa nō cōmittendo sibi auctoritatem sententiādi in ea: vt si diceret: cōmitto tibi auctoritatē examinādi causam istā: et referas mihi vt sententiē: posset etiam cōferre auctoritatē sentētiādi sine auctoritate cognoscēdi: vt si diceret: committo tibi ꝙ sine omni cognitiōe cause sententies sicut placet: talis aūt cōmissio nō eēt ordinata alicui cuius voluntas eēt obliquabilis. Ita etiā posset deus cōmittere auctoritatē cognoscēdi sine auctoritate sentētiandi. Et esset ista cōmissio ordinata simpliciter si eēt etiā in humanis. ¶ Posset etiā deus de potētia absoluta alicui habēti volūtatē obliquabilē cōmittere auctoritatē sentētiandi sine cognitione in causa. ¶ De potētia aūt ordinata siue de facto cōmittit̄ vtraꝙ cuilibet sacerdoti ecclesiastico ad minus cōplete ordinato. qđ ꝓ tāto dico: qꝛ si prius tēpore dat̄ sibi auctoritas celebrādi ꝙ̄ absoluēdi: nō est perfecte ordinatus quātū ad vtraꝙ auctoritatē. si pri-
mo facto omitteret̄ secūdū. ¶ Sed an ꝑcise simul tē- G
pore vtraꝙ potestas det̄ nō assero. Qꝛ si prius detur vna ꝙ̄ alia. quando ergo imprimit̄ caracter sacerdotij: et quomō se habebit ista duplex clauis ad caracterem? ¶ Ad primū posset dici ꝙ sicut sunt due potestates ita duo caracteres: ⁊ vterꝙ iprimitur in signo proprio sensibili significāte illud inuisibile: vtpote ꝓmus in datione calicis, cū illis verbis. accipe potestatem celebrādi ⁊c. Secūdus in ipositione manuum cum illis verbis. accipe spiritū sanctum ⁊c. Et sm̄ hoc pateret qđ eēt dicēdū ad secūdū: qꝛ vtraꝙ potestas est quidā caracter: sꝫ illi duo integrāt totū ordinē sacerdotij: sꝫ sm̄ hoc etiā videren̄t esse duo caracteres correspōdētes duab⁹ clauib⁹. vel eēnt due claues. ¶ Si ergo nō placet tot caracteres ponere correspōdētes, vni ordini sacerdotali. potest dici ꝙ ꝑ vnum caracterē sacerdotalē habet qs potestatē cōficiēdi corp⁹ christi. vbicūꝙ ille iprimat̄: ⁊ ꝑ illum ascribit̄ iste familie christi in tali gradu excellēti: vtpote in gradu cibantis populum christi in ecclesia. Sicut aūt in istis curijs magnorum ꝓmotus ad gradū excellētē in familia domini ꝑ hoc

disponit: vt habeat auctoritatē aliquā respectu aliorū seruorū: ita p hoc q iste in familia christi in gradu excellētiori cōstituit p caractere sacerdotalē: disponitur de cōgruo ad habēdū potestatē sup corp⁹ christi mysticū ligādi ꝛ soluēdi: ꝛ tunc caracter sacerdotalis est dispositio ad istas claues: saltē collatio vnius nō separat a collatione alterius: quia (sicut dictum est) qđ christus in eodē verbo Jo. xx. cōtulit ambas ecclesie: ita ꝛ eps in eodē signo sensibili et verbo confert ambas. vnam quasi excellentem ꝛ explicite. ꝛ aliam quasi īplicite. cuius vsus est antecedens ad vsum istius. ¶ Et ex hoc patet q aliqualiter possunt dici vna clauis vnitate ordinis: quia ad actum vnum vltimum. s. apertionis ordinantur: et ad illum vna subordinatur alteri quia remotior ab illo effectu.

H De quarto articulo. potētia actiua cui statim corñdet passiua ꝛ nō est īpedibilis īpa est semper potētia ppinqua ad agēdū: sꝫ si est aliqua cui non corñdet passiuū in natura statim vel habito passiuo īpa est īpedibilis: dū est actu īpedita nō est potētia ppinq̄: sꝫ remota vt habet a philosopho. ix. meta. c. iiij. vbi vult q actiuū ꝛ passiuū habētia cōplete potētiam actiuam ꝛ passiuam statim agūt. nec opꝫ addere nullo exteriori phibēte: qꝛ hoc includit in rōne potētie qđ nō est verū nisi de potētia: vt dicit potentiā ppinquā actui. ¶ Ad ppositū potestas ɔficiēdi statim hꝫ materiā in natura: qꝛ cēm panē triticeum: et est potestas nō īpedibilis. qꝛ quādocūqꝫ aliq̇s attētat p eā facere in materia determinata ꝛ debita facit. Sed si hoc mō eēt de claue: vtpote q statim corñderet sibi pro materia peccator penitēs ꝛ nō posset p actum alicuius alterius impediri quin intēdēs vti ea faceret qđ facere intēdit: tūc clauis eēt potestas ppiq̄ua ad absoluēdū: ꝛ tūc sequeret q sacerdos ex hoc q ordinatus. posset quēcūqꝫ peccatorē sibi ɔfitētē absoluere: non quidē q posset licite: sꝫ peccaret mortaliter: si hoc attētaret cōtra phibitionem superioris: faceret tñ sicut sacerdos phibitus quātūcūqꝫ si attentat consecrare consecrat. ¶ Sed hec duo supposita cōiter nō tenent. Non eñ tenet saltē primū. s. q ex ordine habeat materiam: sed opꝫ aliquē subditū sibi dari in quē habeat iurisdictionem non solum ad hoc q rite absoluat: sed ad hoc vt simpliciter absoluat: qꝛ sententia a non suo iudice lata est nulla. Et ita videret etiā dicēdum de secūdo q posset superior ad tps subtrahere subditū p suspēsionē istius: ꝛ tunc potestas istius impediretur simpliciter: ita q si attentaret absoluere non absolueret de facto. ¶ Est ergo sm sententiam istam potestas conficiendi potestas propinqua: sed clauis est potentia remota. Tum qꝛ ex hoc q est clauis in aliquo nō correspōdet sibi passiuum aliquod nisi aliūde fiat sibi passiuū. Tum quia si est in aliquo potest impediri per aliquē superiorē phibētem. Et ratio dissimilitudinis forte poneret: qꝛ a principio nulli nocuit nec ordinatiōe ecclesie q quicūqꝫ sacerdos quācūqꝫ materiā consecraret: nocuisset aūt si p collationē clauiū in ordine quilibet sacerdos fuisset iudex cuiuscūqꝫ penitētis ꝛ potuisset quantūcūqꝫ phibitus exequi actum clauis: qꝛ in hoc iste posset facere p̄iudiciuꝫ aliȷ̄ cuius iste est subditus. Quomō ergo sm istā viā cōmunē saluabit ista ppositio: Omni potētie actiue correspōdet passiua. in natura enim si aliqua esset potentia actiua cui nō posset correspōdere passiuū nisi p aliquā potētiā actiuam: illa prima nō eēt potētia actiua. ergo a simili hic cum p clauē nō possit isti corñdere materia nisi p aliā potētiā actiuā. s. iurisdictionem. sequit q clauis non sit potētia actiua. ¶ Et hoc posset ɔfirmari de ista potestate iudiciaria. nullus enim videt posse habere potētiā iudicandi cui nullus subest vt iudicabilis ab eo. ergo clauis vnde clauis nō est potestas iudicādi. ¶ Si dicas q potentia actiua quātūcūqꝫ sit pfecta tñ requirit materiā. verū est. et potestas conficiēdi requirit materiam. s. panem. sed tñ statim cū habet potestas conficiēdi: nō oportet requirere aliā potentiā actiuam ad hoc q panis sit cōsecrabilis. si enim oporteret ad hoc q esset consecrabilis q esset dñs illius panis: iam potestas sacerdotalis non esset potestas cōficiēdi nisi remota. ita in proposito bene oportet q aliquis sit penitens offerens se isti vt absoluat: sed si non potest esse materia absolubilis nisi fiat talis per aliam potētiam cōcurrētē. ista nō videt esse potētia actiua absoluēdi.

¶ Consimiliter ista propositio est vniuersaliter vera in naturalibus: q quādo potētie actiue vnius rationis correspōdet primo potētia passiua vnius rōnis cuilibet sub ista corñdet qđlibet sub illa si nō sit defect⁹ virtutis actiue: sed nō est sic in proposito: qꝛ vni claui corñdet iste vt absolubilis ꝛ alteri nō: nisi dicatur q claui correspondet non peccator vt penitens: sed peccatorum subditus penitens. I

De quinto articulo dico. q in ecclesia est duplex forus. vnus secretissimus in quo idem est accusator ꝛ reus: ꝛ ad istum ptinēt claues p̄dicte. Est aūt alius forus publicus: qꝛ ꝛ ecclesia habet auctoritatē corrigēdi delicta publica: et ibi requiritur duplex auctoritas corñdens duplici p̄dicte. sicut ad quodlibet iudiciū rectū requirit cognitio in causa illa ꝛ sententiatio. Iste auctoritates ptinentes ad forū publicū possunt dici claues. De hac potestate data ecclesie habet Matth. xviij. dicente christo petro. si peccauerit in te frater tuus. et sequit tādem. dic ecclesie. si ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. ꝛ sequitur. Amen dico vobis quecūqꝫ alligaueritis super terrā erūt ligata ꝛ in celis. et quecūqꝫ solueritis super terrā erūt soluta et in celis. Ex quo patet q deus approbat solutionē ꝛ ligationē ecclesie factā in foro publico quā qui ɔtēnit habēdus est sicut ethnicus ꝛ publicanus. In hoc foro claudit ecclesia. i. cōmunio fideliū p excōmunicationē: ꝛ aperit p absolutiōem ab excōmunicatione seu recōciliatione. ¶ Ex hoc patet q iste claues nō sunt eedē cum prioribus clauibus: qꝛ iste separantur ab illis: vtpote in habentibus iurisdictionē sm ordinationem ecclesie sine sacerdotio vt in archidiacono ꝛ quibusdam aliȷ̄s habentibus iurisdictionem sm ordinatiōem ecclesie sine ordine sacerdotali: ꝛ econuerso vt est in quibusdam. s. cōmunibus sacerdotibus: quibus non est data hec potestas excludēdi ab ecclesia vel reconciliandi. ¶ Sed nunqd quilibet habens iurisdictionem potest excōmunicare ꝛ reconciliare? ¶ Rñ. excōmunicatio que simpliciter est excōmunicatio que sola est maior: est exclusio alicui⁹ a cōmunione fidelium. non quidem exclusio corporalis que fit in incarceratione vel exclusione ab aliȷ̄s: sꝫ excludendo per prohibitionem ne communicet cum aliȷ̄s nec aliȷ̄ cum eo. Nullus autem non subditus isti tenetur seruare institutiōem istius: sicut nec precepta eius. ergo videt q nō subditus isti nō tenet vitare excōmunicatum ab isto. Si ergo p excōmunicationem tenet quilibet christianus vitare excōmunicatū: oportet q hoc sit per preceptum illius cui tenetur obedire quilibet christianus: ꝛ tūc sequitur q nullus inferior papa auctoritate propria possit excōmunicare: sꝫ posset excōmunicare quantum ad suos subditos: hoc est precipere suis vt caueāt suū: ꝛ tūc sequitur q quicūqꝫ inferior si simpliciter excommunicat: excōmunicat ex commissione illius cui tenentur omnes aliȷ̄ obedire q tenent istū excōmunicatū vitare. ¶ Et ex hoc sequit

Printed marginal notes: T. c. 10. — de reg. iur. in. 6. — 1. cel. cōtra Platonē. — K — L

ꝙ illud cadit sub illa regula iuris: qđ non est ɔcessum est ꝓhibitum. vera est de his que non conueniũt regulariter nisi alicui ex aliqua concessione speciali: ꝛ tunc ex eiusdem auctoritate tenẽtur generaliter christiani excõmunicatũ vitare: cuius auctoritate incurrunt penã excõmunicationis minoris si nõ vitãt. illam enim incurrũt auctoritate legislatoris: non auctoritate huius iudicis particularis. ¶ Si hoc nõ placeret oporteret querere vnde primo a principio ecclesie habuit quilibet talis qui modo cõmuniter excõmunicat in ecclesia auctoritatẽ sup omnes christianos vt tenerent sibi obedire cauẽdo istũ excõmunicatũ ab eo propter eius pceptũ vt eius. Et tũc quomõ fuissent auctoritates inferiorꝝ limitatiores q̃tũ ad numerũ subditorũ saltẽ q̃tũ ad istius pcepti obseruãtiam. Et quare non ita istorꝝ sicut ꝛ aliorꝝ: querat qui vult. Si prima sententia est vera tũc sacerdotes parrochiales ꝛ alij consimiles in nullo casu possunt excõicare nisi in quo inuenit expsse eis cõcessum: et sic excludũtur quedã pericula q̃ ꝓueniunt ex ꝓnitate quorũdã fatuorꝝ ad excõmunicãdũ. frequẽs si quidem est huius gladij ɔcussio in ecclesia: qui tñ raro ab apostolis iuenit extractus. in oĩbus enim epistolis pauli nõ inuentes ꝙ excõicauerit nisi trib⁹ vicibus. Prio pĩe ad coꝛ. v. Omnino in q̃t iter vos audit fornicatio qualis nec inter gẽtes: ita vt vxorẽ patris sui q̃s habeat. ꝛ sequit: ego autem absens corpore: pñs aũt spũ iã iudicaui eũ vt pñs q̃ hoc opatus est in nomĩe dñi iesu christi cõgregatis vobis in vnũ: ꝛ in eo spũ cum virtute dñi iesu tradere hmõi hoĩem sathane in iteritũ carnis: vt spũs saluus sit in die dñi. ¶ Idẽ in pĩa ad thi. Quidã circa fidẽ naufragauerunt ex quibus mẽcus et alexander quos tradidi sathane vt discãt nõ blasphemare. ¶ Itẽ ad Gal. j. Si q̃s vobis euãgelizauerit p̃ter illud qđ accepistis anathema sit. ¶ Alicubi tñ alibi legit apostolũ bonis ꝓhibuisse cõicare cũ malis. j. Coꝛ. v. Si q̃s frater nominatur inter vos est fornicator aut auarus aut idolis seruiens aut maledicus aut ebriosus aut rapax: nec cũ hmõi cibũ sumere. ¶ Itẽ thessa. iij. Denũciamus vobis fratres in nomĩe dñi vt subtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulãte: ꝛ post pauca subdit ibidẽ. Si quis non obedierit verbis nostris ꝑ epistolã hãc hũc notate ꝛ nõ cõmisceamini cum illo vt ɔfundat. Et tñ qualiter liceat cõmunicare cũ illo subdit nolite quasi inimicũ existimare illũ: sed corripite vt fratrẽ. ¶ Idẽ. ij. thi. iij. Erũt hoĩes sese amãtes: ꝛ ꝓost pauca. hos deuita. ¶ Ibidẽ. c. iiij. alex. erarius multa malã mihi ꝑstitit: quẽ ꝛ deuita. ¶ Itẽ ad titũ. iij. Hereticũ hominẽ post vnã ꝛ secũdã monitionẽ deuita. ¶ Et Jo. in. ij. cano. sua. c. vnico. Si q̃s venit ad vos: et hãc doctrinã nõ affirmat nolite eũ recipere ĩ domo nec aue ei dixeritis. Qui eñ dicit, ei aue: cõicat eius opibus malignis. ¶ Tñ ergo in primis duabus auctoritatibus videt sentẽtia excõmunicationis simpliciter lata: ꝛ patet ꝙ ibi fuit causa iusta: quia peccatũ enorme ꝛ publicũ ꝛ forma debita: qꝛ ɔcessus legitimus: ꝛ intentio recta: qꝛ intẽdebat correctio delinquentis. vnde et primus ille ꝑ illã excõmunicationem correctus est: vt patet ꝑ epistolã secũdã. vbi monet eos eum ɔsolari ne abiorbeat ɔfundiori tristitia. alij non leguntur penitentes fuisse. forte iã erãt apostate a fide permanserunt ibi. ¶ In tertia auctoritate est contra predicantem aliquid repugnans sane fidei fuerunt tunc pseudo apostoli. In aliis autem vbi precipit vitare malos vel simpliciter vel quantum ad aliquos actus non videtur ita plene esse lata. sentẽtia excõmunicationis. quia non videntur illi per hoc traditi sathane. dicitur enim ꝙ quos apostolus tradidit sathane statim habuit diabol⁹ potestatẽ vexandi eos.

non sic autem probabile est factum de omnibus malis quos scribit esse vitandos.

Ad argumenta. ¶ Ad primum patet ꝙ illa auctoritas Apoca. non debet intelligi de claui ministeriali. sed de preeminenti que est auctoritas sententiandi vniuersaliter ꝛ irreuocabiliter. ¶ Ad secũdum magister exponit illam auctoritatem di. ista. c. iij. ꝙ tãtũ per colũbã vel eius membra fit digne remissio vel redemptio peccatorum. fit tamen per alios: sed nõ digne vel recte. dat enim deus benedictionem digne poscenti: etiam per ministrum indignum: qđ probat per Hierony. super illud Matth. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Et per Augu. in ij. q. noui et veteris testamenti. q. xj. Voluntas sacerdotis obesse vel prodesse nõ potest: sed meritũ benedictionẽ poscẽtis. ¶ Ad tertiũ patet ex secũdo articulo. qꝛ clauis scientie non est aliqua scientia. sed est auctoritas noscendi hoc est iquirẽdi ꝛ examinãdi causam rei. ¶ Ad quartum patet ex quarto articulo. quia ẜm vnã opi. clauis est de se tñ potestas remota et ad hoc ꝙ sibi rñdeat materia requiritur in eo alia potestas. s. iurisdictio vel saltem per aliam potestatem actiuam subijcit sibi materia vt fiat sibi materia capax actionis eius. Scđm autem aliam opi. clauis est potestas propinqua: ꝛ includit iurisdictiõem priuatam: quid enim aliud est iurisdictio q̃ auctoritas dictandi ius: et hoc quid aliud est q̃ auctoritas iudicandi ꝛ sententiãdi? ¶ Ad quintum patet ex quinto articulo. concedo enim ꝙ non ordinatus potest habere claues alias pertinentes ad forum extrinsecum: ꝛ ordinatus non habere: tamen ad hoc ꝙ sit hierarcha ecclesie. i. in principatu eminente oportet ꝙ habeat illas claues exteriores: et cum hoc presupponitur ꝙ habeat interiores. vnde nullus ordinatur epõ nisi prius in sacerdotẽ fuerit ordinatus.

AD questionem motã dist. xviij. dicuntur due conclusiones. Prima negatiua. s. ꝙ vis clauium non se extendit ad remotionem culpe vel pene eterne. qđ videtur magister sentire di. illa. Deus inquit per se tñ dimittit peccatum: quia et animam mundat ab interiori macula: ꝛ a debito eterne mortis soluit. Quid ergo faciunt sacerdotes euangelici? Respondet tribuit eis potestatem ligandi ꝛ soluendi. i. ostendendi eos ligatos ꝛ solutos: qđ probat per illud de leproso prius sanato q̃ ad sacerdotem misso. Luc. v. Similiter de lazaro p⁹ suscitato: q̃ discipulis ad soluendum tradito. Jo. xj. ¶ Item per Hierony. super illud Matth. xvj. Tibi dabo claues. in Leuiti. inquit se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos vel mundos: sed discernunt qui mundi vel immundi sunt. Ex hoc dicit magister. ꝙ olim sacerdotes legales habebãt iurisdictionem in curandis leprosis: hoc nunc habet sacerdos euangelicus in retinendis vel remittẽdis culpis. ¶ Additur affirmatiua ꝙ vis clauium se extendit ad penam temporalem: et in hoc magister exponit aliter quomodo sacerdos euangelicus soluit et ligat: quia ligat ad penam temporalem quã imponit cõfitẽti. Soluit autem cum a pena debita aliquid dimittit vel per eam peccatorẽ ad sacramẽtorum cõmunionem admittit. ¶ Additur autem ꝙ hec potestas respectu pene temporalis talis est ꝙ nõ ratificatur actus eius nisi sit conformis iudicio diuino. s. nisi tantam imponat quantum ẜm iustitiam diuinam peccatis respondet. de gratia pone iste pro peccatis suis tenetur ẜm strictum rigorem ad penam decem dierum, sacerdos virtute clauium potest sibi remitte-

Marginal notes (printed): Nico. d ly. sr epĩa. i. ad coꝛ. c. 5. — Co. i. a. i. hyme. — Opi. magistri sentẽ. — Quẽ Ri. di. p̃nti ar. 2. q. i. ꝛ. 2. ꝛ tho. ead d. ar. i. q. 3. ꝛ. 17. c. 13. ꝛ 14. — Vide Ri. di. p̃nti ar. i. q. 4.

re penam trium dierum. Et esto ꝙ de thesauro eccle=
sie iste dispensator possit vnum diem vel duos remit=
tere post totum hoc remanet iste obligatus ad sex vel
quinq̄ dies. de quibus si sacerdos aliquid dimittat nō
ratificatur ista obligatio: quia tunc clauis potestatis
errat in ligando ⁊ soluendo. facit enim eum magis so
lutum a pena temporali q̄ deus iudicet eum solutū: ⁊
per consequens nisi ille hos sex dies soluat: residuum
ab eo exigetur in purgatorio. ¶ Contra primum: qr
tunc sacramentum penitentie non esset sacramentum
noue legis: nec aliquam causalitatem vel dispositio=
nem haberet causalem ad primam gratiam: qr nunq̄
digne susciperetur nisi ab habente iam primam gra=
tiam. nullus enim digne ostenditur solutus a deo nisi
prius sit solutus. ¶ Item susceptio istius sacramenti
est instrumētum ad gratiam. hoc est dispositio efficax
necessaria ex statuto diuino ad grē susceptionem. In=
strumētum autem vel dispositio preuia nō est signum
rememoratiuum siue ostēsiuum alicuius: vt iam pre=
teriti sed futuri. ergo collatio sacramenti penitētie ad
hoc vt fiat digne non oportet vt sit signum absolutio
nis diuine precedentis. ¶ Concedo ista vt diffuse de=
claratum est dist. xiiij. q. iiij. ꝙ sacramentum penitētie
potest digne recipi ab attrito: et hoc tanta attritione q̄
non sufficeret per modum meriti ad iustificationē su=
scipiendam in termino attritionis: et si non ficte reci=
piatur in termīo recipitur gratia prima: quia a deo cō=
fertur. et absolutio sacramentalis est signum efficax il
lius absolutionis sequentis in vltimo instanti ipsi=
us: sicut prolatio verborum est signum confectionis
corporis christi. ¶ Et sm̄ hoc patet quomō sacramē=
tum hoc est instrumentum ad gratiam primam sicut
dispositio preuia eo modo quo alteratio potest dici in
strumentum respectu generationis substantie: quia
dispositio preuia. non igitur est simile de sacerdote le=
gali respectu lepre: et de euāgelico respectu culpe: quia
ille tm̄ exercuit aliquid qd̄ erat signū rememoratiuū
mundationis lepre: et nihil qd̄ esset signum pronosti=
cū efficax respectu mūdationis sequētis. sed iste exer=
cet actum qui est signum pronosticum efficax mūda=
tionis sequentis in vltimo instanti. nec tamen menti=
tur iste: quia intelligitur absolutio eius pro illo instā=
ti pro quo iste a deo: ⁊ ab ecclesia est absolutus. ¶ Si
dicas. ergo sacerdos delet maculam et penam mortis
eterne qd̄ est propriū deo. Dico qd̄ vtrūq̄ facit: si ta=
dist. 14. q. 1. ar. 1. ⁊ d. 17 q. vnica. men duo sunt ibi de quibus dictum est alš: sed non fa
cit nisi instrumentaliter: non quidem attingēdo illum
B effectum nec virtute propria nec alterius: sed attingē=
do aliquid prius qd̄ est dispositio necessitās ad illum
effectum: necessitans inq̄ ex diuina pactione: et tale
agens causans dispositionem necessariam ad termi=
num dicitur agens instrumentale vt est de alterante ⁊
generante. proprium autem est deo principaliter mun
dare ⁊ remittere illud debitum etiam attingendo illū
effectum. horum autem neutrum conuenit sacerdoti.
¶ Auctoritates ergo quas magister adducit pro se
affirmatiue loquuntur ꝙ hoc facit. et verum est ꝙ sa=
cerdos euangelicus ostendit illum mundatum et so=
lutum pro instanti pro quo intelligitur sua absolutio.
sed hoc non solum: immo sic ostēdit ꝙ illa ostensio est
dispositio preuia ⁊ necessaria ad illud qd̄ ostendit. hec
est enim excellentia sacramentorum noue legis ꝙ eo=
rum susceptio est dispositio sufficiens ad gratiam. Il=
lorum autem legaliū nec susceptio erat dispositio effi
cax ad mundationem corporalem lepre vel huiusmo=
di feditatis. Esset autem simile si loqueremur de sa=
cerdote legali purificāte aliquem per aquas aspersio=
nis ab aliqua irregularitate contracta in lege ex con=
tactu lepre vel huiusmodi: tunc enim sacerdos ille

exercet quēdam actum qui esset signum efficax recon=
ciliationis huius irregularitatis: et mundationis il=
lius polluti: in cuius mundationis actu vel termīo se=
queretur effectus signatus. s. ꝙ iste esset dignus com=
municare cum ceteris synagoge. ¶ Contra illud qd̄
dictum est de secunda conclusione potest argui. nulli
cōmittitur potestas arbitrandi in causa aliqua cuius
arbitrium nunq̄ erit ratum propter quācūq̄ diligen=
tiam possibilem adhiberi ab ipō: sed tātum a casu: vel
per miraculum speciale: sed per quācūq̄ diligentiam
possibilem adhiberi a sacerdote non potest pertinge=
re ad illud indiuisibile pene quo deus iudicat pecca=
torem esse dignum. si ergo attingat: hoc erit a casu vel
per miraculum speciale: nec erit ratum per te nisi ad il
lud attingat. ergo nō habet auctoritatem aliquam ar
bitrandi. ¶ Confirmatur. quia nec est verisimile ꝙ
deus dederit potestatem ecclesie arbitrandi: sic ꝙ ipse
voluerit arbitrium ecclesie ratificare: et tamen ꝙ im=
possibile sit eam recte arbitrari. sic nihil ratificatur ni
si a casu vel per miraculum speciale. ¶ Item nullus
constituitur arbiter inter partes sub hac cōditione ꝙ
precise arbitretur ad voluntatem vnius partis: ⁊ hoc
maxime quando non potest nosse determinate volū=
tatem illius partis. Sed in iudicio penitentie partes
sunt deus et peccator inter quos est sacerdos arbiter.
ergo non obligatur precise ad arbitrandum illam pe=
nam quā sibi deus infligeret maxime cum non possit
sibi constare de volūtate dei quo ad hoc precise vt est
membrum ecclesie. ¶ Item si sacerdos imponat pe=
nitentiam aliquantulum maiorem q̄ respondeat pec
catis: non est probabile quin penitens teneatur eam
implere. ergo si aliquantulum minus pena condigna
illa videtur sufficere. nam si non: sufficeret aliqua ci=
tra illā punctalem quā dictat diuina iustitia. ergo non
oporteret explere aliam vltra illud punctale diuine iu
stitie. ¶ Dico ergo ꝙ sicut in alijs commutatiōibus C
iustitia commutatiua habet aliquam latitudinem: ita
ꝙ non respicit in commutationibus indiuisibile: sed
medium recte rationis. Ita iustitia punitiua que est
commutatiua pene pro culpa non respicit necessario
gradum indiuisibilem pene correspondētem huic cul
pe. sed ibi aliqua latitudo infra quā pena minor non
sufficit: ⁊ vltra quā pena maior non est imponenda. ⁊
extra totam latitudinem clauis citra vel vltra ligans
erat: et tunc non immerito que soluitur in terris non
soluitur in celis. i. non ratificatur: sed intra latitudinē
non errat. et ideo arbitrium ratificatur in tm̄ ꝙ quic=
quid imponitur intra illam latitudinem hic oportet
implere. et si hic non impletur residuum in purgato=
rio exigetur. Et si minus imponatur et expleatur ni=
hil maius exigetur in purgatorio. ¶ Istud autē me=
dium in ista latitudine possibile est esse homini no=
tum per legem dei cum adiutorio rationis naturalis:
et ideo obligatio ad hoc medium latum est ad possibi
le homini sine miraculo speciali et sine casu et fortu=
na. ¶ Sed nunquid penam a claue non errante im=
positam tenetur penitens adimplere. ¶ Rñ. ꝙ sic. si
velit se submittere sacerdoti huic. et quantum ad abso
lutionem culpe et quantum ad susceptionem pene to=
talis correspondentis: quia tunc obligatio precepto D
ecclesie cui se voluntarie submisit. Si autem tātūmo=
do se velit submittere huic quantum ad commutatio=
nem pene eterne in temporalem: et non quantum ad
taxationem pene totalis: sed tm̄ quātū ad illam et il=
lius taxatiōem vult se subdere manui dei vel hic vel
in purgatorio. non expedire talem sine absolutione
repellere: tunc enim recederet desperatus: nec videtur
propter istam volūtatem esse in peccato mortali: cum
conteratur de peccato et velit puniri pena condigna

pro eo:et ab eo cuius est iuste eam infligere.licet nolit eam sibi infligi ab isto sacerdote: nec ipsemet velit eã recipere vt sit minister ipsius infligende. ¶ Nec potest dici hunc inobedientem ecclesie esse:quia potest se submittere arbitrio ecclesie quantum ad iudicium illud penitentiale ad qđ necessario tenetur se submittere:licet nolit se submittere illi sequenti. Et patet ꝙ illud non includitur necessario in primo:quia sacerdotes primo existente quãtũcũqȝ vniformiter valde variant sequens.vnde et frequenter propter volũtatem confitentis ad subeũdũm penam non magnam dant aliquam modicam predicendo sibi ꝙ oportet residuũ soluere in purgatorio:et cum illa parua sit manifeste improportionata culpe et omnino extra illam latitudinem non propter hoc non recipit talis sacramentũ penitentie. Eodẽ modo videtur ꝙ potest omnino penam nullam sibi imponere propter resistentiam eius ad sustinẽdum predicendo sibi ꝙ totam illam penam oportet soluere in purgatorio. Et Augustinus hoc innuit ꝙ si vix tali inclinabili imponatur penitẽtia aliqua displicens:timẽdum est ne inde accipiat occasionem recidiuandi in peccatum mortale: quia proijciendi illam penitẽtiam in quo peccabit mortaliter postꝙ voluit se submittere sacerdoti in eius susceptione.

¶ Sed dato ꝙ erret clauis scientie non tamen potestas clauis nunquid arbitrium ratificatur in celo? ¶ Rñ. clauis scientie errat quando nec bene requiruntur nec examinantur illa que pertinent ad hoc iudicium:vtpote si circũstantie alique fatue que nec aggrauant nec alleuiant sed placent auribus prurientibus confessoris/si etiam non requirit de attritione cõfitentis sed tantũmodo vt audeat eam ac si narraret vnam narrationem vel fabulam.et in primo quidem licet aliquid fiat qđ non esset faciendum:si tamen nihil omittatur qđ esset faciendum: vtpote circũstãtijs non requirendis requisitis requiruntur ille que essent requirende:potest sequi rectum iudicium. sed in secũdo omissa requisitione displicentie confitentis nõ potest sequi rectum iudicium nisi casualiter. ¶ Breuiter ergo dico ꝙ clauis scientie erret/exequendo non necessaria ad illam causam vel illicita peccat confessor: sed si nihil omittat de necessarijs ad cognitionem cause potest recte iudicare. Si autem errat clauis scientie omittendo aliquid qđ est necessarium ad cause cognitionem:et peccat et non potest recte iudicare nisi a casu et potissime de attritione vel contritione confitentis. Q; si penitens ostendat se dolentem: cum tamen non sit:est fictus:et recedit a vera penitentia:et cum nouo peccato nec clauis scientie errat:sed penitens in periculum sui errat:et tunc ratificatur iudicium sacerdotis in celo.hoc est ꝙ fecit qđ suum est:quia vt homo non potuit cor videre nisi per signa exteriora: sed non ratificatur quantum ad illum suscipientem: quia nõ est capax istius sicut ostendit se capacem. ¶ Sed esto ꝙ aliquo necessario omisso a casu fecit iustam sententiam. ¶ Rñ. ratificabitur quantum ad suscipientem si non est fictus:ita ꝙ sibi sufficiet illam penam implere.sed non ratificabitur ex parte cõfessoris quin peccet errando. Et isto modo oportet distinguere ꝙ aliquando ratificabitur arbitrium ex vtraqȝ parte.i. tam sacerdotis ꝙ̃ suscipientis.aliquando ex parte illius non istius.

Ad argumenta. ¶ Ad primum conce

do vtrũqȝ membrum distinctionis. Et cum dicit̃ contra primum ꝙ tunc posset totam penam remittere.nego quia aliquod est medium determinatum ẜm rectã rationem in quo stando remittit recte:sed non vltra. Et cum dicitur ꝙ saltem per plures absolutiones remitteret.hoc tangit bonã difficultatem an iterata confessio eorũdem peccatorum vi clauium plus et plus de pena remittat.videtur probabile ꝙ sic:quia eiusdẽ rationis est absolutio secunda cum prima.ergo potest eãdem virtutem habere respectu alicuius partis pene remittende:et per consequens per aliquot absolutiones finitas cum culpa illa habeat partitionem in partes finitas posset totaliter remitti. siquidem om̃e finitum per ablationem partium finitarũ aliquotiens sumptarum totaliter consumitur. ¶ Quid ergo melius ꝙ̃ semper confiteri quousqȝ post centesimam vel millesimam confessionem esset tota pena remissa debita quibuscũqȝ peccatis cõmissis. ¶ Videtur ꝓbabilius ꝙ secunda absolutio virtute clauium nullam partem pene remittat.nam hic fugere ad partes eiusdem quantitatis vel eiusdem proportionis nihil est: quia non est ratio quare secunda absolutio non potest auferre partem eiusdem quãtitatis si quã posset. Nec mirum si nullam potest:quia illud iudicium semel latum sine errore deus ratificat in celis.qđ est irreuocabile.ergo rationale est ꝙ sic ratificetur qđ sit iterabile.non dico ꝙ illicitum vel impossibile sit iterari: sed tamen cum fructu isto quem nunc habet nõ est iterabile.hoc videmus in sententijs diffinitiuis in foro litigioso quibus absoluuntur accusati quando inueniũtur innocentes:nec postea replicatur inquisitio vt sit processus in eadem causa:nec si replicaretur per illã secundam sententiam iste absolueretur:sed per primam.qui enim solutus est amplius non absoluitur: quia nullus soluitur nisi ligatus. ¶ Ad secundã partem distinctionis concedo ꝙ penam inflictam a sacerdote que non excedit totam illam latitudinem iustitie tenetur confitens soluere et sufficit. ¶ Sed dices. vnde sciet iste confitẽs si excedat latitudinem an nõ? ¶ Rñ. vel a lege diuina si ꝑitus est in ea per se vel si non potest requirere ab alio confessore de cuius prudentia magis confidit:vel si nolit se submittere confessori alij nec per industriam suam sufficit ad hoc ꝙ iudicet de pena hac si sit condigna culpe an non:serpet penam sibi impositam:maxime si sibi videt̃ excedere penam condignam. Si autem videatur sibi deficere:tutius est adire alium confessorem prudentem ꝙ̃ exponeri se purgatorio. ¶ Secundum argumentum concedo ꝙ vsus clauium extẽdit se ad culpam remittendam:et ad debitum pene eterne: sed instrumentaliter: et per hoc patet ad primum in oppositum.

¶ Ad secundum dico. ꝙ sicut baptismus fluminis non habenti prius gratiam confert:et habenti auget:et frequenter in adultis precedit baptismus flaminis baptismum fluminis:si tamen non precederet vt in paruulis conferretur per baptismum prima gratia:ita frequenter hic adulti per attritionem tãꝙ̃ per meritum de congruo iustificantur anteꝙ̃ confiteantur ẜm illas auctoritates Augustini et Cassiodori:et tunc in susceptione sacramenti auget̃ eis gratia. Sed esto ꝙ non habuerint sufficientem attritionem ꝑ modum meriti ad iustificationem:et per consequens in peccato existentes:et tamen aliqualiter attriti confitentur in vltimo instanti recipiunt gratiam virtute sacramenti.loquuntur ergo ille auctoritates de iustificatis primo modo.sed non per hoc excludunt iustificationem secundo modo: vt satis patet de baptismo secundo modo.

¶ Sciendum est etiã ꝙ tempus pœnitentię est vsqȝ in extremum articulum vitę &c. Distinctio XX.

Circa distinctionem vigesimam quero. Utrum penitētia in extremis valeat ad salutem: videtur q non. Augustinus in quodā sermone. & ponitur in litera loquens de sic penitente. nō presumimus q bene hic exit. ¶ Idē et ponitur in litera. & de peni. di. vij. Periculosum est & interitui vicinum vsq ad mortem procrastinare penitentie remedium. ex hac auctoritate sic arguitur. peccat mortaliter qui se exponit periculo mortis sue: sed talis est protrahens penitentiā vsq ad vltimū. ergo &c. ¶ Confirmatur per illud Augu. in sermone innocentum. Hac animaduersione percutitur peccator: vt moriens obliuiscatur sui qui dū viueret oblitus est dei. ¶ Itē Ecclesiastici. xvij. Viuus & sanus confiteberis. adducit illud August. age penitentiam dum sanus es. si sic egisti: egisti quo tempore peccare potuisti si vis penitere quādo iam peccare nō potes: peccata te dimiserunt: nō tu illa. Ex hoc sic arguitur. Nulla penitentia sufficit ad salutum nisi sit voluntaria: sed penitens in extremis non dimittit peccata sua: sed illa eum ſm Augustinum. ergo &c. ¶ Itē nihil ordinandum est a legislatore qđ est occasio trāsgrediendi legem: et p̄cipue multis hoc patet: quia tūc legislator aliquid faceret per se: qđ esset in destructionem legis sue. Sed penitentiam serotinam valere est occasio continuandi peccatū p tota vita. Quis enim non continue peccaret per totam vitam si breuis penitentia in fine saluaret: ergo &c. ¶ Item nulli dimittitur peccatum mortale nisi per aliquam penam temporalem correspondentem peccato: sed talis penitēs in extremis nullam penam soluit. vel saltem nō sufficiētem: nec peccato correspondentē. ¶ Si dicatur q penam temporalem debitam peccato in purgatorio soluet. ¶ Contra. moriens in peccato mortali dānat statim. ergo moriens in gratia statim saluabitur: et per consequens nulla pena soluet post hanc vitā. ¶ Contra. Augu. de vera et falsa penitentia. dist. vij. et ponitur in litera. Penitētia si in extremo vite hiatu aduenerit: saluat et liberat: quod probat subdens: multum fuit sera latronis penitentia: sed non fuit sera eius indulgentia. de quo habetur Luc. xxiij. probatur etiam per illud Ezech. xviij. & xxiij. Quacūq hora igemuerit peccator &c.

A In ista quæstione due sunt conclusiones satis certe. ¶ Prima est hec. penitentia vera siue interior sola siue exterior cum susceptione sacramenti penitentie sufficit ad salutem alicuius in extremis. ¶ Secunda. q penitētia que videtur haberi in extremis vix est vera penitentia sufficiēs ad salutem: quia difficile tunc est habere veram penitentiā. ¶ Primū patet per August. et ponitur in litera. quoniam deus semper potens est etiam in morte premiare quib9 placet. cum ergo opus sit non hominis: sed dei fructuosam penitētiam inspirare: potest eam quādocūq vult sua misericordia. et per rationem patet: quia siue penitentia interior sola per modum meriti de congruo si ab aliquo in extremis habeatur: hoc disponat ad iustificationem: siue sacramentum penitentie per modū sacramenti operetur ad eādem: si ab aliquo in extremis habeatur hec vel illa habetur eadem ratio perceptionis gratie que & in alio penitente: et p cōsequens gratia percipietur: et sic saluus. ¶ Secunda conclusio probatur. primo quia tunc impeditur vsus liberi arbitrij: vel vsus liber rationis & voluntatis ex dolore vel timore inherentibus: non enim dico aliquem esse in extremis qui grauatur morbo ſm cōmunē legem curabili: vt febre tertiana: vel huiusmodi. ne qui subito moritur cuius mortis adhuc nulla apparet causa. sed qui ex causis euidentibus iam positis iudicatus est proximus morti ſm causas inferiores operantes vt in pluribus: vtpote in infirmitate quando iam attingit ad gradum desperatum iudicio medicorum. vel in alijs periculis vt submersione & huiusmodi. statim iminet mors: et in istis inq vel est maximus dolor in parte sensitiua: vel timor maximus. Et vtraq passio vehemētis nata est īpedire liberū vsum rōnis & volūtatis. q2 ſm Augu. lxxxiij. q. q. xxxvj. Passiones causate a tristātibus vel tristib9 plus mouet q passiones causate a delectabilibus. passio autē delectationis vehemens q̄nq ipedit totaliter: vel fere vsum rationis: vt dicit de ciui. dei. actus aūt displicētie de peccato ad L. iiij. 14.
hoc q sit sufficiēs ad verā penitentiā siue intrinsecam q. 16.
solā siue ad dignā susceptionē sacramēti penitētie requirit liberū vsum rōnis et volūtatis. B
¶ Si dicas q dolor vel timor qui inest nō totaliter īpedit intellectū vel voluntatē. concedo: sed multū īpedit. & p ɔsequēs remissius & īperfectius vsus intellectus & voluntatis tūc pōt haberi qui vix sufficit ad displicētiā sufficiētē & requisitā ad verā penitentiā. hanc rationem tangit Aug. in litera. Cum sera venit penitentia tātus aliqñ cruciat9 ligat mēbra et dolor sensum opprimit vt vix homo aliquid cognoscere valeat. ¶ Secūdo ad hoc q displicētia valeat & sit ordinata op3 q sit debite circūstātionata & maxime circūstātia finis & p̄ncipij actiui principalis vt. s. sit volūtaria ppter deū: sed difficile est tūc habere actū sic circūstātionatum: q2 qui vsq tūc fuit īpenitēs nō videtur tunc extorquere a seipso displicētiā nouā nisi timore pene iminentis. presumit enim q si remotus eēt a pena sicut prius nō extorqueret a seipso illā displicētiā sicut nec prius: tū q2 saltem aliquid simpliciter inuoluntariū videt cā istius displicentie. nā expectatio mortis videt cā istius displicentie. illa autem est iuolūtaria. & qđ nō fit nisi ex suppositione cuiusdam inuoluntarij non est simpliciter volūtarium: sicut nō omnino volūtarie proijcit quis mer- C
ces in mari: si nō pijcit nisi ex suppositione cuiusdam periclitationis quā nollet. saltem qđ nō est nisi sit voluntarium nō est multum acceptum alij: nec multum videt ppter amorem eius factum. hanc rationē tāgit Augustinus in litera. oportet non solum timere iudicem: sed diligere arbitrij enim libertatem querit vt delere possit commissa non necessitatem: charitatē nō timorem. nō igitur timeat penam qui penitet: sed anxietur pro gloria. ¶ Tertia ratio: quia habitus malus vsq tunc continuatus multū retrahit ab actu penitentie. et hanc rationem tāgit Augustinus in litera. cum filij quos illicite dilexit sint presentes: vxor & mūdus ad se vocet: multos solet penitentia serotina decipere. intellige hec delectabilia esse presentia in se vel in fantasmatibus vehementer impressis: et siue sic siue sic: ex vehementia habitus continuati multum inclinant ad se inordinate amanda: et per consequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnā displicentiam de eis ad hoc vt sit dispositio sufficiēs ad deletionem culpe. ¶ Quarto. quanto aliquis est minus dñs sui actus tanto requiritur intēsior displicentia ad hoc q sit dispositio sufficiēs ad deletionem culpe. Iste autem minus est dñs: q2 nullo mō est dominus actus exterioris ad peccādū. reqreret igit ſm strictā iustitiā intensior motus displicētie ad iustificationē ei9 q ad iustificationē sani: cū vix possit habere eque itēsum. Et hāc rōnē tāgit August. in litera. Age

penitētiam dum sanus es: si sic agis securus es: qꝛ penitentiam egisti quando peccare potuisti. si vis agere penitentiam quando iam peccare non potes: peccata te dimittunt: non tu illa. ad minus non tu ita libere illa dimittis sicut ille sanus: et ideo quantum deficit in te de libertate: tantū ſm rigorē requiritur in te motus intensioꝛ quē vix vel nunq̄ poteris habere. ¶ Ideo dicit Augustinus ꝙ magnum est cui deus tunc inspirat si quis est veram penitentiam: quia vix vel nunq̄ est aliquis qui habeat dispositionem de cōgruo: vt cui inspiretur. ¶ Ex istis sequuntur duo corrélaria. vnū ꝙ sano persuadendum est vt sanus peniteat incutiendo sibi timorem q̄ periculosum sit expectare serotinā
D penitentiā propter rationes predictas. ¶ Aliud correlarium ꝙ infirmo iam ad articulum istum deducto suadendum est vt ſm suam possibilitatem laboret ad penitentiam ordinatam: vt. s. non obstante dolore vel timore vtatur ratione quantum potest: et nitatur habere displicentiam voluntariam propter finem debitum. s. propter deum: et renitatur male inclinationi habitus et delectationū ꝑsentiū: et laboret ad displicētiā quantum poterit habere lꝫ breuē: et ne in desꝑatiōem mittat extollenda est sibi dei misericordia: proponendo sibi exemplum de latrone illo cuius fuit penitētia sera: sed non sera indulgentia.

Ad argumēta. ¶ Ad primum dico ꝙ presumptio est ſm ea que eueniunt vt in pluribus: et magis apparent consona rationi recte. vt in pluribus videtur difficile: vel impossibile tali bene penitere ꝓpter rationes dictas. tamen ista presumptio non concludit de necessitate: quia licet vt in paucioribus et difficiliter possibile est oppositum euenire: et ideo dicit Augustinus. non dico ꝙ saluabitur sed nec dico ꝙ dānabitur: quia de neutro potest homo esse certus. ¶ Ad
E secundum concedo. ꝙ qui scienter exponit se periculo salutis sue peccat mortaliter: et ideo iste si aliquo actu elicito determinat sibi nunq̄ penitere nisi in extremis: illo actu elicito exponit se periculo tali: et peccat mortaliter. sed etiam de illo peccato si sic peccauit possibile est ipm penitere in extremis sicut et de aliis. ¶ Ad tertium dico. ꝙ q̄diu aliquis habet vsum liberi arbitrii potest peccare peccato interiori lꝫ nō exteriori: saltem cōplacendo in peccatis iā prius cōmissis: et ita potest peccatū tunc dimittere ꝑ displicentiā de eis: lꝫ necesse sit non peccare peccato exteriori: sed etiam istud intātū potest esse sibi ꝓ tunc voluntarium: vt habeat tunc voluntatem ꝙ si posset tūc peccare peccato exteriori fugeret hoc omnino: et non tm̄ displicentiam: sed aliam penitētiam exteriorem habere de peccatis prius
F cōmissis saltem in voto si superuiuat. ¶ Ad aliud dico. ꝙ legislator non debet ea pretermittere que ſm se sunt congrua in lege ordinata: lꝫ aliquis ex illis accipiat occasionem delinquendi: alioquin nunq̄ deus debuisset instituisse penitētiā aliquā in aliqua lege: quia quilibet potest ex hoc accipere occasionem delinquendi quā nō acciperet si non posset postea penitere: nunc autē ad legē simpliciter ordinatā pro statu isto nature lapse requiritur ꝙ penitentia possit esse fructuosa: et qua ratione in quocūq̄ instanti sanitatis pari ratiōe et in extremis: immo magis est necessarium pro multis imperfectis ꝙ tūc possit valere. Dico igit̄ ꝙ istud non est occasio data a lege: sed tm̄ accepta ab imperfectis: ſm se autem est occasio seruandi legem ꝓpter amorem legislatoris qui tante misericordie est erga miseros: vt nunq̄ eis claudat sinum misericordie sue. ¶ Potest confirmari responsio: quia quando ex aliquo directe prouenit maius bonum q̄ indirecte tamq̄ ex occasione accepta proueniat malum: tunc illud faciendum est: et nullo modo pretermittendum propter talem occasionem: sed maius bonum est quosdā vsq̄ in finem malos per penitentiam saluari q̄ malum sit peccatum ex istius occasione factum. quia per istā penitētiam multi finaliter attingunt ad terminum ꝑdestinationis diuine. per illam autem occasionem diuinam nulli cadunt ab isto: et si aliquando peccāt tamē non peccato quo finaliter dānentur. ¶ Ad aliud concedo. ꝙ oportet istum alia pena puniri pro peccato: sꝫ hoc non debet sibi imponi hic: quia non potest illam hic implere: nec potest sibi imponi ꝙ tanto tēpore stet in purgatorio: quia iste sacerdos non habet auctoritatem sibi infligendi illam penam: sed proponenda est sibi pena correspondens peccatis tali modo. si sanus esses talis penitentia esset tibi imponenda: quā si cōualueris studeas adimplere. sed nunc es in manu domini. confide de misericordia eius: quia et si te puniat. tamen misericorditer vel in casu vbi non potest protrahi multus sermo non oportet aliquam penam sibi specificare: sed tm̄ eum instruere de iustitia dei misericordis. ¶ Ad aliud qđ obiicitur contra responsionem dico ꝙ illud non est simile. moriens enim in peccato mortali nihil haberet retardatiuum a pena condigna. sed iste, moriens in charitate: debitor tamen pene pro peccatis cōmissis quoꝝ penitentiā nō fecit habet aliquid retardatiuū a gloria: qꝛ nullus dū est debitor alicuius pene potest glorificari qꝛ gloria sicut nec penā secū patit̄: sic nec debitum pene: qꝛ nec simul nec posterius persoluende.

¶ Solet etiam quæri &c. Dist. XXI.

HEc est dist. xxi. Quæro primo questionem hanc. Utrum post hanc vitam possit aliquod peccatum dimitti. videt̄ ꝙ non: quia nullus moriens iustus potest postea peccare. ergo nec moriens in peccato potest postea resurgere. consequentia patet: tū a simili. quia simile videtur pro aliquo statu posse peccare et resurgere a peccato. tū a maiori: quia facilius est cadere q̄ resurgere. tum quia resurgere a peccato nō videtur competere nisi ei qui potest mereri. sed qui non potest in aliquo statu cadere nō potest mereri. ¶ Itē. nullum peccatum mortale post hanc vitam potest remitti: igitur nec veniale. consequentia patet: quia sunt eiusdem rationis: cum non nisi ſm magis et minus differant. ¶ Item Dam. lib. ii. c. iiii. Qđ est angelis casus hoc est hominibus mors. sed angelus post casum est omnino inuariabilis ab huiusmodi in qđ cadit. ergo et homo ab illo in quo moritur est inuariabilis post mortem. ¶ Item. per penam minimam potest dimitti peccatum veniale: dū tamen sit voluntaria: vt aspersione aque benedicte et huiusmodi. pena mortis est maxima: quia vltimū terribiliū est. iii. ethi. ergo per illam si sit accepta voluntarie ab isto morituro potest deleri om̄is culpa venialis. ergo post mortem nulla remanet dimittenda. ¶ Si dicas qđ mors est inflicta pro peccato originali: et ideo non potest eē pena debita alii peccato nec deletiua nec remissiua peccati. ¶ Contra. originale peccatum dimissum est in baptismo: quia contra hoc specialiter ordinatur. ergo non est mors in isto pena debita pro originali. ergo vt prius. ¶ Contra. magister in litera: et probat per illud Matth. xii. Luc. xii. et Marci. iii. Qui peccauerit in spiritum sanctum non remittetur ei neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro. subdit magister. ex hoc datur in

G

a.l.22.

Ca.9.

H

telligi sicut sancti doctores tradunt ꝙ quedam peccata in futuro dimittentur.

A In ista quæstione vna cõclusio est certa. s. ꝙ peccato dimisso in hac vita pena debita pro ipso potest solui post hanc vitam. Quod probatur ratione: quia nullus cum debito pene beatificatur. aliter enim pene simul soluende sunt cum gloria: aut post gloriam. sed neutro modo: quia nec pena potest stare cum gloria nec succedere glorie. igitur si quis aliquando est debitor pene oportet ꝙ prius illam soluat. Iste autem qui digne penituit in extremis: qđ possibile est vt dictum est dist. precedenti. non soluit dignam penam ꝓ peccato de quo penituit. ergo illam soluet post hanc vitam. ¶ Hoc etiam dicunt auctoritates quas magister adducit in litera. vna Augu. xxj. de ciui. dei. c. xxvij. vbi tractat illud prime ad Cor. iij. de his qui edificant lignum fenum stipulam: post istius inquit corporis mortem donec veniatur ad diem dãnatiõis & remunerationis si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum qui edificauerunt lignum fenum stipulam ignem dicantur perpeti transitorie tribulationis venialia concremantem non redarguo. et sequitur. Grauior erit ignis ꝙ̃ ille quicquid homo pati poterit in hac vita. Et idem de vera et falsa penitentia. et ponitur de peniten. distin. vij. loquens de sero penitente. viuat & non moriatur. intellige de vita gratie: nõ promittimus ꝙ euadat omnem penam. nam prius purgandus est igne purgationis: qui in aliud seculum distulit fructum cõuersionis. Hic autem ignis et si eternus nõ sit: miro tamen modo grauis est. excellit enim omnem penam quã vnꝙ̃ passus est aliquis in hac vita. Et hanc sententiam dicit magister dist. xx. ca. ij. Si inquit & ante expletionem penitentie decesserit ignem purgatorium sentiunt et grauius puniuntur ꝙ̃ si hic explessent penitentiam. Nec mirum: quia pena quanto minus voluntaria tanto minus satisfactoria: et tota ista sententia de purgatorio fundatur in verbo apostoli. j. ad Cor. iij. vbi dicit ipse saluus erit: sic tamen quasi per ignem. dicit de imperfecto moriẽte cum venialibus. ¶ Sed aliud non est ita certum. s. de peccato hic non dimisso. an penitentia debita pro ipso possit solui in futuro. et sic remitti. et secundo an tale peccatum hic non dimissum possit dimitti? ¶ De primo

B istorum tanto de certo tenetur ꝙ non: de peccato mortali: quia pro ipso nõ dimisso pena debita est pena dãnationis que non remittetur. ¶ De peccato autẽ veniali oportet videre que pena sibi respondeat ꝺm dei iustitiam. ¶ Et dicitur ꝙ sibi per se respondet pena eterna. per accidens autem temporalis. Primũ ꝓbatur: quia si quis dãnetur pro mortali et cum veniali ꝓ illo veniali semper punietur. alioquin in inferno posset esse redemptio alicuius peccati. sed non punietur a deo pro illo eternaliter: nisi iuste sibi pena eterna deberetur. ¶ Secũdum probatur: quia peccatum veniale stat cum charitate per quam homo ordinatur ad regnum: et per consequẽs ratione illius peccato veniali debetur pena temporalis. ¶ Contra primũ arguitur primo sic: quia non stat cum charitate debitum pene eterne. sed cum charitate stat veniale: non tm̃ non deletum post actum: sed etiam actualiter commissum. patet ꝺm omnes. ergo &c. probatio maioris. quia per charitatem est aliquis dignus vita eterna. sed si cum hoc stat debitum ad eternam penam. igitur simul est aliquis dignus vita eterna et pena eterna. sed hoc est impossibile: quia nullus potest esse debitor pene pro illo instãti pro quo est ordinatus ad gloriam. quia tũc

C simul posset stare gloria et pena aliqua. Probat etiã maior aliter: quia post actum peccati mortalis nihil remanet de peccato nisi debitum pene: vt dictum est distin. xiiij. q. j. igitur si debitum pene eterne posset stare cum gratia: peccatum mortale non remissum posset stare cum gratia: eo modo quo manet post actum: et tunc idem esset amicus et inimicus. ¶ Item secundo. essentialis pena damnatorum non est pena sensus sed dãni. illa autem necessario concomitatur quãcũꝙ penam: quia nulla pena potest stare cum beatitudine. ergo debitum ad quãcunꝙ penam eternam includit penam damni eternam: et per consequens penam essentialem damnationis: sed illa non correspondet veniali. ¶ Item peccatum veniale et mortale sunt improportionabilia in ratione malitie vel offense: quia infinita venialia si essent non equarentur vni mortali in ratione offense: quia nec omnia illa auerterent a fine vltimo sicut vnum mortale. ergo pena ꝺm iustitiã correspondens mortali peccato improportionaliter & in infinitum excedit penam debitam veniali. sed non improportionaliter et in infinitum excedit in intensione: quia quelibet pena ꝺm intensionem finite excedit vel exceditur ab alia. igitur hoc erit ꝺm extẽsionẽ. igitur non debetur veniali pena eterna. hanc conclusionem concedo. ¶ Ad rationem in oppositum dicitur vno modo ꝙ peccato veniali per accidens quando coniungitur mortali debetur pena eterna: non autem ratione sui. ¶ Sed hoc non intelligo: quia deus semper punit citra condignum: et esto ꝙ simpliciter ꝺm rigorem puniret vsꝙ ad condignum: omnino iniustum esset penam eternam infligere pro illo cui ꝺm se debetur pena temporalis. Quantũcũꝙ enim coniugatur alteri hoc nõ facit istud infinitum exire istud genus culpe. ergo nec iuste correspondet sibi pena in infinitum excedens. ¶ Dico ergo ꝙ peccato veniali

D siue hic puniendo siue in inferno siue alibi non debetur nisi pena temporalis nec per se nec per accidens: quia ꝺm se est talis offensa que ꝺm se punitur ꝑ temporalem sufficientem. Nec est inconueniens penam debitam veniali habere terminum in inferno: quia et vere penitens primo et partem penitentie imposite explens: et ante totam expletam recidiuans in mortale et in illo mortali decedens pro parte penitentie residua explenda soluet penã in inferno: sed non nisi temporalem. quia ex quo in remissione peccatorum priori commutabatur debitum pene eterne in debitum pene temporalis: nunꝙ̃ iste est debitor pro illis nisi pene temporalis: et per consequens pena totali soluta erit liber ab istis non tamen in inferno est redemptio illius: scilicet peccati pro quo iste est damnatus. quia pro illo debitum pene eterne nunꝙ̃ fuit commutatum in debitum pene temporalis: et ideo semper manet illud debitum si nunꝙ̃ potest esse illa pena tota soluta. ¶ De secunda conclusione potest dici dupliciter. Vno modo sic. ꝙ nihil aliud est culpe venialis remissio ꝙ̃ solutio pene temporalis debite pro

E ea. probatur: quia post actum transeuntem culpa que manet nihil aliud est nisi reatus ad penam debitam. iste autem reatus venialis non est nisi ad penam temporalem ex articulo precedenti: et per consequens soluta pena temporali in purgatorio pro isto veniali ex hoc ipso ipsa culpa venialis remissa est: non sic autem de mortali: quia pena debita ei non potest esse totaliter soluta: nisi primo sit eterna commutata in temporalem: & ista commutatio vocatur remissio culpe mortalis. hec autem remissio non fit nisi per voluntariam displicẽtiã ordinatam qualis nõ habetur post mortẽ. ¶ Sic patet vnus modus quomodo post mortẽ nõ potest dimitti mortale: sed tantum pena debita mortali prius dimisso. potest autem post mortem dimitti ve-

Alex. de al. pñti. d. i. ex põne lrali.

Tho. 2.2. tra. de pctõ veniali. q. 9. Ri. d. pñi ti ar. 2. q. 2. & Alex. de ales i. 2. 2.

niale prius non dimissum: quia potest solui pena tota lis sibi debita: et in hoc ipsum remitteretur. ¶ Si iste modus non placet: quia videntur sancti distinguere inter remissionem culpe cuiuscunque et pene: et maxime inter remissionem culpe et solutionem pene debite illi culpe. potest dici alio modo quod peccatum veniale in ista vita remitti potest non tantum per penam interiorem: vel exteriorem: quia illa non est necessaria ad hoc: sed per aliquem actum deo magis acceptum quam peccatum veniale displiceat et hoc vel relatum ab ipso operante ad hoc peccatum veniale remittendum: vel non relatum ab ipso sed a deo acceptante in ordine ad illud.

¶ Ad propositum opera istius qui moritur in charitate et si post mortem non referantur ab ipso ad veniale in quo moritur dimittendum. nec etiam ipse habeat aliquem actum nouum meritorium per quem deleatur veniale: tamen illa opera prius facta possunt esse a deo relata ad remissionem istius venialis post mortem: et hoc isto modo quia causa impedibilis dum est impedita non ponit effectum. dum vero est non impedita ponit. sed merita istius morientis in charitate essent causa sufficiens deletionis venialium istius. vel relata ab ipso vel a deo acceptante illa in ordine ad istud. sunt autem impedita dum iste viuit si semper actu manet in peccato veniali. post mortem vero non sunt impedita: quia tunc non contrahit actum peccati venialis. igitur per illa delebuntur venialia post hanc vitam. ¶ Ex hoc sequuntur duo. Primum quod in instanti mortis remittuntur venialia: quia tunc non manet actus peccati venialis: et per consequens tunc cessat impedimentum.

F ¶ Aliud quod omne peccatum veniale morientis in charitate remittitur in hac vita: nisi ille continet actum peccati venialis usque ad mortem vel ad instans mortis. Hoc secundum videtur probabile nisi dicas deum hoc ordinasse quod bona merita istius reseruentur: in diuina acceptatione usque ad instans mortis: quando scilicet desinit viator esse: et per consequens tunc retribuat bonum correspondens istis meritis. non sic autem pro aliquo instanti priori pro quo fuit viator. ¶ Istud est probabile in aliis: quia cum quodcunque meritum mereatur (vt credo) augmentum gratie: quia aliquem determinatum gradum glorie ad quem requiritur: vt dispositio preuia aliquis gradus gratie: et non semper deus: post quemcunque actum meritorium augeat gratiam proportionatam: merito videtur quod augmentum debitum meritis remissis reseruet usque ad instans mortis. Et eodem modo de ista deletione venialium que est quoddam premium non principale istorum meritorum sicut et augmentum charitatis in tali vel tali gradu. et hoc est rationale. quia in illo instanti iste primo fit in statu alio: et premium meritorum reddi eis impediuit status viatoris vel aliquid concomitans statum huiusmodi. nec oportet hic assignare quod hec reseruatio pro instanti mortis sit rationalis: quia homo tunc maxime indiget propter maximas tentationes tunc imminentes. hoc enim non est verum: quia in instanti mortis anima est separata a corpore et per consequens non est in via. sed in termino: nec per consequens tunc exposita tentationibus. ¶ Si neuter modorum istorum placet nec primus scilicet quod idem est veniale remitti et penam solui debitam illi. nec secundus. scilicet quod per merita in vita habita et reseruata in diuina acceptatione deleantur in instanti mortis. queratur alius quem est difficile inuenire. nam motum aliquem bonum per quem tanquam per dispositionem vel meritum de congruo vel condigno deleatur veniale ponere in anima post mortem non videtur doctrine theologie consonum que ponit statum illum ab istis immunem.

G

Ad argumenta. ¶ Ad primum nego consequentiam intelligendo resurgere pro liberari a peccato. ¶ Ad probationem dico quod non est simile: quia peccare est libere agere et pro statu vie. Resurgere autem. id est immunem fieri a peccato non requirit libere agere etiam in via: quia vel secundum primam opinionem non est nisi soluere penam et hoc est pati eam. vel secundum secundam non est nisi per merita prius habita in via et pro tunc acceptata culpam nunc dimitti. ¶ Ad secundam probationem consequentie concedo quod facilius est cadere quam resurgere prout resurgere dicit actum ordinatum in potestate simpliciter resurgentis. sed sic non accipitur resurgere in ista remissione peccati venialis. ¶ Ad tertiam probationem falsum accipit. scilicet quod resurgere tunc est per actum voluntatis meritorium qui tunc insit. sed per actum meritorium qui prius infuit in vita secundum secundam opinionem/ vel per nullum actum meritorium: sed tantum per pati penam condignam pro illo peccato secundum primam opinionem. ¶ Ad secundum non valet consequentia et ratio dicta est in prima opinione et hoc secundum illam opinionem. secundum vero secundam esset dicendum quod merita facta in vita non possunt acceptari pro instanti mortis vt per ea deleatur mortale: quia deus disposuit mortale non delendum nisi per susceptionem voluntariam sacramenti vel per aliquam dispositionem tanquam meritum de congruo tunc vel usque tunc inherentem quando peccatum deletur. non sic est in eo qui decedit in [illegible]. ¶ Ad probationem dico quod et si mortale et veniale sint eiusdem rationis in genere nature/ vel forte in malitia moris: vt genus virtutis distinguitur contra gratuitum et peccatum. non enim idem est esse virtuosum vel vitiosum moraliter et iustum et peccatorem theologice: immo quandoque vitiosus est iustior et magis virtuosus magis peccator vt alias est dictum. sed tamen non sunt ista eiusdem generis vel rationis in ratione offense diuine: et ideo nec vniformiter remittuntur. ¶ Ad tertium est similitudo quo ad hoc quod angelus cadens est in termino non in via: sic et homo in morte: sed non oportet similitudinem esse quantum ad stabilem permanentiam in quocunque: sed in illo quod est principale in illo qui iam attingit terminum cuiusmodi est vita spiritualis per gratiam vel mors spiritualis per peccatum mortale. et sic qui moritur in vita gratie semper viuet. qui vero moritur in peccato mortali semper permanebit. sed de peccato veniali non oportet esse talem stabilitatem. quia illud non est aliquid secundum quod per se attendatur status bonus vel malus vie vel termini. quia potest stare cum bono statu et cum statu malo tam vie quam termini: sed quando est cum bono statu termini oportet quod deleatur antequam plene habeatur. vltimus terminus. ¶ Et aliud potest bene concedi/ quod mors voluntarie accepta sit pena sufficiens pro pena cuiuscunque peccati venialis. et forte pro magna parte pene debite pro mortalibus dimissis. Nec obstat quod est pena necessaria: quia aliquis potest necessarium voluntarie acceptare. et sic huic consonat quod dictum est in secunda opinione. quod peccatum veniale deleatur in instanti mortis cum dicto in prima opinione. quia si per solam solutionem pene remittatur in morte illa pena soluitur: et sic in morte veniale remittitur.

Jn li.4.d.14.et i.3.di.1. de sinceritatibus.

H

I

Quæstio Secūda.

SEcundo quero. Vtrũ confessor in quocunq̧ casu teneatur celare peccatũ sibi ĩ cõfessione detectum ⁊ videtur ꝙ non: quia licitum est vnicuiq̧ renunciare iuri suo. ergo confitenti cum ius suuz sit peccatũ suuz celari licet huic iuri renũciare licentiando confessorem vt tamen tenatur illud celare. ¶ Item Bernar. de precepto et dispensatione libro. iiij. Quod est institutum propter charitatem non debet contra charitatem militare. sed celatio peccati confessi in aliquo casu militaret contra charitatem. ergo ⁊c. probatio minoris. Quãcunq̧ peccatum confessum esset cõtra bonum commune: vtpote crimẽ heresis vel proditio reipublice: ⁊ maxime si ex confessione perciperetur istud non tantum esse factum: sed faciendum videtur contra charitatem esse contemnere bonum commune propter bonum aliquod persone priuate. ¶ Item aliqui condixerunt interficere sacerdotem in tali nemore: qui sacerdos cum eis est viator: vnus ante ingressum nemoris penitet ⁊ confitetur eidem sacerdoti hoc peccatuz. iste sacerdos alijs non penitentibus non tenetur se exponere morti sine causa. ergo nec ingredi nemus. sed non ingrediẽdo reuelat facto alijs socijs confessionez illius confessi. non enim deuerteret ab eorum societate nisi iste fuisset confessus. ergo in isto facto et consimilibus: licet reuelare confessionem. ¶ Item sacerdos de facto absoluit aliquem episcopum symoniacum: quod non potest de iure iste sacerdos tenetur confiteri ⁊ in speciali: de isto peccato: et sic circunstantionato: quia est mortale. et iste circunstantie aggrauant: sed sic confitendo reuelat peccatum episcopi illius symoniaci. ergo ⁊c.

¶ Item licitum est reuelare quod non est peccatum: nec circunstantia peccati. sed talis est persona: cuz qua confitens peccauit: pone quia hec vel illa non sit circunstantia aggrauans. ¶ Item abbas habens monachum in loco pertinente ad monasterium suum scit eũ per confessionem in loco illo peccasse et habere societatem ibi suspectam per quam semper allicitur ad peccãdum. videtur ꝙ possit consulere saluti anime sue. ergo potest eum amouere ab illa cura vel ab huiusmodi officio vt non habeat occasionem huiusmodi peccandi. sed amouendo eum facto reuelat confessionem: quia facit tale factum quod non faceret si iste non fuisset sibi confessus per quod etiam alij possunt in notitiã peccati illius venire: saltem in vniuersali. ¶ Item extra de sententia excommunicationis: cum non ab homine. a communione eius qui pro iniectione manuum in clericum in edictum excommunicationis incidit: debes abstinere: nisi forte tibi soli illud pateret: ĩ quo casu ipsum priuatim tantum vitabis. et sequitur. vt saltem rubore verecundie suffusus pro latenti excessu satisfacere compellatur. ex hoc habetur: vt videtur ꝙ si in secreto vel per confessionez scio istum incidisse ĩ sententiam excommunicationis: debeo eum priuatim vitare vt sit confusus. ergo propter confessionem: licet alicui confusionem inferre. ergo pari ratione et cõfessionem reuelare. ¶ Contra. de peniten. distinc. vj. ⁊ in litera. Sacerdos ãte omnia caueat ne de eis que ei cõfitentur peccata eorum alicui recitet. et sequitur pena. Nam si hoc fecerit deponatur et omnibus diebus vite sue peregrinando ignominiosus pergat. ¶ Itẽ de peni. ⁊ remis. extra. Omnis vtriusq̧ sexus. Caueat oĩno ne verbo vel signo aut alio quouis mõ probat peccatorem ⁊ sequitur. Si peccatum sibi detectum p̄sumpserit reuelare non solum a sacerdotali officio decreuimus deponẽdum: verũ ad agendũ strictissimã penitẽtiã in artissimũ monasterium detrudendum.

In ista quæstione hæc sit prima conclusio. ꝙ celare peccatum in confessione detectum tenetur sacerdos de lege nature. ¶ Secunda ꝙ ad hoc etiam tenetur de lege dei positiua. ¶ Tertia ꝙ ad illud tenetur de lege positiua ecclesie. ¶ Quarta quando ⁊ qualiter tenetur: ⁊ de alijs circunstantijs pertinentibus. A

¶ Quinta de alijs secretis vel sub secreto alicubi detectis. ¶ Prima probatur sic: eadem persona vere affirmare potest aliquid in persona alterius loquẽs: qḋ vere negat in persona propria loquens. probatio. angelus loquens moysi in persona dei vere dixit. Ego suz dominus deus tuus. Exo. xx. quod vere negasset in persona propria loquens. ergo a simili homo representãs personam dei in foro confessionis vere potest aliquid affirmare quod extra illum forum potest negare vere quando loquitur in persona propria. ergo extra foruz dicens illa se audisse vel scire mentitur: quia ad notitiam eius non venit: nisi inquantum representabat personam dei. sed vitare mendacium est de iure nature: ⁊ maxime mendacium pernitiosum. ergo ⁊c. ¶ Contra rationem istam arguo primo sic. eiusdem ⁊ vt eiusdez in persona est cognoscere in causa et sententiare de ea. hec est manifesta: quia ad hoc cognoscit iste ⁊ vt iste: vt recte sententiet: sed sacerdos nõ in persona dei sententiat absoluẽda cõfitentem sed in persona propria: igitur ⁊ sic audit ⁊ cognoscit. probatio minoris: non absoluit principaliter: sed tantum ministerialiter. absoluere autem ministerialiter sibi non competit nisi in persona propria. si enim in persona dei loqueretur absoluendo confitentem vere posset dicere sine prece preuia. que est. dñs te absoluat ego te principaliter absoluo ⁊ gratiam infundo. sicut angelus vere dixit in psona dei. Ego te eduxi de egypto. ¶ Itez non magis audit vel absoluit sacerdos in foro confessionis in persona dei q̄ conficiat eucharistiam in persona eius: quia eque excellens est actus iste sicut ille. ⁊ actus sacramẽtalis in quo operatur virtus diuina sicut hic. immo videtur ibi plus agere in persona dei vel christi q̄ hic. ibi enim profert verba christi: corpus meum. ⁊ in persõa christi de quo premisit. qui pridie q̄ pateretur ⁊c. ita ꝙ totum illud. accipite ⁊c̄. Hoc est ⁊c̄. dicit ipse recitãdo verba christi non sic in proposito. Unde nõ premittit hic. christus volens absoluere peccatorẽ dixit sic: ego te absoluo. sed ly ego stat hic pro persona ministri. ex hoc ergo patet ꝙ magis vel non minus conficit in persona christi q̄ absoluat vel audiat confessiones in persona christi. sed conficit in persona propria. Unde non mentitur post missam dicens. ego scio me hodie confecrasse. igitur ⁊ hic. ¶ Item secundum istum eundem. et veritatem vt postea probabitur licet peccata in confessione detecta in vniuersali dicere: ⁊ ĩ particulari nõ relata ad personam confitentem. hoc etiam probatur: per illud extra de peniten. ⁊ remis. officij. vbi Innocẽtius tertius respondet cuidam cardinali legato q̄ scripsit casum quem audierat in confessione ⁊ petijt consilium. papa non redarguit eum de reuelatione illa ĩ vniuersali etiam per scripturam. sed respondit qualiter sit tali persone confitenti consulendum. ¶ Hoc etiaz patet ex communi vsu confessorum: siue enim in communi sermone siue in predicatione aliquando dicunt: talis casus cõtingit. aliqua persona sic ⁊ sic peccauit. habetur igitur illa propositio: ꝙ confessor potest licite extra confessionem dicere peccatum sibi confessuz: ita tamen ꝙ nullo modo relatum ad personam confitentem vt possit deueniri ad notitiam eius. sed si predicta ratio valeret hoc non liceret: quia mentiretur probatio:

Ri. pn̄ti. d. ar. 4. q. 1.

Ri. vbi supra. q. 2.

quia nesciens particularem: nisi pro determinato singulari si nesciat singulare nescit particulare. s3 iste nescit aliquam personam tale peccatum fecisse: nisi pro hac persona sibi confessa. et hoc peccato sibi confesso. igitur si mentiretur de hoc et de hac: quia nesciens cō similiter et de aliquo et de aliqua. Concedo istas rationes q̄ reuelatio non est contra legem nature propt hoc q̄ reuelans mentiatur ⁊ per consequens illam p̄mam rationem non teneo. ¶ Respondeo. igitur ad

B eam q̄ non est idem loqui in persona alicuius et loqui auctoritate illius siue vt minister illius. communiter enim loquens in persona alicuius pretendit simpliciter personam eius vt est communiter in istis iocose simulantibus aliquos. iste enī simulat istum balbutientem vel talē in tali actu: ⁊ iste proprie dicendo sicut illi diceret in persona illius loquitur: vel facit tale factu3 Et ideo q̄3 cito deficit a faciendo sicut ille faceret: aut dicendo sicut diceret: dicitur sibi tu mentiris vel tu deficis quāuis tunc faciat vel loquatur more suo propo. hoc modo est de locutionibus angelorum in persona dei. non sic sacerdos audit cōfessiones vel absoluit in persona dei: sed tantum est minister dei in illo actu. Et vt minister agit. et si vt minister: ergo in persona propria. Concedo igitur q̄ iste si audiret in persona dei et

C loqueretur in persona dei posset illud veraciter dicere quod in persona propria non posset. Nam in persona dei hoc vere diceret: ego sum deus: ego creaui mundū ⁊c̄. sed in persona propria sic loquens mentiretur. S3 sacerdos in confessione: nec audit/nec loquitur in persona dei: sed in persona propria: licet auctoritate dei vt eius minister. eodem modo in aliis sacramentis. vnde vt minister dei baptizat et consecrat ⁊c̄. Et tamen vt

D homo siue in persona propria scit se baptizasse: et sine mendacio potest dicere se baptizasse. ¶ Teneo igitur primam conclusionem. appono tamen quatuor rationes alias. Quarum prima sumitur ex ratione charitatis. Secunda ex ratione fidelitatis. Tertia ex ratione veritatis vel veracitatis. Quarta ex ratione vnitatis vel mutue vtilitatis. Prima talis ē: lex nature de charitate fraterna exprimitur Matthei. vij. Omnia quecunq3 vultis vt faciāt vobis homines hoc facite illis hec est enim lex et prophete. et Luce. vj. Prout vult3: vt faciant homines vobis et vos facite illis. Sed sic intelligi debet illa propositio legis nature de charitate fraterna que vultis vobis: id est que debetis secundum rectam rationem velle. et hoc intelligitur in illa propositione Matthei. xxij. Diliges proximum tuum sicut teipsum. sed quilibet debet diligere secundum rectam rationem famam propriam: ergo et celationem peccati sui confessi. et per consequens confessor debet idem diligere et velle ipsi confesso: sed reuelatio tolleret confesso famam. ergo ⁊c̄. Minor probatur per scripturam Ecclesiastici. xlj. Curam habe de bono nomine: et reddit rationem de hoc. hoc enim magis remanebit tibi q̄3 mille thesauri magni ⁊ preciosi. probat etiam per aliud subdens. bone vite numerus dierum. bonum autem nomen permanebit in eternum. et Prouerbiorum. xxij. Melius est nomen bonum q̄3 diuitie multe. ¶ Item per rationem probatur. quilibet enim secundum rectam rationem debet sibi velle vitam ciuilem. hoc autem tollitur per ablationem fame: quia in hoc aliquis vidit vita ciuili q̄ idoneus est ad actus aliquos competentes sibi in illa ciuilitate. Sed fama amissa priuatus est habilitate ad tales actus. Quia amisit statum dignitatis illese. scilicet habilitatem ad actus quibus alias dignus esset. Secunda pars minoris. scilicet q̄ reuelatio peccati confessi tollit confesso: huiusmodi famam. propter: quia qua ratiōe potest vni reuelari et alteri: et sic omnibus. sed in tali reuelatione est manifestum q̄ status dignitatis illese que consistit in fama eius apud conciues tollitur isti. ¶ Secūda ratio. Quilibet de lege nature tenetur seruare fide- E

litatem proximo suo quam vellet et deberet sibi velle seruare. Sed committens secretum maximum alteri vellet sibi seruari et deberet velle sibi seruari tan q̄3 secretum. ergo alter cui committit tenetur illud sibi seruare. hec ratio tangitur Prouerbiorum. xj. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana. qui autem fidelis est celat amici commissum. ¶ Tertia ratio. Quilibet ex lege nature tenetur seruare promissum licitum: sed zacha. 8.

recipiens secretum maxime istud in confessione detectum. et si non explicite tamen implicite promittit se seruaturum: quia sine tali promisso saltem subintellecto non committeretur sibi tale secretu3. ergo ⁊c̄. Hec ratio probatur: vel potest sumi ex illo verbo. Loquimini veritatem vnusquisq3 cum proximo. ¶ Quarta Ad Ro. 7

ratio. in hoc communitas aliqua habet vnitatem pro- 7.12. 7.1. ad

portionatam vnitati corporis: quia ibi est ordo super- corin. 6.

iorum et inferiorum. et tenetur superior influere in inferiorem: et inferior subministrare superiori: iuxta illam parabolam Pauli de corpore mystico et naturali i diuersis locis. sed in ciuilitate inferior est minus sufficiens et minus sciens. et in ecclesia peccator infertus. Superior autem est hierarcha qui et potest consulere et reconciliare. ergo de lege nature est q̄ nullus excludat inferiori recursum ad superiorem: quia hec est cōmunis vtilitas membrorum adinuicem. Sed reuelatio secreti excludit talem recursum inferioris ad superiorem in consilio anime. et per consequens influentia3 superioris in inferiore3: quia nullus recurreret si regulariter illud de quo querit consilium vel remedium nō esset seruandum secretum. ergo eade3 lege nature qua tenetur quilibet ad seruādum vnitatem corporis christi mystici: et ad communem vtilitatem aliis sicut mēbris in corpore tenetur celare secretum hoc. F

Secūda cōclo. s. q̄ tenetur lege diuina positiua. probatur primo sic. Quilibet christianus tenetur non dare occasionem alteri qua reuocetur a lege christi: sed lex christi est de confessione facienda: vt ē ostensum distinctione. xvij. igitur quilibet in lege christi tenetur non retrahere aliquem a confessione facienda. sed reuelans confessionem occasione data retrahit aliquos a confessione. ergo ⁊c̄.

Si dicas: & si ille sacerdos reuelat tamen alius erit celator secreti. hoc nihil est: quia iste quantum est ex genere operis sui dat occasionem alteri cauendi eodem modo a singulis confessoribus.

Item secundo sic. christus statuit arbitrium penitentie esse vltimum in terris quantum ad illud crimen confessum: q̄ patet ex illo verbo Matth. xvj. Quodcunq3 solueris super terram erit solutum ⁊ in celis. id est finaliter et vltimate approbatum. et Joannis. xx. Quorum remiseritis peccata ⁊c̄. Suppie ī iudicio diuino finaliter remissa approbantur. ergo peccata contra legem Christi quicunq3 aliquid in isto foro discussum: et ibi finaliter terminatū deducit ad alium forum publicū. sed reuelans quātū in se est facit q̄ deduci possit ad aliū forū. & ⁊c̄. ¶ Tertio sic. dās occasionē peccādi mortal'r exequēdo p̄ceptū christi peccat

mortaliter. quia preceptum quod esset debite exequendum iste quantum in se est facit indebite exequi. sed reuelans confessionem dat occasionem indebite exequendi christi preceptum de confitendo: quia mendaciter. dat enim occasionem vt aliquis in confessione seipsuz laudet et alium quem odit vituperet: vt sic indigne a confessore promoueatur et alius puniatur. ergo ꝛc.

B ¶ Tertia conclusio. ꝙ est de iure positiuo ecclesie celare ꝛc. que patet ex allegatis ad oppositum: inter que secundum fuit melius ꝛ rationabilius. non enim expedit ꝙ propter aliquod crimen fiat aliquis vagabundꝰ dum tamen aliquo modo eius mora communis vel solitaria possit inter homines tolerari: quia vagabundꝰ magis voluntati sue male dimitteretur. et ita tam i se/ ꝙ i aliis plus peccaret et noceret ꝙ si arte custodit mā ciparetur.

G sit hec prima ꝯclusio obligationē illam indissolubilem expedit ex actu volūtatis personarū obligatarū innasci. hoc probaṫ: qꝛ vel sic nasceṫ vel ex impositione legislatoris sine actu voluntatis eorū: sed primū est vtilius ⁊ magis cōsonum rōni naturali: qꝛ ex quo obligatio debet esse indissolubilis expedit ꝙ modus quo fit sit conueniens indissolubilitati eius: sed si cogerenṫ a legislatore sibi inuicem coniungi minus placerēt sibi mutuo: ⁊ ita esset maior occasio discēssionis future: qꝛ sicut dicitur. xx. q. iij. presens quod quis non eligit profecto non diligit: quod aūt non diligit facile contēnit. ¶ Secūda conclusio est hec marē ⁊ feminam trāsferre in se inuicē potestatem corpoꝝ suorū pro vsu perpetuo ad istum finem: honestum est: ⁊ hoc contractu mutue donationis: hoc patet ex precedēti visa rōne cōtractus mutue donationis. diciṫ enim cōtractus quasi simul tractus duarum voluntatū: ⁊ per cōsequēs necessario requirit actꝰ voluntatum cōcordes in translatione mutua corporū: sicut in permutationibꝰ ⁊ vēditionibus cōmuniter accidit: nec hoc sufficit: sed oportet istos actus per aliqua certa signa mutuo exprimi. alioquin neutri cōstaret de actu voluntatis alterius: ⁊ neuter vult transferre: nisi pro quanto cōcipit alium velle in ipsum transferre. Si ergo ex precedenti conclusione expedit illos obligari per proprias voluntates ⁊ non sine signis expressis: ergo expedit ibi esse cōtractum ex quo nascitur illa obligatio: sed cōtractus ille non potest esse nisi mutue donationis vel permutationis: quod idem est: potestatis corporum pro vsu perpetuo ad istum finem: nam pote-
H statem sui corporis que sua est nullus transfert in aliū nisi per actū voluntatis sue: qꝛ ꝑ illum fit dn̄s: ⁊ desinit esse dn̄s: ⁊ sic facit alium dominum: ⁊ per cōsequens illud quod alius acquirit in corpore alterius trāsfertur in ipsum per actum voluntatis libere transferentis: ⁊ hoc cum signo extrinseco euidēti in quo habetur ratio contractus predicti forma istius cōtractꝰ est do si des vel do vt des. ¶ Tertia conclusio principalis ꝓbaṫ sic nulli obligarent se cōmuni obligatione saltem difficili: nisi ad hoc esset aliquid astringens: vel sicut lex nature vel sicut lex positiua diuina vel humana: lex enim nature ⁊ si obliget ad indissolubilitatē vinculi predicti premisso tali contractu: tamē non lex nature euidētissima sed secūdo modo dicta: illud autē quod non est de lege nature nisi secūdo modo non est omnibus manifestum. ergo expedit necessitatē illius precepti a lege positiua diuina determinari. Esto etiam ꝙ ad hoc obligaret preceptum legis nature pro modo dicte: puta principium practicum manifestū vel cōclusio adhuc expediret ponere ad hoc preceptū diuinum: qꝛ minus obediunt homines soli legi nature q̄ deo precipienti: qꝛ minus timent ⁊ reuerenṫ conscientias proprias q̄ auctoritatē diuinam: nec expedit determinationē istam primo modo fieri a lege positiua humana: qꝛ leges positiue humane varie sunt apud diuersos: ista autē indissolubilitas debet esse vniformis apud omnes. ¶ Hoc factū est vt patet Gen̄. ij. ⁊ Mat. xix. vbi xp̄s allegat deum dixisse quod Adam protulit. Gen̄. ij. qꝛ dixit per os Ade: vt preconis: ⁊ ideo dixit deum coniunxisse supple marem et feminam cōiunctione matrimoniali: qꝛ precepto qd̄ protulit ꝑ os Ade. v. adherebit. ¶ Sed intelligēdū est ꝙ aliud ꝑcipere ꝯtractū illum ⁊ aliud p̄cipere adhesionem perpetuā premisso primo cōtractu. primū bn̄ expedit precipi pro tempore illo pro quo esset necessitas ꝓpagationis: ⁊ maxime si homines essent difficiles ad hoc sine precepto: sed ꝓ alio tēpore pro quo non est necessitas non oportet precipi. ⁊ hinc est ꝙ deus post lapsum bis dedit preceptū de cōtrahēdo. Gen̄. i. ⁊ iterum Gen̄. 8. ⁊ 9.
deletis omnibꝰ post diluuium preter octo animas. Sꝫ preceptū secūdum expedit dari pro semper: qꝛ illam indissolubilitatem ostēsum est esse cōsonam legi naturali in prima cōclusione: ⁊ minus seruareṫ nisi super hoc esset preceptū diuinum sicut dictū est in. ij. arṫ. ¶ Ad hāc conclusionē tertiam poniṫ ratio talis. nullus pōt rem Ric. in. 4.
alterius dn̄i alteri obligare: nisi de consensu vel appro- 27. di. ar. 1.
batione illius cuius est: sed corpus cuiuscūq̄ est dei iu- q. 2. i. so. pri.
re creationis: ergo nullus potest transferre illud in dominium alterius nisi inquātum deus approbat: ergo si translatio est honesta ad istum finem vt patet ex prima ⁊ secūda cōclusione principali: sequitur ꝙ congruū est deum istam translationem corporū approbare. ¶ Sed diceret hic: ꝙ licet homo ex creatione teneṫ deo in omnibus que potest: deus tamen non tm̄ exigit ab homine: sed dimittit eū libertati sue: solūmodo exigit vt seruet precepta decalogi: vnde potest quis se vēdere in seruū licet de hoc non inueniaṫ specialis approbatio diuina in scriptura: in qua vēditione ita trāsfert potestatē sui corporis in alium sicut in cōtractione matrimonij: cōsimiliter patet de trāslatione dominij omniū suarū rerū. et tota ratio est: qꝛ in quibus deus non obligat sibi hominem vel sua relinquit ea volūtati hōis. ¶ De quarta cōclusione sit hec prima cōclusio specialis: ꝯtractui
I predicto congruū est annecti collationē gratie: qꝛ ꝯtractus predictus est difficilis: cū ex eo nascaṫ obligatio valde difficilis: cuius difficultas cōiuncta est honestati. vt probatū est prius: ad honestum aūt ⁊ difficile congruum est gratiam cōferri. ¶ Secūda cōclusio est hec congruū est in aliquo signo sensibili ad hoc a deo instituto regulariter conferri: qꝛ dictū est supra in generali de sacramētis di. i. expedit talia signa esse instituta pro statu isto. ¶ Tertia cōclusio. expedit sacramētum proprie dictū cōiungi cōtractui predicto: patet ex duabus precedentibus: qꝛ signum efficax gratie tunc collatę. ¶ Sed intelligēdum est ꝙ circūscripta cōsideratione de ratione sacramenti in proposito possunt cōmuniter veritates de matrimonio ostendi per rōnem cōtractus et obligationis: hec aūt ratio sacramenti annexa difficultates nouas videṫ adducere: puta a quo et vbi fuit institutum? que forma? qualiter vna? quis minister? et qualiter vnus? ⁊ quis effectus sit sacramēti? ¶ De primo non potest dici ꝙ sacramētum matrimonij sit institutum in statu innocētie. Gen̄. ij: qꝛ omnia sacramenta
K habent efficatiam a passione xp̄i exhibita vel preuisa: si aūt status innocētie stetisset: passio xp̄i nec fuisset exhibita nec preuisa: nec apparet ꝙ sit sacramētū legis mosayce: nec inueniṫ vbi in lege euāgelica institutum sit: xp̄s enim Mat. xix. approbauit quod institutū fuit Gen̄. ij. et Paulus prima ad Coꝛ. sic docuit vsum vel Ca. 7.
actum sequētem cōtractum matrimonij. Diceret ergo aliquis ꝙ illud ad Eph. sacramētum hoc magnum est dico tamen in christo ⁊ in ecclesia intelligitur de sacra- 5.
mento extense accepto pro signo sacre rei: cuius tamen non est causa nec signum aliquod efficax: non enim est matrimonium signum efficax respectu coniunctionis ecclesie ad christum: sed si aliquo modo est signum efficax ita potest esse votum virginitatis signum coniunctionis ecclesie virginis ad christum. ¶ Sed qꝛ cōmuniter tenet ecclesia sacramētū mr̄imonij esse septimum inter ecclesiastica sacramēta: ⁊ de sacramētis eccl̄ie nō est aliter sentiendū q̄ sentit eccl̄ia romana. extra de hereticis ad abolendā: ideo dici pōt ꝙ cōtractui mr̄imoniali ānexit deꝰ sacramētū ꝓprie dictū saltē ꝑ lege euā-

gelica:alioquin non esset sacramētū noue legis:⁊ tunc
oportet dicere ꝙ institutū fuit a xp̄o sicut vniuersaliter
dist.2.q.1. dictum est supra.de sacramentis ecclesiasticis. vbi aūt
non inuenit planius ꝙ̄ Mat. xix. ⁊ licet ibi tm̄ appro=
bauerit cōtractū institutū Gen̄.ij.⁊ per cōsequens illud
non instituit:instituit tm̄ sacramētum quod pōt accipi
ex illo verbo quod addidit: qd̓ deus cōiunxit homo nō
separet: vt non intelligat ibi coniunxisse pro instituisse
precise cōtractū matrimonij:sed cōiunxisse ex tunc gra
q.1.coniuga tiose per institutionē sacramēti cōcomitantis illum cō
le coniūdē= tractum coniungētem. Forma aūt est aliquod signum
tem. sensibile institutū a deo ad significādum efficaciter gra
tiam tunc collatā. ¶ Sed hic est dubium: vel em̄ deus
instituit ita indeterminatū signum : vt sit signū efficax
gratie sicut indeterminatū signū requisitū ad cōtractū
vel magis determinauit illud qd̓ debet esse efficax gra=
tie ꝙ̄ ex impositione humana determinet signum suffi
ciens ad cōtractū : ⁊ si sic vel determinauit aliqua ver=
ba precise:puta accipio te in meam vel in meum:vel de
terminauit indifferēter quecūq; verba exprimētia ta=
lem consensum:⁊ inter ista multū interest: q2 si determi
nauit strictissime illud scilz ꝙ forma huius sacramēti
consistit in verbis precisis sequit ꝙ multotiens est con
tractus matrimonij sine sacramēto etiam in lege euan
gelica . q2 multotiens cōtrahit per alia verba ꝙ̄ ꝑ ista.
Si etiam determinauit verba sed indifferēter cōsensuz
istum exprimētia quecūq; sint ista: adhuc tamen cū cō
trahant quādoq; inter mutos sine verbis: sequit ꝙ ali
cubi est contractus iste sine sacramēto:nec istud est ab=
surdum: q2 possibile est ꝙ vsq; ad legem euāgelicā fre=
quenter cōtrahebat: vbi tamen nunꝙ̄ fuit sacramentū
vt hic loquimur scz proprie. ¶ Si aūt non determina=
uit ꝙ sit sacramētum gratie magis ꝙ̄ ex impositione
humana determinet signum sufficiens ad cōtractū tūc
potest dici ꝙ in quocūq; cōtractu in lege euāgelica cō=
comitat sacramentū: q2 illud signum quod requirit ad
contractū est ex institutione diuina sacramētum. ¶ Ex
hoc patet secūdum qualiter sit vna forma: q2 vna vni=
tate integritatis nō vnitate indiuisibilitatis:verba em̄
hincinde expressiua consensus sunt vnum signum inte=
grum ⁊ respectu cōtractus ⁊ respectu gratie:nec est in
conueniens plures formas particulares esse vnius sa=
cramenti : sicut dictū est supra de eucharistia de forma
dist.8.q.2. super panē ⁊ vinum. ¶ De ministro est aliud dubium:
q2 vt plurimum ipsimet cōtrahētes ministrāt sibiipsis
hoc sacramētū vel mutuo vel vterq; sibi. Sed nec hoc
requirit necessario si in omni ꝯtractu est sacramētum:
q2 aliquādo partes cōtrahunt pro filijs vel filiabus ꝓ=
sentibus eis non exprimentibus signa propria : si ergo
ibi est sacramētum oportet dicere ꝙ minister huius sa
cramenti possit esse indifferēter quicūq; potest esse mi=
nister in contractu matrimonij. ¶ Sed qualiter vnus
minister potest dici sicut prius de vna forma. Sed quis
effectus: dico ꝙ due gratie in animab9 contrahētium
et hoc nisi sit obex peccati mortalis hinc ⁊ inde nō em̄
sufficit ad gratiam percipiendam ꝙ cōtrahens non sit
fictus respectu sacramēti:sed oportet ꝙ prius penitue
rit:q2 istud sacramētum non dat primam gratiam. Se=
cundus effectus est vnio animarū cōtrahētium:sed pri
mus effect9 totalis est vnus scz gratiosa cōiunctio ani
marum. Si aūt stringēdo formam ad certū signuz ⁊ ad
ministros determinatos oporteat ꝯsequenter dicere ꝙ
non omnes cōtrahētes in lege xp̄iana recipiunt sacra
mentum: pōt tamen dici ꝙ percipiunt gratiam si alias
nō sit obex: q2 deus assistit ibi propter difficultatem il=
lius cōtractus honesti:non tm̄ tantā gratiā quātā ꝑci=
perēt cū sacramēto maxime si ipossibilitas nō excuset.

¶ De quinta conclusione que applicat significata ad
voces dico ꝙ aliud est matrimoniū : ⁊ aliud cōtractus
matrimonij:⁊ aliud sacramētum matrimonij:matrimo
nium est illa obligatio mutua vel vinculū illud de quo
dictum est in prima cōclusione principali.cōtract9 aūt
est ille actus mutu9 voluntatū de quo dictū est in secū=
da ꝯclusione principali:sacramētum est signum efficax
gratie cōcomitans actū illum de quo sacramēto dictū
est in tertia cōclusione ꝑncipali : ⁊ patet distinctio isto=
rum per se primū em̄ est permanens in animab9 coniu
gum:⁊ est relatio tm̄ realis extrīsecus adueniēs vel qd̓
verius videt relatio rōnis:q2 nihil est ibi nisi dominiuz
nouū:⁊ noua seruitus per nouam cōmutationē:sed do=
minium tale vel seruitus nihil reale ponit in dn̄o vel ser
uo. ¶ Secūdum etiam tm̄ est in fieri ⁊ est actio vel pas
sio interior vel exterior vel magis constans ex actibus
interioribus ⁊ exterioribus duarū personaruz: ⁊ habet
se istud ad matrimonium.primo modo dictū sicut cau=
sa in fieri : quēadmodum generatio ad paternitatē vel
magis sicut baptizari vel ordinari ad caracterem sicut
patet supra. ¶ Tertium aūt similiter est in fieri ⁊ simul q.1.primo.
est ⁊ non est cū primo:⁊ ideo non semꝑ manet cū [illegible]
nec oportet dicere ꝙ hoc nomē matrimoniū sit equiuo
cum ad ista tria:immo ꝙ tm̄ significet primū:⁊ ꝓ alijs
duobus accipiat tm̄ in obliquo specificans illa: vt pro
secūdo dicat cōtractus matrimonij:⁊ pro tertio sacra=
mentum matrimonij vbi non est cōstructio intransitiua
sed trāsitiua. Si aūt omnino cōcedas ꝙ hoc nomē ma
trimonium significet illa tria : non erit contētio de no=
mine:q2 hoc erit equiuoce. Possunt aūt hec tria sic de=
scribi.matrimoniū est vinculum indissolubile inter ma
rem ⁊ feminam ex mutua trāslatione potestatis corpo
rum suorū in se inuicē facta ad procreādam prolem de=
bite educandam. Secūdum sic:cōtractus matrimonij
est maris ⁊ femine mutua translatio corporuz suorū ꝓ
vsu perpetuo ad procreandam prolem debite educan=
dam. Sacramētum matrimonij est expressio certorum
verborū maris ⁊ femine ad se inuicem signātium tradi
tionem mutue potestatis corporū ad prolem debite ꝓ=
creandam ex institutione diuina efficaciter significans
gratiam cōferēdam mutuo cōtrahētibus ad cōiunctio
nem mutuā animorū gratiosam vel si verba certa non
sint precise forma huius sacramēti:nec etiam cōtrahē=
tes sint precise ministri : ponat in principio loco illius
expressio verborū exhibitio certorū signorū maris ⁊ fe
mine:vel aliquid generalius significans traditionē mu
tuam potestatis corporum maris ⁊ femine ad prolem
debite procreandam.

Per hoc patet ad.q.istam applicando:
cōtractus siquidē matrimonij institutus est deo ante
lapsum. Gen̄.ij. Hoc nunc os ex ossibus meis:⁊ crescite
⁊ multiplicamini.⁊ post lapsum. Gen̄. iij. Multiplica=
bo cōceptus tuos ⁊ erūnas:dixit dn̄s Eue. Gen̄.ix. Cre
scite ⁊ multipli.⁊ est institutio per modū precepti affir=
matiui:ita ꝙ obligat semper:sed non ad semper: sed tē
pore necessitatis:non tm̄ in principio: sed adhuc videt
eodē modo obligare si paucitas in filijs ex aliqua cau=
sa accideret:puta ex bello peste vel clade ⁊ huiusmodi:
et hoc probat quomodo iste cōtractus est a deo per le=
gem positiuam diuinam institut9: ⁊ etiam aliter est ab
ipso scilicet vt imprimente legem nature cordibus ho=
minum.de qua lege nature est iste contractus: licet nō
primo nec vt necessarium notum : tamen vt secundario
consonum. ¶ Secundum scilicet obligationem indis=
solubilem instituit deus ex lege sua positiua. Genesis
secundo. Adherebit vxori sue:adherebit inquam id est

non momentanee accipiet: instituit etiã imprimẽdo legem nature non solum quãtum ad euidẽter necessaria ex lege illa: sed quãtum ad euidẽter consona illi legi: ꝛ ꝙ sic instituerit probat in principio prime cõclusionis ꝛ istud preceptũ: secũdum habet vim negatiui qꝛ obligat semper: ꝛ ad semper nisi per legislatorẽ fiat specialis dispẽsatio: vt dicet di. xxxiiij. Tertium scꝫ sacramẽ-
33. tum matrimonij instituit deus sicut dictũ est in quarta cõclusione principali. Sed hic est dubium: qꝛ ex omnibus cõclusionibus istis ꝛ ex ista solutione non habetur nec ratio cõtractꝰ matrimonij nec obligationis nec institutio diuina respectu eius: nisi propter finem scꝫ procreare prolẽ debite educandam: hec aũt institutio dicit fuisse in officium: sed preter hoc matrimonium fuit institutum in remedium scꝫ vitande incõtinentie post lapsum. Unde ergo primo est honestas cõtractus huius vel obligationis isto modo vel institutio vel approba-
R tio diuina respectu eius ad istum finem. Respõdeo non apparet facile ꝙ ſm rectam rõnem debeat quis in illo actu precise ad delectationẽ aspicere: immo magis oppositum videt cõsonum rationi: ergo magis tolerãdũ: qꝛ non videt inueniri ibi finis laudabilis: nisi procreatio prolis: ratio etiam naturalis non videt concludere aliquã honestatẽ in actu illo: nec per cõsequẽs in obligatione vel cum cõtractu obligatorio mutuo ad illum actũ nec ꝑ cõsequens qd legislator recte debeat talem contractum vel obligationẽ approbare vel instituere. ¶ Quid ergo si dicat ꝙ quicũqꝫ volens vti corpore suo ad delectationẽ peccati ne vtatur iniuste cum non suapotest cõmutare corpus suũ pro corpore alterius quo iuste vtatur tanꝙ suo: ꝛ tunc ista datio honesta erit ꝓpter illam iustitiam: presupposito tamen tali fine licito: nec oportebit tunc ꝙ de licentia diuina vtatur se vel corpore suo ad talem actum ad hoc vt licite vtatur: qꝛ (vt dictum est) excludendo secũdam rõnem ad tertiam conclusionẽ: deus enim vnicuiqꝫ cõmisit se ꝛ sua in quibus non obligauit eũ sibi: si hoc non sufficiat nec iustitia ad illum actũ erit magis laudabilis ꝙ iusta coniũctio vel cõmutatio ad vnum alium actum qui non esset laudabilis: puta cõmutatio ad vtendum alio ad locum alium pro simili vsu ꝛ ecõtra. Saltem potest hic recurri ad institutionẽ dei qui non ex laudabilitate actus ꝓpter alium finem ꝙ propagationem: sed ex infirmitate
S post lapsum ꝛ pronitate ad istum actum indulsit: non approbauit actum istum: et hoc ad vitandum maius malum: ꝛ ista indulgentia posita contractum ordinatum ad actũ istum instituit: ꝛ si non lege nature impressa saltem lege positiua: ꝛ hoc tam quãtum ad cõtractũ ꝙ quãtum ad obligationem sed difficile est inuenire vbi quo ad cõtractum: qꝛ nunꝙ in veteri testamẽto inuenitur cõtractus preceptus vel laudatus nisi ad procreationem prolis: semper enim mandatum diuinum est ad hoc. Crescite ꝛc. quod non est nisi propagando saltem in nouo testamẽto certificati sumus de hoc ꝓpter aliũ finem scꝫ propter vitandum fornicationem. i. Cor. vij. hoc aũt ſm indulgẽtiam dico ꝛc. ꝛ verisimile est ꝙ ista indulgentia non fuerit. primo facta in noua lege: sed a principio humanꝭ lapsus. Sic ergo ex primis cõclusionibus habet de institutione matrimonij ꝛ obligationis in ordine ad finem propagandi prolem ꝛ institutio sacramenti concomitantis illum contractum: sed institutio contractus ad vitandam fornicationem non habetur ita per rõnem naturalem: immo vix tanꝙ licitũ ex institutione diuina nisi vt indulgente: iustitia tamen ibi per rationem in indissolubilitate ꝛ sacramentũ concomitans contractum illum eodem modo concomitatur vt prius de matrimonio instituto propter primum finem.

Ad argumenta.

Ad primum patet ex prima cõclusione: qꝛ Adam sicut ꝓ͞co protulit illa verba: hoc nũc os ex ossibꝰ ꝛc. sicut manifeste exꝓ͞mit xp͞s Mat. xix. d. de deo qui fecit masculum ꝛ feminam: ꝛ dixit ꝙobrem adherebit homo ꝛc. ¶ Ad secũdum ecclesia circa materiam habilem vel inhabilem aliquid immutat: sed non circa illud quod est essentiale cõtractui matrimonij presupposita materia idonea.

Post hęc aduertendum est quid sit coniugium &c. Distinctio. XXVII.

Quæro duo circa istam xxvij. dist. Primo de diffinitione matrimonij quã ponit magister in litera. Utrum sit conueniens cũ dicit ꝙ matrimonij est viri mulierisqꝫ coniunctio maritalis inter legitimas personas vitam indissolubilem retinẽs: Uidetur ꝙ non: qꝛ aut coniunctio accipit ibi pro coniunctione passiua aut pro relatione nõ primo modo: qꝛ illa trãsit trãseũte: ꝛ cessante actu cõtrahẽtiũ: ꝛ etiam omnis passio est ad aliquẽ terminũ: ꝛ tũc oportet dare terminum aliquem inductũ per istam coniunctionẽ quod non est verum: qꝛ nihil est ibi nouũ nisi respectus rationis: nec secũdo modo. Tunc qꝛ inesset terminus preteriti motus vel mutationis precedẽtis: qꝛ post mutationem inest principalius non: sed consequens est falsum: qꝛ nõ est forma absoluta. tũ: qꝛ cum sint due relationes vna viri ad mulierem: ꝛ alia econuerso. iij. phys. eadem est via ꝛc. ergo sequitur ꝙ essent duo matrimonia vel ꝙ matrimonium nõ sit essentialiter vnum. ¶ Contra magister in litera.

Ad istam quæstionem patet ex dictis ad quintam cõclusionem precedentis. q. qꝛ ista diffinitio matrimonij debet ĩtelligi sicut explicata est per diffinitionem vel descriptionem positam ibi: si qꝛ matrimonium accipiat proprie pro illa coniunctione tũc debet intelligi coniunctio habitualis idem ꝙ obligatio. Si aũt accipiat ibi pro cõtractu proprie tunc coniunctio põt accipi pro actu coniungendi vel passione que includit vtrũqꝫ actum: scꝫ intrinsecum ꝛ extrinsecũ personarum in actu suo coniunctarũ. ¶ Ad argumentum dico ꝙ intelligẽdo matrimonium proprie cõiunctio intelligitur pro relatione: ꝛ cũ dicis ꝙ illa esset terminꝰ motus: nõ sequitur qꝛ illa mutatio preuia que erat ibi erat per actum volũtatis non derelinquentem aliquid inductum: ꝛ ſm actum causandi signum exteriorem a quo etiam nihil derelinquebat: cum aũt dicis de dualitate respõsum est prius: qꝛ matrimonium est vnum vnitate integritatis non indiuisibilitatis: ꝛ ita est vniuersaliter in omni contractu: qꝛ contractus includit duas partes: scilꝫ ascensum huius ꝛ illius: ꝛ in vtroqꝫ etiam duos actus: scꝫ interiorem ꝛ exteriorem significantem illum interiorem.

Secundo quæro an cõsensus expressus per verba sit causa sufficiens matrimonij? Qꝛ non: quia tunc nullus posset esse certus de matrimonio: sicut nec de consensu alterius: nõ eñ videt quis voluntatem alteriꝰ: consequens est inconueniens:

quia nullus posset, tunc vti certitudinaliter actu matrimonij sine periculo. ¶ Preterea. xxxij. q. ij. honorantur in textu ⁊ in glossa. ⁊ extra de sponsalibus tuc. sufficit expressio parentum pro filijs. ¶ Contra magister in litera. ⁊ extra de sponsalibus. tua nos in fide sine cōsensu ⁊c. cetera nequeūt matrimonium facere cōsensus aūt tacitus non sufficit ad sacramentum: quia non est ibi signum sensibile.

Solutio istius quæstionis patet ex secunda cōclusione prime. q. q2 ibi habet qualiter cōtractus mutue donationis potestatis corporū est honest9: ⁊ qualiter se habet ad vinculum derelictū inter coniu-
B ges: ⁊ tunc ad formam. q. non est dicēdum ꝙ sit proprie causa efficiens illius vinculi: sed est dispositio preuia sicut baptizari ⁊ ordinari est preuia dispositio ad characterem. cōsensus aūt expressus verbis sufficientib9 includēdo ista duo nihil aliud est ꝙ cōtractus matrimonij: ⁊ ideo se habet ad matrimonium sicut iste cōtract9 ¶ Ad primū argumētum dico ꝙ pōt ibi esse certitudo talis qualis requirit in actibus humanis in alijs enim contractibus puta vēditionis vel cōmutationis rerū non requirit certitudo demōstratiua: sed sufficit probabilis ⁊ vt in pluribus: ⁊ talis est in proposito ex suppositione istius propositionis quilibet habēdus est verax de quo habet euidēs signum oppositi: ⁊ ista est de lege nature. i. cōsona legi naturali ꝙ pro fideli ⁊ veraci quilibet habeat quousqꝫ per experientiam vel per testimonium aliorū fuerit certitudinaliter cōtrarium extimatum Si aūt aliquis dicat se fraudasse personam secū
C contrahentem: de hoc infra di. xxx. q. i. ¶ Ad secūdum concedo ꝙ ad cōtractū sufficit parentes contrahere pro filijs sufficeret sine quibuscūqꝫ verbis cōtractus per literas. siquidem in alijs contractibus emptionis ⁊ venditionis firmior cōtractus habet in literis ꝙ in verbis nudis. Sed an in istis signis alijs a verbis vel exhibitis ab alijs vel a cōtrahentibus saluet ratio sacramēti: tactū est in cōclusione quarta solutionis precedētis

Hic queri debet &c. Dist. XXVIII

Vero circa istam distictionem. xxviij. Utrū solus consensus de presenti expressus verbis causet matrimoniū: Q2 non Omne vinculum vel cōtractus ad quod licite pōt sequi carnalis copula est matrimonium vel matrimonij cōtractus: sed post consensum expressum verbis de futuro licite sequit copula carnalis: q2 tales nō dicunt fornicarij: q2 obsequēte copula carnali ecclesia simpliciter dicit esse matrimonium inter illos. ergo. Hoc confirmat extra de sponsalibus. is qui. ¶ Preterea impletio promissi sicut ⁊ fidelitas est de lege nature. non aūt est per illum actum: q2 ille actus non est forma cōtrahendi: nec forma sacramenti: ergo prius fuit matrimonium: ergo promissio est vinculum indissolubile: ⁊ maxime confirmat iuramento: q2 seruare iuramētum est de lege nature. ¶ Preterea non est medium quātum ad contractum istum inter sponsalia ⁊ matrimonium: sed quādo apponit iuramētum excedit cōtractus firmitatē spōsalium: q2 sponsalia habēt firmitatem suā sine iuramēto: ergo quādo apponitur iuramētum est cōtractus matrimonij. ex promisso. ergo cum iuramēto surgit vinculum indissolubile: ergo matrimonium. ¶ Contra magister in litera.

Respondeo sicut patet ex secūda conclusione prime solutionis contractus matrimonij: qui scꝫ inducit obligationē vel vinculum quod dicit vincu-
B lum matrimoniale est datio: ⁊ si non est liberalis est tamen datio pro alio recipiendo que est permutatio: traditio saltē mutua potestatis corporū: sed nullus promittendo tradit illud quod promittit immo est cōtradictio q2 promissio est de tradēdo in futurū: consensus aūt de futuro expressus signis conuenientibus tali consensui non est nisi promissio: ergo impossibile est ibi esse traditionem: nec per cōsequēs cōtractus matrimonij. ¶ Si quis aūt vellet facere vim de sacramēto concomitante contractum posset dicere ꝙ propria forma huius sacramenti siue cōsistat in verbis tm̄ siue in signis alijs non tamen cōsistit nisi in signo representatiuo: non aūt pronostico: nec intendere pro futuro est sufficiens intentio in ministro ad ministrādum sacramentum: sed oportet ꝙ intēdat pro presenti sicut signum significat. in sacramentis enim veritatis minister non ministrat idonee si mentit: ergo non est sacramētum si est cōsensus de futuro tm̄ propter defectū intētionis ministri. ⁊ mēdacium si est vtitur signo representatiuo: si aūt vtitur signo pronostico etsi non mentiat: tamen deficit intētio requisita ⁊ signum debitum requisitum.

Ad primum argumētum dico ꝙ maior non est vera nisi intelligat de vinculo indissolubili ante actum copule carnalis: istud aūt etsi fiat indissolubile per actum illum: non tamen erat prius indissolubile. ¶ Et si queras isto supposito fm presumptionem ecclesie quid fm veritatē est vinculum indissolubile: nunquid actus sequens causat vinculum indissolubile. Respondeo veritas preualet presumptioni simpliciter ⁊ in quocūqꝫ iudicio si appareat ꝙ equaliter possit esse veritas nota sicut illud: vnde oritur presumptio. In veritate ergo si iste in actu sequēti sponsalia non mutat cōsensum sponsalium in cōsensum matrimonialem non efficitur matrimonium per istum actū: q2 iste actus nec ex natura rei: nec ex lege diuina est forma sacramentalis: nec matrimonij in proposito: ecclesia tamen cui nō potest innotescere animus exercētis actum illum presumit ꝙ iste noluit peccare mortaliter: ⁊ ideo ꝙ talis procedat a consensu sponsalium ad nouū cōsensum matrimonialem: ⁊ illo affectu cognoscat illam. Et per hoc ad illud quod adducitur extra: concedo enim ꝙ si non mutetur consensus prior in matrimonialem fm veritatem non est matrimonium: licet ecclesia sic presumat.
¶ Ad secūdum dico ꝙ promissio etsi sit de lege nature C
seruanda: tamen non attingit ad cōtractum dationis: ⁊ ideo quantūcūqꝫ teneat soluere promissum res tamē manet sua: si autē det alteri data est: nec potest postea ab illo cui dedit auferre vt reddat promissum: nec tenetur ad restitutionem: q2 nihil sibi abstulit: sed debet de impossibilitate reddendi promissum penitere siue de defectione promissionis ita est hic. ergo illa propositio maior ꝙ vinculum indissolubile proueniens ad istam obligationem est matrimonium vera est de indissolubili de iure ⁊ de facto: sicut est quando datio facta est perpetuo. promissio autem ⁊ si sit indissolubilis de iure tamē dissolubilis est de facto per dationem sed sequentem.
¶ Ad tertium dico. ꝙ in sponsalibus est gradus in firmitate ⁊ firmitas iuramenti addita sponsalibus per cōsensum ⁊ de futuro licet magis certificet: non tamē exit certitudinem ⁊ firmitatem sponsalium.

¶ Oportet aūt cōsensū coniugalē liberū esse a coactiōe &c. Distin. XXIX.

Irca istam distinctionem.xxix.quero. Utrũ cõsensus coactus sufficiat ad cõtrahẽdũ verũ matrimoniũ. Q; sic. q; baptizatus timore penarũ sufficiẽter ↄsentit ita ꝙ vere recipit baptismum: vnde ⁊ cogẽdus est ad obseruãtiam fidei iam suscepte hic extra de baptismo ⁊ eius effectu maiores. ergo a simili in proposito cũ ibi sit matrimoniũ spũale sicut carnale immo cõsequẽtia videt̃ tenere a minore: q; minus videt̃ requiri libertas ad carnale q̃ ad spũale matrimoniuꝫ. ¶ Preterea nullus metus impedit nisi qui põt cadere in cõstantẽ virũ: sed vir cõstans est fortis ⁊ fortis est impauidus.iij.ethic. ¶ Preterea extra de his que vi metusq; causa fiunt: ad aures electio facta per metũ si sit iuramẽto firmata est obligatoria: ergo a simili in ꝓposito. ¶ Preterea coactio facta per metũ non est nisi quedam inductio efficax ad illud: que nõ est simpliciter coactio: sed blãditie ita efficaciter inducere possunt sicut terrores vel mine: ergo consentiens: propter aliquas blãditias vel delitias allicientes non ↄtraheret matrimonium: cõsequens est falsum. ergo. ¶ Preterea extra de despõ. impuberũ. tua nos: pater filium nondũ adultum cuius voluntas non põt discerni: cui vult põt matrimonio tradere: ⁊ postq̃ filius ad perfectã etatẽ peruenerit debet hoc adimplere: ⁊ hoc habet̃.ff. de spõsalibus.l. sed que patris. dicit̃ de filia ꝙ tũc solum dissentiẽdi a patre licẽtia cõcedit̃ sibi si indignũ morib⁹ vel turpem spõsum pater ei eligat: ⁊ probat̃ hoc a simili: q; papa põt suos filios cogere ad cõtrahẽdũ matrimonium spũale. puta ad recipiendũ epatũ. ergo ¶ Contra magister in litera. ¶ Preterea fauorabili⁹ est m̃rimoniuꝫ spũale q̃ carnale: sed cõsensus coact⁹ ĩpedit ꝓfessionẽ religiõis: vt habet̃.xx.q.iij. pñs ḡ ⁊ hic. ¶ Preterea ꝙ fili⁹ nõ possit cogi a p̃re ad ↄtrahẽdũ m̃rimoniũ habet̃ extra de despõ. impu.c.i. ¶ Preterea extra de his q̃ vi metusq; causa fiunt.c.i. ⁊ in glo. m̃rimoniũ ↄtractũ per metũ non tenet nec obligat⁹ est qui hoc facit ⁊ si iuret.

Ca.9. [margin, beside "pauidus.iij.ethic."]

Hic dicitur ꝙ simpliciter non põt aliquis cogi ad cõsensum: sed tñ ſm quid. s. ꝑ metũ penarum quas vult euadere: tunc arguit̃: sed penas quas timet sufficienter euadit cõsentiendo tantũ verbo extrinseco. ergo si vltra hoc cõsentit animo interius isto ↄsensu cõsentit non ex metu. ⁊ per cõsequẽs ille cõsensus est liber: ⁊ non coactus: ⁊ ita obligat: sed tñ iudicio ecclesie non est matrimoniũ que talẽ presumit matrimoniuꝫ non cõsensisse: sed tñ in prolatione verboꝝ ad periculũ quod metuit euadẽdũ. ¶ Contra hoc. quicũq; cogit̃ ad aliquid qđ non põt esse sine alio absq; pctõ mortali cogitur ad illud aliud: ⁊ hoc accipiendo coactionem sic hicinde: sed iste per te cogit̃ ad dicẽdũ verba exteriora ad exprimẽdũ cõsensum per metũ. illa aũt verba nõ pñt esse sine cõsensu illo interiori sine pctõ mortali: q; ꝓferens illa sine illo ↄnitiose mentit̃: ergo sic ꝑ te põt cogi ad ꝓferẽdũ verba sic ⁊ ad cõsensum interiorẽ. maior ꝓbatur multipliciter. tũ q; iste metus qui excusat est ille qui põt cadere in ↄstãtẽ virũ ſm iura. sed in virũ ↄstãtẽ non põt cadere met⁹ maioris incõmodi q̃ pctĩ mortalis. tum etiam q; nullus metus põt cadere recte in aliquem nisi ad subeundũ minus malum vt fugiat maius malum: sed pati quãcũq; penã est minus malum q̃ peccare mortaliter. ¶ Item etiã posset probari de licito ⁊ illicito: q; metus non põt inducere aliquem ad aliquid nisi vt est licitum: quia magis necessariũ est vitare illicit um q̃ fugere penã. siquidẽ plus a causa superiori determinat̃ aliquis ad fugiendũ illicitũ q̃ ad penã cauẽdam: q; deus per affectionẽ iustitie retrahit hominem ab illicito. affectio aũt cõmodi inclinat ad penã vitandam. ¶ Hec rõ tota cõfirmat̃ duplici exemplo: primo si alicui non liceret cõsentire interius nullus met⁹ deberet eũ inducere ad ꝓferendũ verba exterius sicut esset de religioso qui nullo modo ĩduci debet ad dicẽdũ hec verba: q; aut cõsentiens animo: ⁊ sic peccat mortaliter contra votũ: aut est cõsentiens: ⁊ sic peccat mortaliter mẽdacio ↄnitioso: ergo nullus alius inducit̃ sufficiẽter per meritũ ad dicẽda ista verba nisi vt distinguit̃ a religioso: q; lꝫ sibi cõsentire interius. ¶ Aliud exẽplum siquis violẽtiam inferẽs isti vt accipiat illam: ⁊ etiam ꝑ violentiam exigeret ab eo tale iuramẽtum iuro ad sancta dei euãgelia ꝙ sine metu cõsentio in istã: nullo modo debet aliquo metu ad istud iuramẽtum induci: q; est peccatũ mortale iurãdo mẽdaciter: ergo a simili nullo metu põt iste induci ad accipiendũ ista verbo exterius nisi vt sic accipere est licitũ non est aũt licitũ nisi vt cõiungit̃ cõsensui interiori. ¶ Si dicas per istas rões ꝓbari põt ꝙ nõ debet dicere verba ꝓpter quẽcũq; metũ nisi cõsentiat animo tñ si cõsentit tenet̃: q; ad illum cõsensum non inducit cũ sufficienter met⁹. ¶ Contra: nec ad verba exteriora cogit̃ simpliciter sic ꝙ ali⁹ moueat linguam suã: sed q; imminet sibi aliud magis vitandũ scꝫ mors dicit̃ cogi ad sic loquẽdum: ergo a simili cum immineat sibi maius malũ q̃ cõsentire in istam: vtpote mors vel peccatũ mortale metu cogit̃ ad cõsentiendũ in istam. ¶ Confirmat̃ istud: q; oppositũ daret occasionem multis mẽtiendi ↄnitiose. ¶ Confirmat̃ etiã ꝑ exẽplum siquis in magno periculo proiiciat merces in mari ne submergat̃ ex metu ꝓiicit: ⁊ si esset actus alius sine quo nõ posset esse proiectio vel absolute vel sine peccato mortali ad illũ similiter cogeret̃. ¶ Secũdo peccat oppinio in hoc ꝙ dicit ecclesiam presumere nõ esse cõsensum q; p̃sumit ipsum ex metu tñmodo cõsensisse exterius: nõ interius in animo hoc falsum est: q; ecclesia semꝑ p̃sumit pro meliore parte: sicut habet̃. extra de reg. iu. estote misericordes: ⁊ extra de scrutinio in ordinibus faciendo. c. vnico. quis presumit̃ idoneus quãdo non ꝓbat̃ idoneus ⁊ apparet manifeste: q; ecclesia copulam carnalem sequẽtem spõsalia p̃sumit esse ex affectu matrimoniali: q; presumit spõsum ⁊ sponsam non peccare mortaliter in illo actu: ergo a simili hic.

Bon. de fontibus q̃l.13 q.15. [margin, beside "quis cogi ad cõsensum"]

A [margin, beside "hicinde"]

Ad quæstionem igitur duo sunt videnda: primo qualiter possit esse cõsensus coactus. secũdo si ille sufficiat ad cõtractũ matrimonium. ¶ De primo cõtradictio est volũtatẽ simpliciter cogi ad actũ volendi: q; cũ violentũ sit ex tertio ethi. cuius principium est extra non cõferẽte vim passo: intellige passo vim. i. violentiam nõ cõferẽte: nõ negatiue sed cõtrarie. i. cõferente: qđ est dictu: violẽtũ est qđ est totaliter a ꝓncipio extrinseco ꝙ est cõtra ĩclinationẽ passi: ⁊ velle non põt sic inesse volũtati: q; tũc nolens vellet vel volens nollet: ⁊ sic sequit̃ ꝓpositũ: põt ergo habẽs volũtatẽ cogi ad aliquam passionẽ vtpote ligatus hic cogit̃ remanere: vel ad aliquã actionẽ instrumẽtalẽ: que tñ nõ est actio sua vtputa si aliqs manu mea ꝑcutiat ita posset facere manu erea: sed ad actionẽ volũtatis illicitã vel imperatã que proprie est actio humana nõ põt cogi nisi ſm quid metu. scꝫ maioris mali q̃ sit ille actus ⁊ est ista coactio possibilis in homine virtuoso quãdo non leui estimatione: sed certitudinaliter saltem certitudine sufficiente in actibus humanis sit malum sibi inferẽdum quod maius est inconueniens sibi q̃ actum istum displicentem

B [margin, beside "da: primo qualiter"]

Cap.2. [margin, beside "cuius principium est"]

eligere: et pōt bene eſſe q̄ ſm rectam rōnem ſit ſibi maius inconueniens: vtpote mors vel ſuſtinere carcerē vel captiuitatem mutilationem enormē ſtuprum et ſimilia mala: cum ergo iſte ſit dn̄s voluntatis ſue pōt velle aliquod quod alias nollet et imperare actū alīs nolitū antequā incurrat iſta mala: et hoc ſm rectā rōnem: vnde talis metus dicit̄ poſſe cadere in cōſtātem virum: ſed nullus metus poteſt inducere aliquem ad peccatum mortale ſm rectam rationem: q̄ non poteſt eſſe maius malum quod imminet q̄ ſit iſtud peccatū: q̄ nulla pena ſolum/peior eſt q̄ culpa mortalis.

E

De ſecūdo dico q̄ conſenſus iſto modo coactus in iſtā non ſufficit ad cōtractū matrimonij: vt expreſſe habet̄. extra de deſpon. Cum locū. et c. veniens. ij. et c. ꝯſultationi. ¶ Sed que eſt rō iſtius? Rn̄. et a cauſa formali iſtius cōtract9. et a cauſa efficiente a qua eſt q̄ cōtract9 habet talem formam. et a cauſa finali ꝓpter quam efficiens dedit iſti cōtractui talem formam primum patet: q̄ iſte cōtractus eſt datio et licet non liberalis: q̄ dat vt det̄ ſibi equale eſt tn̄ libera datio: q̄ ꝯ dationis rōnē eſt q̄ non ſit libera. ¶ Secundo a cauſa efficiente: q̄ deus talem inſtituit iſtam traſlationem ſumme liberā: vnde non eſt iſtud ab eccleſia determinatum: ſed tm̄ expreſſum: patet eni̅ q̄ etiam in lege nature erat iſtud requiſitū in contractu matrimonij. Gen̄. ij. Adherebit vxori ſue: ſed non adheret quis illi q̄ ꝯ inuite tenet: et Gen̄. xxiiij. dicit̄ de Abraam qui dixit illi ſeruo ſuo ſi noluerit mulier tecū venire tūc liber eris a iuramēto: et cū peteret ille rebeccā dixerūt: vocem9 puellam et queramus volūtatē eius: et ſtatim queſierūt parentes: vis ire cū homine iſto? reſpondit ibo. ¶ Tertio ex parte finis que eſt proles procreanda ex quo naſcit̄ indiſſolubilitas vinculi: ad iſtum cōpetit iſtam dationē eſſe ſimpliciter liberam: q̄ (vt dictū eſt: q̄ vt habet̄. xx. q. iij. preſens.) q̄ ꝯ quis non diligit: facile cōtēnit. ¶ Dicit etiam quidā q̄ poſſet dici eccleſiam illegitimare ꝑſonam aptam etiam pro tēpore illo pro quo eſt coactio q̄ ſicut pōt illegitimare ſimpliciter: ita etiam in caſu vel ad tēpus: ſed hoc non credo immo ſtatutū eccleſie hoc requirit ad naturā iſtius cōtract9 ab efficiente determinatā ꝑpter finem ad quē eſt. ¶ Contra hoc. ſi iſte coactu metu ſimpliciter ꝯſentit in iſtam (vt dictum eſt prius) vere cōſentit: q̄ ex quo virtuoſus eſt et vitet peccatum mortale cōſentit interius cōcorditer verbis exterioribus. ergo cū per actū voluntatis transferat dominium: iſte transfert poteſtatem ſui corporis in illam. ¶ Preterea. ſi quis ex metu peccati mortalis cōtrahet matrimonium ſimpliciter: puta ſi ex ꝑcepto diuino vel hoīs ſuperioris ſi poſſet hoc ꝑcipere ſimpliciter cōtraheret: et tn̄ met9 peccati mortalis eſt ita metus: et ita cadens in cōſtantē virum ſicut aliquis metus penarum mo multo magis. ¶ Preterea. non tm̄ ſibi pōt quis timere malum: ſed etiam ꝓximo. ergo ſi malū immineat huic mulieri vel peccati: vt ſi dicat pro firmo q̄ ſe ꝓſtituet ſtatim niſi ducatur vel pene: vt ſi dicat q̄ alius vel ipſa occidet ſe niſi ducat̄: iſte vt vitet iſta mala accipit eam: videt̄ q̄ ſit cōtract9 matrimonij: et tn̄ ibi eſt metus ergo. ¶ Ad ſolutionē iſtoꝝ poſſet accipi rō ex ſacramēto: q̄ requirit̄ libera intētio in miniſtrādo hoc ſacramētū: ſed iſtud nō eſt ita notū ſicut de liberalitate reqſita ad cōtractū ¶ Ad primū cōcedo q̄ iſte cui iminet metus peccati mortis vel carceris ſm rectā rōnē debet dicere verba matrimonialia q̄ exigunt̄ ab eo: et ex cōſequēti debet cōſentire interius cōcorditer verbis: nec tn̄ per iſtum cōſenſum transfert poteſtatē ſui corporis in illā: q̄ nullus cōſenſus eſt tranſlatiu9 niſi mere liber. ¶ Et

di. 36. in. 2. cōcłone pn̄cipali Ric. pn̄. diſ. ar. 1. q. 1.

a. l. propter naturam.

a. l. iſtius. q

E

ſi dicas ſaltem iſte libere habet actum volūtatis. ergo quantum eſt in ſe transfert. Rn̄. non libere habet: q̄ nō niſi ex metu hz: lz met9 non ſit cauſa effectiua. ſed cauſa vehementer inductiua. ſicut non libere loquit̄ verba exteriora ſed ex metu. ¶ Vel poſſet dici q̄ deus qui eſt ſuperior dn̄s in iſta tranſlatione non ratificat eā niſi ſit mere libere. ¶ Et per hoc poſſet reſpōderi ad iſtud argumētum: iſte ſcit ſe non tráſferre corpus ſuū: q̄ non libere cōſentit et ſigno exteriori oſtendit ſe tráſferre: ergo mentit̄. Reſpōdeo oſtēdit ſe tráſferre quātum in ſe eſt: ſed ſit ſe non transferre: q̄ ſcit hec non ratificari a ſuperiori. ¶ Si dicas ergo ad hoc q̄ non mentiat̄: oportet dicere accipio te in meam ſi dn̄s permiſerit. Reſpōdeo iſta cōditio ſemper intelligit̄ quātumcūq̄ ſit abſoluta locutio: et iſto modo debet intelligi abſolute verbū eius accipio te in meam ſupple quātum in me eſt preſuppoſita violentia iſta: et ſi deus ratificaret per talem conſenſum qualem nunc habeo traditionē corporis mei fieri traderem tibi meum: et intantū trado quātum tradi poteſt per talem cōſenſum. ¶ Ad ſecūdum dico q̄ contrahens ex obediētia propter metū peccati mortalis ꝯtrahit vt ſeruet iuſtitiam: et ideo ex mera electione: et tunc vident̄ ceſſare ratio cōtra primā opinionem: q̄ ita diceret ille q̄ coact9 ad verba ex mera electione ꝯſentit ad verba ex iuſtitia: q̄ conſenſum illum habet zelo iuſtitie ne ſcilʒ peccet. ¶ Ad tertiū ſi tm̄modo timeat̄ pena in proximo: dico q̄ non poſſet ex tali metu eſſe conſenſus ſufficiens ad matrimonium: ſi timeat̄ peccatū in proximo: et hoc valde certitudinaliter opus perfectū eſſet ſi quis illam acciperet ne peccaret: et ſi acciperet teneret matrimonium. q̄ eſſet cōſenſus liber ex charitate. ¶ Sed nunquid tenet̄ ex neceſſitate ſalutis? Reſponſionem quere.

a. l. caſſari.

Ad primum argumentum principale non eſt ſimile propter tria. primo q̄ conditio baptizati efficit̄ melior non ſic matrimonio aſtricti. ſecūdo q̄ voluntas ſuperioris ratificat per talem cōſenſum coactū aliquem fieri filium eccleſie: non ſic aūt in matrimonio tertio q̄ i baptiſmo nō eſt ita proprie matrimonium ſicut adoptatio: pōt aūt bene ſufficere minus de volūtario in adoptato q̄ in cōtrahēte matrimoniū: vnde non habens vſum rōnis poteſt adoptari ſed non deſpōſari. ¶ Ad ſecūdū fortis non eſt omnino impauidus: q̄ hoc eſt audacis in nullo pauere: ſed eſt impauidus et pauet vt recta ratio dictat: dictat aūt ratio recta plus debere timere mortem q̄ carcerem et peccatum mortale q̄ actum iſtum alīs diſcipliciblē. ¶ Ad tertium in inductione per terrores multū eſt de inuoluntario et parum de voluntario: eꝯuerſo aūt in inductione per blāditias et delitias. ibi eni̅ multū eſt de volūtario. et parū de inuoluntario: q̄ in primo ſi volūtas dimittat̄ ſibi ſtatim reſilit/in ſecūdo aūt ſi iā allecta dimittat̄ ſibi forſitan proſequeret̄ illud ad quod allecta eſt: et ideo non ſic eſt uoluntaria coactio per blanditia ſicut illa que eſt per minas et terrores: et rō eſt q̄ frequēter voluntas cōcordat appetitui ſenſitiuo: qui ab aliquo magis conuenienti patiens magis et magis inclinat̄: et eꝯuerſo patiens ab aliquo diſconueniente magis et magis fugit. ¶ Ad vltimum illud. c. pōt exponi de debere: de congruo non aūt de neceſſitate precepti: et ad illud quod adducitur de. ff. dico q̄ ita loquit̄ ius ciuile: ſed ius canonicum eſt contrarium. Unde illud Pauli. Filij obedite parentibus: non intelligit̄ quo ad iſtud: q̄ i iſto nō tenet̄ filius obedire patri: quod autem adducitur de matrimonio ſpirituali non eſt ſimile: quia nō tantam auctoritatem habet pater corporalis ſuper filiū ad matrimoniū car-

Ephe. 6.

nalem quantam habet pater spiritualis super filium respectu matrimonij spiritualis: ⁊ ratio congrua est q꞉ hic efficitur contrahens melioris conditionis: non sic autem ibi.

b

¶ Nec solum coactio impedit vel excludit consensum sed etiam error &c.

Distinctio. XXX.

Q Vero circa istam distinctionem trigesimam duas questiones prima: vtrū ad cōtractū matrimonij requiratur consensus sequens rōnem non erroneā siue apprehēsionē? ꝙ non. Geñ. xxix. de Jacob ⁊ lya in quam nō cōsensit nisi ex errore credēs eā esse Rachelē: ⁊ tñ videt̃ fuisse mr̃imoniū: alioqn copula carnalis fuisset fornicatio. ¶ Nō excuses eū ꝑ ignorantiam: licet non forte sufficientē q꞉ non inuincibilem ¶ Contra, saltem in crastinos potuisset eam repellere tanꝙ non suam. ¶ Preterea. Geñ. xxvij. Jsaac ex errore benedixit Jacob credens ipsum esse Esau. ⁊ tamen postea dixit: benedixi ei eritq̄ benedictus. ergo a simili in proposito. ¶ Preterea sacerdos credens baptizare vnam personam si baptizaret aliam esset baptizata. ergo error non ibi impedit ⁊ pari ratione nec hic. ¶ Preterea plus obest coniugi moralis malitia in cōiuge cōtra legem diuinam ꝙ pena seruitutis: sed apprehensio erronea quo ad istam malitiam si sequat̃ cōsensus in istam personam non impedit cōtractū matrimonij: ergo nec error in conditione seruitutis. ¶ Contra. magister in litera.

Ad istam quæstionem dico ex secunda conclusione prime. q. di. xxvi. ꝙ iste cōtractus est donationis libere ⁊ voluntarie sicut dictū est. di. precedenti: ignorātia aūt ⁊ maxime illius cōditionis que requiritur ad actū volūtatis causat inuolūtarium ꝺm philosophum. iij. ethi. ⁊ ꝺm Aug. viij. de trini. ca. iij. nihil est amatum vel volitū nisi prius cognitū. ¶ Ex hoc sequit̃ breue correlariū ꝙ error siue apprehēsio erronea quantum ad oēm cōditionem requisitam per se ad cōtractū facit cōtractū nullum esse: sunt aūt in genere tres tales conditiones: due ex parte personarū: vna ꝙ hec persona putet̃ esse illa: alia ꝙ ꝑsona serua credat̃ libera: tertia cōditio est error sibi correspōdens ex parte ꝯtract⁹ putat si putat̃ aliam simili cōtractu cōtrahere: cum tñ in rei veritate nō cōtrahat: q꞉ nō intēdit dare sicut alia intēdit accipere. ¶ De primo errore patet: q꞉ impedit omnem venditionem ⁊ traditionem rerū: puta si emat̃ aurum ⁊ vēditor vēdit auricalcum: ita hic intelligit̃. ꝙ b. det potestatē sui corpis si alia det al's nihil fit. ¶ Secunda cōditio est hic specialis: q꞉ hec est ꝑmutatio potestatis corporis pro potestate corporis: seruus aūt nō potest dare potestatē sui corporis libere sicut illa econuerso: ⁊ illa nesciens seruitutem eius per cōsequēs non cōsentit scienter in seruū nec vult cōmutare potestatem sui corporis pro potestate corporis quā seruus non potest facere: q꞉ nō habet illam. ¶ Et ex hoc sequit̃ aliud correlarium ꝙ error cōditionis melioris non impedit: nec seruitus si non sit ignota. ¶ Tertia cōditio generalis omni cōtractui est: q꞉ si vnus cōtrahit animo simplici ⁊ alter dolose vtens signis contractus sine animo contrahendi non est cōtract⁹: q꞉ deficit ibi principalior causa, s. actus mutuus volūtatis sine quo causa minus principalis scz signum exterius nō sufficit. ¶ Sed hic sunt dubia. primum esto ꝙ aliquis ad exequēdum libidinem dicat verba: animo tñ non intendēs cōtrahere: alia persona simplici animo cōtrahēs nunquid obligatur: videt̃ ꝙ sic: q꞉ ex parte sua sunt tam cōsensus ꝙ verba: ⁊ ita tota causa obligatiōis. ¶ Preterea esto ꝙ dolose cōtrahens exprimat alteri dolum suū: ista persona simplici animo cōtrahens non pōt recedere a cōtractū q꞉ exponeret se periculo fornicationis: nec pōt stare: q꞉ non pōt reddere debitū certitudinaliter ex parte sua ⁊ probabiliter ex parte alterius: de quo presumēdum est melius: q꞉ tunc exponeret se periculo fornicationis: ergo videt̃ in tali casu persona ista simplex esse perplexa ¶ Ad primum dico ꝙ cōtractus matrimonij non claudicat̃: ⁊ ideo si secūda persona non dat nihil fit vt dictū est in. i. q. conclusione. ij. do vt des: vel do si des: ⁊ ideo si illa non dat nihil facit: licet ex parte sua non sit impedimētum facti nisi ex consequēti. ¶ Sed de secūdo est maior altercatio quibusdā dicētibus ꝙ ista persona nō potest reddere debitū stāte cōscientia de dolo alterius nec recedere: q꞉ exponit se periculo fornicationis: vt dictum est. Dico tñ breuiter ꝙ nullus est perplexus in lege diuina etiam quocūq̄ actu proprio posito: dū tñ non maneat aliquod peccatū mortale: per qđ fiat perplex⁹ ista simplici animo cōtrahens cum doloso: nec tūc nec multo magis post habet aliquē actum per quē sit perplexa: ergo simpliciter patet sibi via salutis. Dico ergo ꝙ via tutior est non facere sibi cōscientiam ꝙ alter dolose cōsenserit: immo ꝙ tūc veraciter cōsensit: sed modo mentit̃: ⁊ in hoc casu faciat sicut vero coniugi. Si aūt non pōt tollere cōscientiam quā habet in verbo priuatiuo alteri⁹ cōiugis stāte illa cōscientia peccat mortaliter reddendo debitum: q꞉ fornicat̃: non reddēdo aūt ⁊ multo magis recedēdo exponit se ꝑiculo peccati mortalis: q꞉ forte iste mētit̃: ⁊ probabilius est ꝙ nūc mētiatur ꝙ ꝙ mētitus fuerit in principali cōtractu ⁊ tūc ista vel negat sibi quod suū est vel si recedit mechat̃ ꝺm euāgelium. Jn magnam ergo brigā ponit̃ cōtrahens cū dolose cōtrahēte. ¶ Sed nunquid iste dolosus erit immunis? Respōdeo stāte illo dolo in foro cōscientie dicēdū est sibi ꝙ nullo modo reddat nec petat: q꞉ fornicaret̃: ⁊ cum hoc dicēdum est sibi: ꝙ de necessitate salutis tenet̃ satisfacere persone lese: vt sibi reddat de suo quātum sibi abstulit: erat aūt istius de iure corpus dolosi: q꞉ commutauit corpus suū pro corpore illius sicut qui veraciter cōtrahit cū alia: quod est seruādum: ⁊ ideo tenet̃ iste dolosus cōmutare dolum in verū cōtractū. ¶ Sed esto ꝙ tēpore intermedio cōtrahat cum alia veraciter. Rñ. seruandum illud est cū satisfactione exteriori possibili puta cū procuratione matrimonij couenientis: sicut dr̃ Exo. xxij. ⁊ de impossibilitate reddēdi huic qđ sibi debetur est penitēdum. De dormiente cū virgine qui tenet̃ sibi ad certā restitutionē ꝺm morē dotis quā solent accipere virgines in patria illa. ¶ Si arguat̃ cōtra solutionem istam de errore que cōsistit in hoc ꝙ cōmutatio non est nisi ꝺm apphēsionē valoris cōmutati ad illud pro quo cōmutat̃. ¶ Cōtra hoc aliquis pōt aliquid dare vel cōmutare expectās magnū sibi dari: cui tñ nihil reddet̃ / nec tñ propter hoc datio prima est nulla. Rñ. quedam est datio non liberalis expectās redditionē futuram: quedā est exigēs dationē presentē cōcomitātem ꝙ proprie cōmutatio est prima bene tenet etiam si postea non sequat̃ redditio expectata: q꞉ in ꝑsenti fit trāslatio solū sub spe redditionis future. secūda nunꝙ est nisi sit statim redditio cōcomitās: q꞉ cōtractus cōmutatiuus est cōditionalis ⁊ si non expresse cōditione: tñ vniuersaliter ex natura cōtractus subintellecta ⁊ contractus

Ca. 3. ⁊ 10. de crim.

Difficultates subtilissime.

Ric. 27. d. huius. 4. ar. 1. q. 3.

a. l. faciat cur vera iniur.

D

Mat. 19

E

conditionatus non est non stante conditione.

Ad primum argumentum siue iacob possit excusari a peccato si cognouit lyam prima nocte, siue non, non est magna vis: quia non fuit confirmat⁹ sed postq̄ deprehendit esse lyam cōsensit nouo consensu propter illa verba laban. nō est consuetudinis in loco isto vt minores pri⁹ tradātur ad nuptias ⁊ extunc fuit vxor eius. al's bene concedo ꝙ potuisset repudiasse eā sicut non suā. ¶ Ad secundū subdit ibi ꝙ post egressum iacob et ingressum esau isaac stupore vehementi et vltra q̄ dici possit admirans expauit: en quis ergo ⁊c. et tūc subiūxit. benedixi ei eritqꝫ benedictus. vbi ex textu datur intelligi q̄ fuerit rapt⁹ in illa admiratione vehemēti: et in ea vidit iacob esse iuste bn̄dicendū: ⁊ ita lꝫ illā bn̄dictionē primo ab homine ⁊ humana cautela extortā dedisset: tamē postea in extasi a spū sancto approbatā pronunciauit tanq̄ firmam subiungēs. eritqꝫ benedictus. ¶ Ad aliud dico ꝙ non est simile de baptismo ignorāter collato: qꝛ ibi non est contractus mutuus. ¶ Si tamen aliquis ad solutionem huius. q. acciperet rationem ex ratiōe sacramenti ꝙ non posset conferre ab errante videtur ꝓbabile ꝙ errans in baptizando circa personam non baptizaret sicut nec ī matrimonio. ¶ Sed ista ratio non est posita ad solutionem. q. hec talis error ꝙ sit. a. vel. b. dū tamen intendat conferre sacramētū illi ꝑsone que presens est videtur impedire collationem aliorum sacramentorum sicut hec impedit: non ꝙ īpediat sacramentum primo. sed quia impedit cōtractum donationis faciendum illi cui non vult donare illud qđ hic datur. ¶ Ad vltimū dico: ꝙ malitia moralis non est aliquid per se requisitum nec eius oppositū ad istū

B cōtractū. ⁊ ideo non īpedit ipsum. secus est de [illegible] ꝓpter rationem dictam in solutione questionis.

Quæstio Secunda.

Secundo quæro. Vtrū inter Mariā et Joseph fuerit matrimonium verum: ꝙ non. xvij. q. j. sunt quedam. Vouentibus non solū nubere: sed velle nubere dānabile est. ¶ Preterea. Numeroꝝ vltimo habeꝛ ꝙ mulieres debebāt nubere viris sue tribus. ergo Maria ſm legem non potuit nubere nisi viro de tribu sua: sed Joseph erat de tribu iuda sicut habetur Luc. ij. eo ꝙ esset de tribu ⁊ de domo dauid. Maria autem erat de tribu leui: quia cognata helizabeth. Luc. j. ¶ Preterea. contrahēs matrimonium in aliquid aliud consentit q̄ in cohabitatiōem: quia si sic frater ⁊ soror possunt cōsentire. ergo in carnalem copulam quia nihil aliud videtur addere matrimonium super cohabitationem: sed in illam nō poterat consentire: quia vouerat virginitatem. ¶ Contra magister in litera. ⁊ accipitur ex euāgelio Mat. j. Cum esset desponsata ⁊c.

A Hic sunt duo vidēda. Primo quia ita est. Secūdo quomō. ¶ Primū patet ex auctoritatibus magistri quas ponit in litera. et ratio congrua ad hoc: quia vel erat preceptū vniuersale omnibus qui erant in lege illa de contrahendo matrimoniū: qđ videꝛ: quia ꝓ bn̄dictione erat fecūditas: ⁊ ꝓ maledictione sterilitas. patet ex multis locis scripture: vel si non fuit p̄ceptum generale: qđ patet ex hoc ꝙ Hieremias Hiere. j. ⁊ Joānes baptista remāserūt virgines: tunc btē virgini fuit datū speciale mādatū de contrahēdo cum Joseph. et ad hoc possunt esse rationes congrue que accipiūtur ab Ambro. super Luc. vt. s. esset testis virginitatis Marie. secundo vt ⁊ etiā ipa nō haberet occasionē mētiēdi de virginitate sua. qꝛ ſm Ambro. occasionē mētiēdi inde desponsata habuisset. desponsata nō habuisset: vt sic tā testimonio q̄ ex p̄sumptione magis crederetur sibi de virginitate et de mirabili cōceptione filij sui. ¶ Congruū etiā fuit vt sibi de virginitate crederet ne notareꝛ infamis: qꝛ non putauit christus ortus sui fidē matris iniurijs astruēdā. Sciebat enim tenerā esse virginis verecūdiā: ⁊ lubricā famā pudoris. ideo maluit dn̄s aliq̄s de suo ortu q̄ de matris pudore dubitare. ¶ Alia ratio vt eēt in obsequium virgini ⁊ pueroꝛ siue in egyptū eūti siue redeūti. quā rationē tangit Origi. sup illud Matth. j. Cum eēt despōsata. Alia ratio assignatur ab Ambro. vt diabolus falleꝛ. ¶ Sed hec ratio videtur parui valoris: quomō em̄ nō posset diabolus videre virginitatē matris si habuisset virū sicut si non habuisset: debet ergo intelligi ꝙ non potuit hoc videre: qꝛ nō fuit ꝑmissus: lꝫ naturali potentia intellectus sui potuerit hoc videre: nec tūc ista ratio videꝛ magni momēti: qꝛ eque fuisset ꝓhibitus si nō habuisset virū. ¶ Alie rationes qꝛ christus noluit incipere ab iniuria legis ne daret occasionem iudeis ⁊ herodi persequēdi ipsum: cum partus innupte lege dānetur: ne etiam virginib⁹ sinistra opinione viuentibus dareꝛ velamen excusationis. ꝙ ipsa quoqꝫ mater dn̄i infamata videꝛ. iste videnꝛ bone cōgruentie ad propositum.

De secundo articulo dicitur ꝙ beata virgo vouerat virginitatem sub cōditione. s. nisi deus aliter disponeret: ⁊ ideo licuit sibi matrimonium contrahere. ¶ Contra. in omni voto quātūcūqꝫ absolutio videꝛ includi hec ꝯditio. si deo placet: quia nullus debet offerre aliquid deo velit deus vel nolit: neqꝫ ordinate intēdit sic offerre. ergo cū cōditione ista sic intellecta stat absolute votū. Dico ergo ꝙ absolute vouit virginitatē qđ sancti coniiciūt ex illo verbo sue interrogatiōis ad gabrielē: quomodo fiet istud quoniā virū nō cognosco. si enim solum non cognouisset sine proposito nunq̄ cognoscēdi nulla eēt questio. quia in posterū cognoscēda si nō eēt sterilis cōcepisset: ⁊ ideo fuit q̄stio de mō supermirabili. qꝛ firmissime disposuerat vel vouerat nūq̄ se cognoscēdā a viro: et ad hunc intellectū exposuit angelus rn̄dēdo. spūs sanctus superueniet ⁊c. ¶ Quomō ergo potuit contrahere matrimonium. ¶ Rn̄. in cōtractu matrimoniali est mutua datio corpoꝝ ad copulā carnalē nō nisi sub conditione īplicita. s. si petaꝛ. Vnde cōtrahētes cum ꝓposito statim vouēdi castitatē vere cōtrahūt: hec aūt conditio de voto castitatis non p̄iudicat voto castitatis: posito etiā cōtractu matrimonij. nisi illa conditio ponaꝛ ī effectu. ergo vbi est certitudo simpliciter ꝙ nūq̄ poneꝛ in effectu ibi in nullo p̄iudicat voto castitatis ꝯtractus matrimonij: sed hec fuit talis certificatio. ex quo em̄ habemus Mat. j. ꝙ angelus istruxit ioseph. Noli timere accipere Mariā coniugē tuā: multo magis. imo indubitāter cōcludiꝛ ꝙ ipsa per angelum vel īmediate a deo [illegible] desponsareꝛ Joseph fuit certitudinaliter edocta. noli timere accipere Joseph virum iustum cōiugē: ecce enim spūs sanctus dabit eum tibi custodē ⁊ testē virginitatis. qui tecum pari voto contineat: ⁊ in multis tibi ad virginitatis custodiam congruentibus obsequatur. nec est mirum de ista probabilitate: quia quicquid factum est circa Joseph per visionem angelicam totum factum est ratione Marie que fuit immediata in illa ineffabili et mirabili conceptione. s. vnigeniti filij dei: exēplū istius potest haberi

Marginal notes (right margin):
1. Vide th. ⁊ Ri. ⁊ Bo. ⁊ alios antiq̄s hic.
B
Vid magi. ī lr̄a ⁊ tho. hic. ri. ⁊ n̄ti di. ar. 2. q. 1. Hē. q̄. q. 11.
C
Luce. 1.
D

extra de verbo2um signi.ex tt. et est hodie in.vj.li.vbi dicitur sententialiter q retēto dominio cōcedere alijs vsum non est inutile: quia vsus ille necessarius est vtē tibus:et a simili in proposito concedere potestatem sui corporis ad talem actum si petatur retento tamen vsu:qz certū est.quia ab illo non petit non est inutile. Hoc tamen exemplum patitur calumniam:quia non ita videtur q vsus possit reseruari domino tradito sicut ecōuerso:quia posterius magis traditur sine priori q̄ econuerso:sed quo ad hoc.videlicet q alicui potest competere vnum sine alio.in proposito autē nūc vsum retinuit sibi auctoritate sua.sed certificata fuit q spiritus sanctus vsum illum retineret.ita q nūq̄ ille alius cui talis vsus debebat exigeret. ¶ Aliud exēplum:si quis contraxisset sponsalia cum iuramento 7 postea vouisset virginitatem:videretur consulēdum illi vt consumaret sponsalia contrahendo de facto vt seruaret fidem iuramenti:et tamen vt seruaret votum statim ante consummationem deberet annihilare ad religionem.ergo isti licet dare potestatem sui corporis coniugi vere contrahendo matrimonium ratum: et tamen cum intentione nunq̄ dandi vsum quantum est ex parte sui:etiam sine hoc q sciat illum nunq̄ petiturum talem vsum. ergo multo magis licet sic contrahere si sciret nunq̄ predictum cōiugem petiturum. ¶ Preterea.adultera habet potestatem alterius cōiugis.quia per matrimonium fuit sibi data et indefectibiliter:tamen nō habet nec habere potest vsum corporis illius propter peccatum suum.ergo peccatū potest ppetuo phibere vsum stāte potestate data in matrimonio.ergo multo magis spiritus sanctus propter aliquam causam honestam hoc potest.

a.l.hec. E

Ad primum argumentum principale:dico q illa auctoritas debet intelligi de volētibus nubere s̄m cōmunem legem:non autem de illis quib9 constat certitudinaliter q nunq̄ vsus sequens talem actum petetur. ¶ Ad secundum potest dici q illa lex fuit data propter filias salphat:7 hoc ne transferretur possessio de tribu in tribum:vt patet ibidem. Numeri vltimo. ergo non obligauit nisi mulieres illas ad quas deuoluebatur hereditas paterna sicut ad illas deuoluta fuit patre mortuo. Maria autem non fuit sic heres.ideo licuit sibi nubere alteri alterius tribus. ¶ Aliter potest dici q Maria fuit de vtraq3 tribu.s. Iuda et Leui.de tribu iuda ex parte patris.et de tribu Leui ex parte matris.si quidem Ioachim descendit ex Natam filio Dauid.sicut patet de Damas.c.xc. (Li.4.c.6.) vbi ponit genealogiam sancte dei genitricis.illa autē Anna presumitur fuisse de tribu leui que.s.fuit mater Marie:et per ipsam esset Helizabeth cognata Marie. ¶ Istud etiam primum de cognatione iude probari potest per hoc qd euangelium deducit Christum fuisse de tribu iuda deducendo Ioseph ex illa tribu: qd non esset verū nisi Maria esset de illa tribu:et hāc rationem tangit Hierony.super Matth.in principio. ¶ Ad vltimum patet ex.ij.articulo.q.quia cōsensus iste est in traditionem mutue potestatis corporum ad prolem procreandam:et per consequēs in vsum si petatur.sed hic fuit certitudo q nunq̄ vsus iste a coniuge peteretur.

¶ Post hec de bonis coniugii que sint &c. Distinctio.XXXI.

Questio

Quaero circa istā.xxxi.dist.vtrum sint tria bona matrimonij que magister ponit in lra.s.fides:ples:7 sacr3:q nō. qz sacrm est formalr i se bonū. ergo non est aliis bonis bonū. ¶ Preterea.iter adulteram et adulterum potest esse matrimonium.vbi tamē nō est bonum fidei. ¶ Preterea.cum sterili potest esse matrimoniū.vbi non est bonū plis. ¶ Preterea.cum matrimonium sit sacramentum nō est bonum partiale matrimonij:quia idē non est pars sui. ¶ Contra.magister in litera.

Hic dicitur quo cōtrahens matrimonium obligat se ad copulam carnalem saltem sub cōditione si petatur.7 certitudo de non petendo in paucissimis habetur.in isto autē actu priuatur homo magno bono.s.vsu ratiōis s̄m philosophū.vij.ethi.talis inquit actus furatur itellectū sepissime sapiētis.vnde Augu.xiiij.ci.c.xvj.Voluptas qua maior in corporis voluptatibus nulla est in ip̄o momēto tēporis quo ad eius puenit extremum pene oīs acies 7 quasi vigilia cogitationis obruitur.nullus autem s̄m rectam rōnē debet se obligare ad aliq̄d in quo tantū malū patit nisi sit ibi aliq̄d bonū recōpēsans.ergo nullus debet cōtrahere matrimoniū nisi sint aliqua bona recōpensantia istā iacturā vsus rationis.et hec dicunt a sanctis excusantia illū actū carnalē.ista autē sunt bonū fidei: plis et sacramētū. ¶ Contra hoc:quia in statu innocētie fuisset matrimonium habēs ista bona:nec tamē fuisset tūc posita vt excusantia illū actū. ¶ Preterea. in matrimonio Ioseph et Marie nō oportuit ponere excusantia ista nec vniuersaliter in spūali mrimonio. vz.cum pari voto castitatis coniugum. ¶ Preterea. multo magis priuatur homo vsu ratiōis p somnū q̄ p actum illum:et hoc tam intensiue. Unde s̄m philosophum.j.ethi.Felix non differt a misero s̄m medietatem vite.s.in vigilia q̄ etiam extensiue:quia somnus diu priuat.iste autē actus quasi momētanee. ergo nullus s̄m rectā ratiōne debet se exponere somno nisi essent bona excusantia 7 maiora istis qd tn̄ nō cōcedit. ¶ Dicit q hec sunt bona excusantia.s.necessitas nature;7 ɔfortatio organoz:qz sine somno eēt nimia fatigatio virū sensitiuarum:7 p consequens impedimētum in itellectu:qz intellectus impedit fantasia impedita. ¶ Aliter dicit q non patitur quis pprie dānum in somno sicut in isto actu,qz post somnū vigorat itellectus:post actū istum ebetat:ita q p istū actū nō tm̄ priuat q̄s illo bono:sed reddit minus aptus vel habilis ad illud et alia post actum illum.oppositum autē est de somno.

Ri.pūti.d. ar.1.q.1.in sol.pnci. Cap.18. — Ca.17. — Ri. vbi.s. sol.3.arg. — Idē Ric.

Ad quæstionem ergo dico q s̄m philosophū.v.meta.c.de pfecto bonū 7 pfectū.idē est duplex aūt est pfectio rei.s.intrinseca vt forma:7 extrinseca vt finis.alicuius etiā pōt eē duplex finis.s.remotus:7 ppinquus.et remotior est regulariter principalior:qz ad illū ordiat ppinquior.accipiēdo ergo mrimoniū p illo viculo derelicto ex primo ɔtractu forma eius est idissolubilitas.sicut tactū est in.j.q.cōclusione.j.et ista idissolubilitas dicit sacrm p eo q signat idissolubilitatē ɔiūctionis christi 7 ecclesie.ergo sacrm vt hic accipit est bonū itrinsecū mrimonij:qz eius pma perfectio 7 formalis:hec autē ordinat ad actū carnalem mutuo reddendū si petat.que redditio iusta est ex ista obligatione mutua pcedēte.7 hui9 mrimonij fides.i. fidelitas siue iustitia ad actū ad quem ɔiuges mutuo

T.c.21. A

obligantur est eius bonum extrinsecum sicut finis ꝓ=
pinquus. Ultimo iste actus ordinatur ad procreãdũ
prolem debite vel religiose educandã.ergo ꝓles reli=
giose educanda si sequaẜ est bonum extrinsecum ma=
trimonij tanq̃ finis principalis.sic ergo patet quomõ
sacramentum vt hic accipitur est bonum matrimonij
primum ⁊ intrinsecum ⁊ forma.fides.i.fidelitas iniu=
ste reddendo actum debitum est bonum eius vt finis
proximus: sed minus principalis.bonum prolis est
eius bonum extrinsecum vt finis vltimus:sed princi=
Deꝯuersi. palis. ¶ Sed ꝓpter argumẽta videndum est quomõ
ꝯiug.ad a= hec tria sunt in quolibet matrimonio.non enim vide=
postol.⁊.c. tur esse bonum sacramenti in matrimonio rato nõ cõ
vex.⁊.c.ex sumato:quia illud est dissolubile per religionis igres=
publico. sum.sicut patet extra de regularibus.ad apostolicam.
nec bonum ꝓlis videtur esse vbi est impossibilitas ad
susceptionem ꝓlis:nec bonum fidei vbi non seruatur
B fides vt in adulteris. ¶ R̃n.sacramentum vt est bo=
num matrimonij (sicut dictum est) non accipitur ꝓ sa=
cramento noue legis:quia illud est sensibile:ista autẽ
indissolubilitas est quid spirituale in mentibus con=
trahentium.sacramẽtum etiam matrimonium statim
transit:quia consistit in fieri.ista autem indissolubili=
tas manet et est in esse quieto:non in fieri:sacramentũ
etiã est dispositio ad gratiã indigne suscipientibꝰ:nõ
autem ista indissolubilitas.hoc enim est intrinsecum
bonum omnis matrimonij noue legis:ita ꝙ impossi=
bile est esse matrimoniũ formaliter sine illo qꝺ est for
ma eius:sed alia duo bona non sunt intrinseca matri=
monio nec necessaria ibi formaliter: sed sunt ibi neces
saria in obligatione et virtualiter.bonum quidem fi=
dei seruande in actu reddendo coniugi qꝺ suum est:⁊
non dando alteri alienum:est enim necessario in obli=
gatione:⁊ quantum ad negatiuam saltem est ibi obli=
gatio semper et ad semper:quantum autem ad affir=
matiuam dicetur in sequenti dist.et ideo non seruans
fidem peccat mortaliter. ¶ Tertium bonum.s.prolis
est ibi in obligatione sub cõditione si eueniat vt susci=
piatur grataner ⁊ religiose educetur.ideo est ibi sub
Alex.ꝺ al. obligatione pro semper ⁊ ad semper non impedire il=
in pñ.di.ff lud bonum studiose. ¶ Ex his ad instantias ad pri=
sſa ꝫ magri mum dicitur ꝙ vno modo ꝙ indissolubilitas manet
Uid Ric. vsq̃ ad mortem. Qꝺ autem dicit Apostolus prima
ꝺ 27. huiꝰ Cor.vij. Mortuus est vir soluta est mulier a lege ma
ar.2.q.2. trimonij. dicunt esse verum de morte ciuili.non tñ de
morte carnali:quia iste actus non competit nisi viuen
ti vita ciuili profitens autem vitam religiosam mori=
tur ciuiliter. ¶ Contra hoc si matrimonium esset con
summatũ eẽt indissolubile omnino vsq̃ ad mortem:
ita ꝙ si coniuges etiam pari voto continerent nõ dis=
solueretur vinculum iter eos etiam per ingressum re=
ligionis.ergo ẜm istam viam indissolubilitas ista cõ=
peteret matrimonio:non ex ꝯtractu matrimonij sim=
pliciter qui est datio mutua:sed ex actu carnali supad
dito:qꝺ non videtur probabile.quia iste actus nõ est
aliquid noui contractus:nec per consequẽs aliquam
nouã indissolubilitatẽ obligationis inducit. ¶ Ali=
ter dr ꝙ per ꝓfessionẽ religionis non dissoluiẜ vincu
lum coniugale. ¶ Sed si arguitur ꝙ sponsa manens
in seculo potest alteri nubere ⁊ esse vxor eius ⁊ ita erit
simul vxor duorum. ¶ R̃ndet ꝙ hoc non est inconue
niens.ita tamẽ ꝙ vnius tm̃ spiritualiter.s.vinculo spi
rituali.alterius spiritualiter ⁊ carnaliter.esset autẽ in=
conueniẽs ꝙ esset duorum simul carnaliter:et ẜm hoc
haberet consequenter cõcedere ꝙ vna posset esse vxor
centum simul isto vinculo spirituali:⁊ tunc matrimo=
nium vnde matrimonium nõ determinaret ꝙ vna es=
set vnius:nec illa iustitia cõmutatiua que ibi requiri=
tur:nec videtur ꝙ illa copula carnalis sequens aliquã
nouam iustitiam cõmutatiuã tribuat. ¶ Tertio mo=
do dici potest ꝙ in matrimonio rato etiã si cõtrahens
intẽdat non consentire in carnalem copulam:sed sta=
tim religionem auolare ante consummationẽ non est
accõmodatio:sed ꝑmutatio potestatis non ad tẽpus:
sed ꝓ vsu perpetuo.alioquin non esset vere matrimo=
nium noue legis:⁊ ex datioẽ ista oritur vinculum in=
dissolubile nisi per mortem naturalem alterius coniu
gum:vel per reuocationem seu relaxationẽ illius qui
statuit hoc esse sic indissolubile.christus aũt qui istam
indissolubilitatem induxit Math.xix.reprobans ꝑ
lege sua repudiũ mosaycum ipse relaxauit istam indis
solubilitatẽ quãdo alter cõiugum conuertitur ad reli
gionem. vnde ecclesia nunq̃ attẽtasset post matrimo
nia rata non cõsummata licẽtiare alterũ ad religionẽ
altero manẽte in seculo nisi christus hoc istituisset.ha
betur autẽ hoc ex facto christi vocãtis Joãnem apo=
stolũ ⁊ euãgelistã ad apostolatum a nuptijs. Jo.ij.cu=
ius exẽpliũ imitati sancti patres. Alexius. Theonas
⁊ alij:nec tamẽ illa nubẽs alij erit simul vxor duoꝝ:sꝫ
tm̃ secundi:quia vinculum ipsius ad primum dissolu=
tum est per relaxationẽ christi.non autem precise ꝑ ta
lẽ vel talem mortem eius:qꝛ dissolutio que est ꝑ mor=
tem est ꝑ defectum alterius extremi:nec requirit spe=
cialem relaxationem legislatoris.hec autẽ relaxatio
christi rationabilis fuit: quia rationabile est obliga=
tionem ad minus bonum commutari in obligatiõem
ad maius bonum ab eo qui habet auctoritatẽ cõmu=
tãdi professio autem in religione est obligatio ad ma=
ius bonum:quia ad spirituale.vnde et christus statum
virginitatis intelligit non tm̃ per carẽtiam actus:sed
cum proposito continendi perpetuo:⁊ istum ꝓtulit sta
tui coniugali. Math.xix. Sunt eunuchi qui se castra=
uerunt propter regnum celorum:qui potest capere ca=
piat.vnde hec castitas diuisa contra coniugalem di=
citur habere fructum centenarium.illa vero trigena=
rium ẜm Hieronymum contra Jouinianum. ¶ Si
queras an ista indissolubilitas cõueniat matrim. otio
euangelico propter rationem sacramenti? Dico ꝙ in
lege nature fuisset indissolubile:⁊ tamen tunc nõ fuis=
set proprie sacramentum annexum contractui matri=
monij:⁊ christus potuisset istã indissolubilitatẽ prece= D
pisse in matrimonio sue legis:licet nullum sacramen=
tum adiunxisset illi contractui.potuisset etiã sacramẽ=
tum adiungere contractui:ex quo tamen cõtractu nõ
vellet nasci vinculum indissolubile:si voluisset repu=
dium mosaycum approbare.est ergo ista indissolubi=
litas a domino superiori determinante contractũ de=
bere fieri pro semper ⁊ obligationem debere sequi pro
semꝑ.nisi ipsemet in aliquo casu dispenset:ad hoc etiã
consonat ratio naturalis recta. ¶ Ex ista solutione E
sequitur correlarium notabile ꝙ contrahẽtes sub ali=
qua cõditione repugnante alicui istorum triũ bonoꝝ
nihil faciunt.puta contra principiũ accipio te in meã
donec occurrat magis placens. Contra secundum ac
cipio te in meam:ita vt non tenear tibi seruare fidem
nec affirmatiue ad reddendum nisi quando voluero:
nec negatiue quin possim pro libito meo alteri cõiun=
gi. Contra tertium.accipio te in meam si procuraue=
ris venena sterilitatis:vel consentias mecum in ꝓcu
ratione talium venenorum.et ratio quare isti contra=
ctus nõ sunt matrimoniales est:quia non tenent nisi
sub illa conditione cum sint cõditionales: sed impos=
sibile est ꝙ sint matrimoniales sub illa conditione qꝛ
repugnat contractui matrimoniali: immo nullus cõ=
tractus est:quia iste nõ potest dare se cõtra ꝑceptũ su=
perioris.prohibitio aũt superioris est de translatione
sub istis ꝯditionibus:qꝛ ꝑcepit trãslationẽ que debet
fieri:sub conditionibus oppositis fieri. vnde quicũq̃

attētauerint non solum peccāt mortaliter: sed obligātur ad recedendum ab omni vsu mutuo virtute talis contractus.

F Ad argumenta. ¶ Ad primum patet ꝙ ista non sunt tria bona sacramēti matrimonij. illud enim est quoddam signum concomitans cōtractum: sed sunt tria bona matrimonij vinculi indissolubilis manentis post contractum: et non est inconueniens illud esse bonum alijs bonis: ⁊ esse bonum vno istorum tanꝗ̄ bonitate intrinseca alijs tanꝗ̄ finibus propinquiori et remotiori seu principaliori. ¶ Ad secūdum patet ex solutione. q. quia bonum fidei est semper in obligatione: licet non in executione. ¶ Ad tertiū patet per idem: quia obligatio non est absolute ad bonū prolis: sed sub conditione si eueniat ad grataenter suscipiendum ⁊ religiose educādum ⁊ ad non procurādum studiose oppositum. s. ne eueniat. tamen sm veritatem vbi est certa impossibilitas ad bonum ꝓlis: nō videt actus ille cōiugalis multum excusari ꝑ istud bonum nisi forte dicas ꝙ miraculose deus daret fecūditatē sterili: sed si nec illud est ꝓbabile nec intentum ab istis vtentibus tali actu alia duo bona excusant: et tūc matrimoniū est ibi tm̄ vt in remediū: nō aūt vt in officium. de quo dictū est dist. xxvj. in solutiōe q̄stiōis.

G ¶ Ad vltimū patet: quomō equiuocat de sacramento: quia vt est vnū bonū matrimonij nō est formaliter nisi indissolubilitas illius vinculi vel obligationis: vt autem est sacramentum matrimonij est signum sensibile gratie collate digne contrahentibus matrimoniū ad coniunctionem gratiosam animorum.

¶ Sciendū etiā est &c. Dist. XXXII.

Circa istam. xxxii. dist. quero vtrum sit simpliciter necessarium in matrimonio reddere debitum petenti. ꝙ nō. Nullus obligat simpliciter ad peccatum mortale: sed reddere illud debitum est peccatū mortale. tum quia priuat se maximo bono. s. vsu ratiōis: qꝺ est maius bonum ꝙ̄ actus virtutis. agens autē actū contrariū actui virtutis vel actum vitiosum peccat mortaliter: sed priuare se actu virtutis est peccatū mortale. ergo et priuare se vsu rationis: qꝺ cōtingit in actu illo. tum quia si non eēt cōtractus matrimonij talis actus esset peccatum mortale: sed nullus potest seipsum licētiare: et per cōsequēs ex actu suo proprio nō licet sibi qꝺ prius nō licuit. cōtractus matrimonij est actus istorum. ¶ Preterea. contrahens matrimonium anteꝙ̄ consumet si intret religionē non tenetur reddere debitum: et tamen tunc est coniunx. ¶ Et si dicas mortuus est ciuiliter. ¶ Contra. ante professionem non est sic mortuus: ⁊ tamen illo tempore non tenetur reddere. ¶ Preterea. tempore obseruationis ⁊ orationis sacre et ieiunij non tenetur quis reddere debitum: quia tūc esset indispositus ad comedendum carnes agni sicut habetur in litera. sed nullus fit idoneus ad eucharistiam ꝑpter actū illum ad quem necessario obligatur. ¶ Preterea. in loco sacrato non tenetur quis reddere: qꝛ maius malum sequitur ꝙ̄ vitetur. s. interdictum loci: qꝺ est malū cōmune quo ad multitudinem: et malū quodāmodo reducibile in deum cuius cultus impeditur in loco illo. ¶ Contra. j. Cor. vij. Nolite fraudare inuicē nisi ex consensu ad tempus: ⁊ vir vxori debitum reddat et vxor viro: ⁊ ꝓbat ibi: quia vir nō habet potestatem corporis sui: sed vxor: ⁊ econuerso similiter.

Ad quæstionem dico ꝙ reddere debitum coniugale potest intelligi dupliciter: vel propter duplicem finem sicut matrimonium duplici de causa est institutum: vt dictum est supra. quest. j. de matrimonio: ⁊ propter primum finem. s. bonum prolis reddere est dupliciter laudabile. Vno modo: quia ad finem laudabilem. s. ad bonum prolis. Alio modo: quia in se actus iustitie reddentis illi qꝺ suum est: quia ad finem ad quem debet esse propter secundum finem. s. causa vitande fornicationis est laudabile tm̄. Secūdo modo. s. quia actus iustitie. istud tamē iuste redditum non esset iustū nec illi deberet reddi nisi deus dispēsasset ꝑpter ꝓnitatem hominis post lapsum. ¶ Prescindendo ergo primum bonum laudabile. s. bonum ꝓlis si queratur de redditione debiti vniuersaliter ex obligatione coniugum. Dico ꝙ est actus precepti affirmatiui explicātis iustitiā cōmutatiuā. preceptū aūt affirmatiuū obligat semper: sed non ad semper: sed ꝓ q̄ñ actus potest esse debite circūstātionatus: et ita hic in genere potest aliquis iuste non reddere debitū coniugi dupliciter. Vno modo si coniunx amisit ius petēdi: vel non habet ius petendi pro tunc. Alio mō quādo obligatur ad non reddendum vinculo fortiori. primum cōtingit in fornicatione coniugis. maxime si alter tm̄ fuerit fornicatus. tunc enim innocēs potest lapsum si sibi publice constiterit repellere ⁊ amisit lapsus ius petendi pro eo ꝙ non seruauit fidem: ⁊ ideo nō est necessario sibi fides seruanda saltem affirmatiue. Si autem vterꝙ̄ lapsus sit: tunc paria crimina pari vindicta sunt delenda: sic non habet ius petēdi statim post matrimoniū ratum: licet adhuc nō amiserit: qꝛ nōdū peccauit eo ꝙ post matrimonium ratum licet intrare religionem: nec oportet statim: sed ad tempus potest stare in seculo ⁊ deliberare: ⁊ si teneretur statim reddere teneretur facere se ihabilē ad religionem. ¶ Sed esto post ingressum religionis mulier remanens in seculo non continet vel timetur ne continere velit. nunquid vir professus extrahendus est de religione et sibi reddendus. xxvij. q. v. habetur expresse. Qui q̄ vxorem suam velare permiserit aliam non accipiat: sed similiter conuertatur. ¶ Sed contrarium videtur expresse haberi extra de conuersione coniugatorum. c. j. laicus vxoratus qui de licentia et permissione vxoris religionem ingressus professionem fecerit vxore in seculari habitu vel in seculo permanēte nec trāseūte ad religionem aut perpetuam continentiam non vouente. dicimus ꝙ nisi vxor ad religionem trāsierit aut castitatem perpetuo seruare promiserit vir potest et debet de monasterio reuocari. ¶ Si autem dicat ꝙ debet intelligi quando mulier non renūciat iuri suo: sed tm̄ ad tēpus vt vir vacaret orationi. Hoc est ꝯtra planum sensum litere: quia habetur ibi: ꝙ si de licentia ⁊ permissione vxoris monasterium ingressus professionem fecerit: quid de stricto rigore esset faciendum: an illa compellenda esset ad continentiam: an iste extrahendus: in casu isto: quia. s. ignorāte episcopo factum est: sed presentibus presbyteris et monachis dubium est: quia ista videtur renūciasse iuri suo perpetue ꝙ̄tū ad debitum petendum licentians eum publice ad ꝓfitendum in religione. non enim talis renunciatio requiritur necessario ꝙ sit de situ: episcopi: si ergo renunciauit sufficienter nihil iuris habet illa ad repetendū eū: similiter coactio eius ad continentiam est aliquid licitū: ⁊ lꝫ penale tm̄ debitū ex ista licētia data viro. coactio autē viri ad stādum cū vxore videt ad illicitum inducere. qꝛ ad peccatū mortale cū ille vouerit castitatē ⁊ potuit vouere: qꝛ licentiatus. Saltē de hoc cautū est in regula fratrū minorum vbi de his q̄ volunt vitam

Margin notes (right): A — In. q. pre. i pnci. hui. — B — Vid Ric. di. 27. hui ar. 2. q. 2. — Vid Ric. vbi supra q. 2. 3. — C — D

istam accipe dicitur. si vxores nō habēt: vel si habent et iā monasteriū intrauerint vxores vel licētiā eis dederint auctoritate diocesani epī voto cōtinētie iā emisso ⁊ illi⁹ etatis sint vxores: ꝙ nō possit ex eis oriri suspitio; dicāt illis verbū sancti euāgelij ⁊c. Unde ꝑtermissis istis cōditionibus. s. voto cōtinētie emisso vel saltē licētiā data auctoritate diocesani epī videtur ꝙ hodie fieret ſm illud. c. Scilicet ꝙ vir extraheretur ⁊ redderetur vxori. Et tūc quādo dicitur ꝙ ipsa dicitur renunciare iuri. Respōdeo nō sufficiēter ⁊ ꝑfecte quātū ad forū ecclesie que determinauit modū debitū istius renunciationis ꝑ votū cōtinētie emissum ⁊ licētiam datam auctoritate diocesani epī. ¶ Et qđ tāgitur de pctō mortali ipsius reuocātis posset dici ꝙ tenetur non petere: qꝛ renunciauit iuri suo quātū in se fuit: sed potest reddere: qꝛ nō potuit renūciare iuri alieno. Et qꝛ putauit se absolutū a iure illius: ideo ꝓ tūc nō peccauit. Tamen quādo cōstat sibi ꝑ ecclesiā ꝙ non fuit absolutus a iure vxoris tenetur sibi reddere illud cui nō potuit renunciare. ¶ Secūdus casus est qñ obligat fortiori vinculo ad nō reddēdū: puta si vergat in detrimētū proprie incolumitatis. tenetur enim magis diligere ꝓpriam incolumitatē ꝙ̄ istud debitū reddere alteri cōiugi. vel sit causa occisionis fetus in vtero pregnantis: vel sit causa abortus. Ad hec enim cauenda tenetur fortiori vinculo ꝙ̄ ad reddēdū debitū isti. Ubi ergo probabile ꝑiculū est de extinctione fetus vel ꝙ nascatur abortus nō tenetur reddere. ¶ Consimiliter maiori ꝓcepto tenetur non agere vnde ꝓles nascatur leprosa que posset alias ꝓcreari sana ꝙ̄ pro nunc satisfacere volūtati mulieris pro quādo vt in pluribus puer nascitur leprosus.

Leui.20. Unde nō sine causa in lege mosayca accedēs ad mulierē menstruatā debuit mori: nec mors infligebatur ibi nisi ꝓ peccato mortali ⁊ graui: nec est ꝓbabile ꝙ in lege euāgelica que est lex castitatis sit minus ꝓhibitus ad mēstruatā accedere. ¶ Si obijcitur ergo leprose nō debet sanus reddere debitū: quia est cōtra bonū ꝓlis que nascitur leprosa ⁊ cōtra incolumitatem ꝓpriā: quia posset ex tali actu īcurrere lepram: cuius tñ oppositū habetur extra de cōiugio leprosoꝝ. c. j. vbi habetur. Mandamus vt vxores viros: ⁊ viri vxores: que lepre morbū incurrūt sequantur ⁊ eis coniugali affectione ministrēt: ⁊ ad hoc eos sollicitis exhortationibus inducere non postponas. Si vero ad hoc induci nō poterūt iniūgas eis vt vterqꝫ cōtinētiā seruet. ꝙ si mādatum tuū seruare cōtēnāt vinculo excōicationis astringas. ⁊. c. sequēti. Si virū vel vxorē leprosum fieri contigerit: ⁊ infirmus a sano carnale debitum exigat generali precepto apostoli quod exigitur est soluendum: cuius ꝓcepti in hoc casu nulla exceptio inuenitur. ¶ Rñ. ꝙ lꝫ cōiugi leprose cōiunx sanus vel leprosus debeat reddere debitū ſm ista. c. tñ nō sequitur ꝙ tpe mēstruoꝝ: qꝛ ibi non est ꝯtra bonū ꝓlis ꝙ ꝓcreetur leprosa; imo magis est ꝯtra bonū ꝓlis ꝙ nūqꝫ ꝓcreetur de ista matre si ꝓpter lepram vitetur. hec autē et si nō ꝓcreabitur tempore mēstruoꝝ: ꝓcreabitur tñ postea tpe competenti: et tunc sana nūc aūt leprosa. ¶ Si aūt obijcias de periculo lepre in sano reddente. posset dici ꝙ in illa coniūctione non est probabile lepram incurri: sed diuturna cohabitatio nō ꝑcipitur: quia ex illa pōt sanus infici ab infirmo. esto etiam ꝙ timeretur ex tali coniunctione infectio lepre in sano reddēte saltem ex frequēti quotiens leprosa peteret. Dico ꝙ ad talem penam se obligauit in cōtractu matrimonij. vnde ⁊ alicubi sacerdotes expresse ad ostium ecclesie exprimunt illud.

Ad argumenta. ¶ Ad primum nego minorē. ¶ Ad primā ꝓbationē: dico ꝙ ꝑpetuus vsus rōnis est maius bonū ꝙ̄ actus virtutis. Et ideo q ꝑ aliquē actū priuaret se sic vsu rationis peccaret mortaliter: immo mortalissime: sed carentia vsus ratiōis pro momēto nō est tantū malū sicut actus oppositus actui virtutis: nec quodcūqꝫ priuās vsu ratiōis ad tēpus est peccatū. nā nimia tormēta ita impediūt vsum rationis sicut voluptates: ⁊ tñ martyres sciēter se exponētes talib⁹ tormentis nō peccauerūt sꝫ meruerūt. ¶ Ad secūdā ꝓbationē cōcedo ꝙ istis ante ꝯtractū nō liceret talis actus: lꝫ tamen post ꝯtractū nō ꝙ ipsi seipsos licētiare possint: sed faciūt quēdā actū quo facto deus licētiat eos ad quēdā actū sequētē ad quē nō licētiaret sine illo ꝓuto: ⁊ ista rñsio videtur bñ ꝑsuadere ꝙ iste vsus nō est licitus ex sola iustitia qua voluntate ꝓpria dāt se mutuo: sꝫ adueniēte approbatione superioris. ¶ Ad secūdū patet ex solutiōe ꝙ cōiunx non habet ꝓ tūc ius petēdi. ¶ Ad tertiū apostolus nō dicit absolute abstinēdū tpe sacro: sed cōsuluit ad tempus vꝫ vacent orationi: ⁊ iterū reducantur in seipsis ne tētet eos sathanas. ¶ Et qđ adducitur de Heronymo. et ponitur. xxxiij. q. iiij. qnicūqꝫ vxori debitū reddit nō pōt carnes agni edere. ¶ Rñdeo nō pōt oīno cū reuerētia debita. ¶ Et cū dicis non excluditur aliquis ꝓpter actū ꝓcepti a cōicādo. nego: qꝛ aliqs act⁹ ꝓceptus est ꝓpter quē iste est minus dispositus ad reuerēter ꝑcipiēdū eucharistiā. Si tñ loquaris de excludi ex necessitate ꝓcepti. cōcedo ꝙ nō: quia nō video quomō ꝓpter hoc soluꝫ peccaret mortaliter si perciperet corpus dñi. ¶ Ad vltimū dico ꝙ in loco sacro regulariter abstinēdū est: qꝛ nō statim īminet ꝑiculum fornicatiōis quin statim cōmitti possit in loco non sacro. si tñ diu oporteret eos cōmanere in loco sacro negaret aliqs istū peccare si redderet debituꝫ ibi petitum. ¶ Qđ adducitur de interdicto loci. Diceretur forte ꝙ ꝓpter actū occultum nō est locus interdictus saltem publice vt oporteat cultum diuinum ibidem publice pretermitti.

¶ Quæritur hic de antiquis patribus &c. Distinctio. XXXIII.

CIrca istam. xxxiii. dist. in qua magister agit de matrimonio antiquorum patrū. Quero de bigamia. primo et secundo de repudiatione vxoris? Questio. 1
¶ Circa primum quero duo. Primo quātū ad legem nature vel mosaycā vtrū fuerit aliqñ licita bigamia. Secūdo quātū ad legē euangelicam vtrū bigamus ante baptismū posset post baptismū ad sacros ordines ꝓmoueri. ¶ Ad primū arguitur ꝙ nō: qꝛ bigamia est cōtra legē nature: qđ ꝓbatur. tū ex illo ꝟbo Geñ. ij. Erūt duo in carne vna. vbi expꝛssit legē nature de matrimonio: nō ergo plures ꝙ̄ duo. tū ex glosa interlineari de Lamech. Accepit vxores duas ⁊c. vbi habetur ꝙ iste Gene.4.
primus induxit bigamiā ⁊ adulteriū que est cōtra legē nature. ¶ Preterea. (vt ita loquar) biuiria nūqꝫ licuit: ita ꝙ mulier duos viros haberet. ergo nec econuerso. ꝯñtia ꝓbatur: qꝛ ad actus cōiugales equales iudicantur. j. Coꝝ. vij. ¶ Contra. Geñ. xvj. Abraam ha- Gene.25.
buit Sarā Agar ⁊ Cethurā. et de Jacob Geñ. xxix. et. xxx. qui habuit quatuor vxores. ⁊ de Dauid. ij. Regum. v. Nō est aūt ꝓbabile ꝙ isti sancti patres in ista copula fecerint aliquid illicitum. ergo. ¶ Preterea. Augustinus de bono cōiugali versus finem. Antiqs iustis nō fuit illicitū ꝙ plurib⁹ feminis vtebantur: neqꝫ cōtra naturā hoc faciebāt: cū causa gignendi hoc fa-

cerent: neq3 cõtra legem neq3 contra morem quia eo tempore nulla lege erat prohibitum.

Hic primo videndum est quid requiritur ad strictam iustitiam cõmutatiuam in cõtractu matrimoniali: ⁊ hoc ex parte contrahentium: et quid vltra hoc additur ad completam iustitiam in tali contractu: ⁊ hoc ex parte superioris. Secundo quid in casu sufficit ad iustitiam quantum ad istam materiã de qua queritur: et qualiter istud sufficiens fiat complete iustum.

A ¶ De primo dico ꝙ in omni commutatione quantum est ex parte commutantium et commutatorum stricta iustitia requirit equalitatem commutatorum quantum possibile est: et hoc ad illum finem propter quem commutatur. Ista autem commutatio in contractu matrimoniali fit propter duas causas. Una. s. propter procreationem prolis. Alia in remedium vitande fornicationis. ¶ Quantum ad primũ corpus viri est maioris valoris q̄ corpus mulieris: quia pro eodem tempore idem vir potest plures fecũdare q̄ eadem mulier possit a viris concipere. Quantum ergo ad istum finem de stricta iustitia videtur bigamia licita: vt vir cum tot corporibus mulierum corpus suum commutet quot potest fecundare eo modo quo est eis possibile fecundari: nec tamen in statu innocentie quando matrimonium fuit precise in officium fuisset bigamia: quia tunc fuisset tunc necessitas ꝙ vir commutaret corpus suum pro pluribus ad plures proles procreandas: quia per simplicem commutationem vnius cum vna fuisset sufficiẽs procreatio: et nec vir nec mulier fuisset tunc sterilis.

B ¶ Quantum ad secundum finem qui tantum est pro statu nature lapse: scilicet pro fornicatione vitanda equalis valoris sunt corpus viri et mulieris. ideo de stricta iustitia pro statu nature lapse considerando contractum istum vt est ad vtrũq3 finem requiritur commutatio vnius corporis pro vnico. Et addo ꝙ completio iustitie in ista commutatione non est nisi ex auctoritate superioris instituentis vel approbantis talem commutationem: quia et si res alique sunt inferiorũ dñorum: tñ cõmutatio earum licita et iusta talis vel talis determinatur a legislatore: et multo magis in proposito et de corporibus in comparatione ad deum. ipse autem instituit et pro statu innocentie et pro statu nature lapse regulariter istam commutatiõem debere fieri vnius cum vno. In hoc ergo est completa iustitia.

C De secundo articulo dico ꝙ dispensatio est iuris declaratio vel iuris reuocatio. Potuit ergo deus legem suam de commutatione ista vel declarare vel in aliquo casu reuocare: et hoc rationabiliter: in casu illo quando maius bonum prouenit ex reuocatione q̄ ex obligatione: seu obseruatione. tũc autem quando erat necessitas multiplicandi genus humanum ad cultum diuinum: puta quia pauci erant cultores dei necessitas fuit vt multiplicarentur cultores dei quãtum possent: quia in sola successione eorum mansit fides et cultus diuinus. ergo pro tunc rationabile fuit dispensare vt vnus commutaret corpus suum pro pluribus corporibus mulierum ad maiorem multiplicationem cultorum dei que sine hoc non fieret. Sic autem fuit dispensatum vt presumit᷑ de abraã et quibusdam aliis patribus.

D ¶ Qualiter autem ibi saluabatur iustitia considerando contractum ex parte contrahentium: declaratur sic. Quando aliquid ordinatur ad duos fines: principalem. s. et minus principalem. rationabile est vti illo eo modo quo magis valet ad finem principalem: licet per hoc aliquid detrahatur fini minus principali. Exemplum cibus valet ad duo: scilicet ad delectationem que est minus principalis: et ad nutritiõem que est magis principalis s̄m recreationem: et conueniens est vt aliquis vtatur cibo eo modo quo magis expedit nutritiõi: licet in hoc detrahatur delectationi: ita contractus iste matrimoniũ est: et est ad bonum prolis vt ad finem principalẽ: et ad vitandum fornicationem vt ad finẽ minus principalem. ergo s̄m rectam rationem debent contrahentes sic commutare vt commutatio plus valeat ad procreationem prolis: licet minus valeat ad illam redditionem. Sed hoc fit in commutatione vnius corporis viri pro pluribus corporib⁹ mulierum. Et sic hoc absolute faciendum est in casu necessitatis: quia quando est valde necessarius finis principalis: negligendus est finis min⁹ principalis.

E ¶ Et ex hoc p3 quomodo ex parte partium est iustitia: quia s̄m rectã rationem vtraq3 pars debet velle aliquid de iure suo dimittere in commutando et recipiendo permutatiõem in comparatione ad finem minus principalem: vt recipiat equiualens in comparatione ad finẽ magis principalem quem plus debet eligere: licet debeat commutari aliquid de aliquo qđ esset sibi debitum determinatum remittere: et quandoq3 est necesse in aliquo casu: quando. s. ad talem remissionem tenetur et complere licet et debet quando a superiori est hoc ordinatum. Hoc patet Geñ. xvj. quia coegit Sarra Abraam vt intraret ad Agar ancillam suam: vt vel sic haberet filium de ancilla quẽ de ipsa habere non poterat. ¶ Si obiicitur ꝙ pro tempore moderno esset bigamia illicita. Respondeo et si illicita sit: eo ꝙ pro nũc nõ est a legislatore dispensatum: immo reductum est ad illud legis nature. Erunt duo in carne vna per christum. Matth. xix. tamen loquendo de iustitia ex parte contrahentium ⁊ contractus etiam modo non est illicita. Sed pro tanto est illicita: quia nunc non est necessarius ille finis [illegible] principalis: eo ꝙ multi vacant generatiõi fidelium: quia fides multiplicata est. Cessante igitur necessitate detrahendi aliquid secundo fini: propter necessitatem primi finis: seruandus est cõtractus: ita vt seruetur ibi iustitia respectu vtriusq3 finis: scilicet ꝙ vnus habeat tantum vnam: et econuerso.

F ¶ Si tamen cõtingeret casus per bellum: vel cladem: vel pestem: ꝙ multitudo virorũ caderet: et multitudo mulierum remaneret: posset tunc bigamia esse licita considerando precise iustitiam ex parte commutantium: et deberent ex parte sua velle sic commutare mulieres cum viris plus pro minori quãtum ad secũdũ finem: licet pro equali quantum ad primum finem nec deficeret ibi nisi completio iustitie que est ex approbatione diuina: que forte tunc fieret et ecclesie specialiter reuelaretur.

Ad argumenta. ¶ Ad primum dico sicut dictum est supra distinct. xvij. ꝙ aliquid est de lege nature dupliciter. s. primo qđ est verũ practicum simpliciter notum lumine rationis naturalis: et ita potissimum gradum tenet principium practicum notum ex terminis. Secundum gradum tenet conclusio demonstrata ex talibus principiis. Secundario autem est de lege nature qđ regulariter consonum est legi nature primo modo dicte. Circa primum nulla cadit dispensatio: et ideo eius oppositum semper videtur esse peccatum. Circa secundum in casu cadit dispensatio in quo cõmuniter oppositum videtur cõsonum legi nature: et p̄cise isto secundo modo est monogamia

de lege nature: et bigamia contra illam: et sic concedo probationes illas Gen. ij. et glo. Gen. iiij. Nec sequitur tamen ex hoc q in casu oppositum non possit esse licitum: immo in casu est necessarium precipue considerando iustitiam ex parte cōmutationis et cōmutantium: quando propter necessitatem recta ratio dictat illo modo debere cōmutationem fieri: et quando preceptum diuinum adest. Uerūtamen de Lamech absolute ꝯcedi potest q peccauit mortaliter. quia cōtra legem nature: licet secundo modo et non in casu in quo recta ratio dictaret illam legem reuocandam: nec superior dispensauit: imo fuit oppositū vtriusqz. ¶ Ad secundum dico q nunq̄ fuit ex parte iustitie inter cōmutantes sic cōmutare vt minus eueniret finis principalior: et magis eueniret finis minus principalis: qz finis principalis est magis intendendus: sed diuitia magis eēt ad finem minus principalem: et multo minus ad finem principaliorem: quia eadem mulier infra idem tempus a pluribus viris impregnari nō posset. ¶ Ad argumentum in oppositum: licet de aliquibus sanctis patribus presumatur q in contrahendo bigamiam non peccauerint: quia vtraqz ratio cōtrahendi ibi concurrit. s. necessitas propter quā iuste erat

H sic contrahendum: et auctoritas diuina approbans et precipiens. Tamen si aliqui sine istis causis vel altera earum contraxerint non est mihi inconueniens q mortaliter peccauerint: qz non reputo eos fuisse tunc confirmatos.

Quæstio Secunda.

Ad secundum arguitur q sic: quia sm Hierony. in epistola ad Oceanum. et ponitur dist. xxvj. cap. j. Unius vxoris virum. i. monogamum post baptismum. Si ante baptismum coniugem habuit que habuit virum nō imputatur ei cui prorsus nouo nec stupra nec alia que ante fuerant obsunt. ¶ Preterea. dist. l. habetur. Si quis viduam. et hoc in glo. q si ante baptismū occidit post baptismum potest promoueri. ergo a simili de bigamia ante baptismum. ¶ Contra. August. super epistolam ad Titum. et ponitur distin. xxvj. ca. ij. acutius intelligunt qui nec eum qui cathecumin9 vel paganus ante baptismum habuit vnam: et post baptismum aliam ordinandum censuerunt. ¶ Preterea. ibidem. c. vna tm̄. et est Ambro. de offi. ante baptisma iterata coniugia prerogatiue ordinationis impedimēta generant.

Hic sunt duo vidēda. Primo quid tenendum. Secundo ꝑpter quā causam. ¶ De primo concordant omnes q bigamus siue ante baptismum siue post est irregularis. sicut habetur expresse per. c. al

A legata ad oppositum. homicida tamen ante baptismū post baptismum non est irregularis. sicut habetur expresse in glo. dist. l. Si quis viduam. vbi glo. super illud verbum. Post baptismum. arguit a cōtrario sensu. ergo si ante baptismum conscius est homicidij nō

Hen. q̄. 6. q. 20. obest. Q8 autem dicitur ab aliquibus nullū posse cōtrahere irregularitatem ante baptismum cuius ratio nem assignant: quia tunc non potest aliqd habere priuationem quando non est natum habere habitum: sicut catulus ante nonam diem non potest esse cecus. is ante baptismum non est homo capax ordinis. ꝓbatur extra de presbytero non baptizato. c. si quidē presbyter non fuerit baptizatus baptizetur: et postea ordinetur. Ex quo patet q nihil recepit prius quando videbatur ordinari sacerdos. nam si recepisset ordinē non esset postea reordinandus: sicut habetur extra de cleri co per saltum promoto. vbi dicitur q recipiens ordinem posteriorem sine priori: recipiat postea ordinem pretermissum non iterando posteriore prius receptū.

Ca. vnico

¶ Sed hec ratio non valet: qz et si priuatio non possit inesse alicui nisi quādo natū est habere habitū: tamen impedimētum habēdi habitum ꝓ tempore quo deberet īesse potest precedere tempus habēdi habitū: sicut patet in exemplo adducto: quia catulus ante nonam diē potest habere aliquod impedimētum ne habeat visum tempore quo sibi cōpeteret. ¶ Irregularitas autē nō est priuatio ꝓprie eius q8 est habere ordines: sed magis inordinatum vt nō intelligatur negatiue sed priuatiue: sed magis impedimētū ne quis sit capax ordinis pro tempore quo sibi competeret. ergo potest esse ante baptismum. Esto etiam q priuatio

B non possit inesse tamen causa priuationis potest inesse quando habitus non est natus inesse: et ita hec irregularitas. que est causa priuandi vel carēdi ordine ꝓ tempore congruo.

De secūdo aliud est loqui de causa cōgruitatis: et de causa necessitatis. nā causa quare congruit bigamū arceri ab ordinibus sacris: vna communiter poniꝰ ab omnibus defectus sacramēti: quā tangit Augu. dist. xxvj. c. xj. acutius. et Ambro. ibidem. c. vna. Et arguiꝰ sic. Sacerdos tāq̄ christi vicarius in ecclesia representās ꝑsonam christi non debet habere aliquid repugnās christo in cōparatione christi ad ecclesiā et econuerso. nunc autē christus est vnicus sponsus vnius ecclesie: et ecclia est vnica sponsa vnici sponsi christi. ergo habens oppositū huius nō recte significat vel representat christum in ecclesia: sed bigamus qui habuit duas vel vnam que fuit duorum habet aliquid repugnans isti cōiunctioni christi et ecclie. ergo.

Vis tho. et ri. et alios di. 27. huiꝰ

¶ Sed querendo causam necessitatis ꝑpter quā iste necessario excludiꝰ ab ordinibus? Est duplex opinio. vna quia per baptismum deletur peccatum et sequela peccati proprie. bigamia autem nec est peccatū nec ꝓprie sequela peccati. Et per hoc respondetur ad illud de homicidio cōmisso ante baptismum: quia non est simile. illud enim est sequela peccati vel peccatum maxime si peccet in occidēdo. ¶ Sed quid si occidat iuste sicut iudex. ergo illud homicidium non deletur quantum ad irregularitatem. ¶ Hoc concedit vnus glosator et irrationabiliter: quia tunc esset melior conditio peccantis q̄ non peccātis in simili actu. Alij dicunt q istud homicidiū est peccatum hoc modo. quia esset peccatum nisi esset per circūstātias aliquas excusatum. ideo ex se non exit genus actus peccati. ¶ Si queritur. quare ergo baptismus nō tollit penas istius mortalitatis qui sequitur peccatum mortale vel originale? ¶ Rñdeꝰ: quia non sunt seq̄la peccati ꝑpria. Stat igitur tota ratio in hoc q baptismus delet om̄e peccatum proprium: et q8 natum est esse peccatum ex genere actus nisi circūstātie impedirēt: et sequelas ad istud: non autem tollit q neutro modo est peccatum ꝑprium vel sequela: et sic est bigamia. ¶ Cōtra hoc. esto q bigamus peccet in bigamia: puta in contrahēdo illicite sequeretur cum ille cōtractus sit peccatum vel annexū peccato q deleretur. ¶ Preterea. Augu. in illo. c. acutius. Femina si cathecumia vitiata est nō potest post baptismum inter dei virgines consecrari. et tamen possibile est illam corruptionem ante baptismum fuisse peccatum. ergo non deletur per baptismū quantum ad penas proprias correspondentes sibi. ¶ Preterea. si ex ista causa esset necessario irregularitas in bigamia: quia. s. non est peccatum nec sequela: ecclesia nō posset istam irregularitatem tollere: qz

Bart. bri. in decre. dist. 26. sup. ca. deinde.

Basianus glosator et vt notaꝰ in decre. dis. 50. sup. ca. sup viduā sup illo verbo pꝰ baptis.

non potest tribuere bigamie ꝙ sit ex se peccatum vel sequela peccati. ¶ Alia opinio dicit ꝙ sicut aliqua est infamia consequens actum ex natura actus. aliqua consequēs actum precise ex statuto ecclesie: et primam non potest ecclesia nec sacramentum ecclesie tollere puta baptismus. Secundā potest. ita et de irregularitate: nunc autem bigamia non ex statuto ecclesie: sed ex defectu significationis inducit irregularitatem: quia bigamus non representat christum vt est sponsus ecclesie quomodo sacerdos debet representare: vel saltem non habere aliquid repugnās illi representationi. homicidium autem non inducit irregularitatem nisi ex statuto ecclesie: ideo per sacramentum primum ecclesie. s. baptismum tollitur: et aliud non. ¶ Cōtra. si irregularitas bigamie eēt ex aliquo prio ri ꝙ̄ ex statuto ecclesie: ecclesia non posset ibi dispensare. Cuius oppositum habetur distin. xxxiiij. Lector. vbi papa Martinus concedit lectorem qui duxit viduam posse in subdiaconum promoueri: sed nō vltra. Sed glosa dicit ibi ꝙ papa dispensat. ¶ Cōtra. Apostolum. j. Thimo. Unius vxoris virum ꝛc. Et dicit Innocen. tenere contrarium: quia non licet dispensare cum bigamo: vt hic extra de bigamis Nuper. Et ꝙ Martinus hic dicit idem dicitur. dist. l. Si quis viduam. Lucius tamen dispensauit cum Panormitano episcopo qui fuit bigamus. Sed quedam glo. ista cōcordat. s. ꝙ in primitiua ecclesia subdiaconatus nō erat ordo sacer: et ideo Martinus cōcedit bigamum fieri subdiaconum: sed non vltra ascendere. Dispensationem cōtra glosam istam cuiusdam qui dicebatur Nicolaus furiosus. habent aliqui libri dist. l. Quicquid sit hoc saltem tenet ecclesia. s. nec ad diaconatū nec ad sacerdotium cum bigamo dispensari licet. Nec factum Lucij quantum ad episcopum Panormitanum reprobatur in hoc quasi fecerit aliquid qđ facere non potuerit: sed ꝙ hoc non decuit nisi ex magna causa. ¶ Dico ergo ꝙ causa irregularitatis nō est nisi ex statuto ecclesie. Sed quare regulariter illa pena de homicidio perpetrato remittitur in baptismo: et hec que ex statuto ecclesie sequitur bigamiam non remittitur: causa non est nisi statutum ecclesie volentis istam penam remitti et non illam. Ista autem ordinatio ecclesie rationabilis est ex hoc ꝙ iste homicida nō est inhabilis ad ordines nisi propter horrorē sanguinis effusi propter quem horrorem Dauid fuit prohibitus edificare templum domino. ij. Regum. Iste autē horror tollitur in baptismo: quia presupponitur ꝙ de lupo factus sit agnus. Sicut et Paulus ante baptismum persecutor post baptismum factus est ouis et pastor. Cum igitur in baptismo cesset causa illius inhabilitatis debet cessare etiam effectus: sed causa inhabilitatis in bigamo ad ordines nō cessat in baptismo: quia semper remanet defectus sacramēti. i. significationis que requiritur in sacerdote representāte personam christi in comparatione ad ecclesiam: ideo nec ibi tollitur effectus nisi postea per specialem dispensationem. ¶ Ad argumenta ad primum. vel Hieronymus negatur sicut communiter canoniste negāt eum tenentes Augustinū. vel potest exponi. Crimina non obsunt quantum ad gratiam recipiendam. obsunt tamen quantum ad gradum dignitatis in ecclesia habēdum. hec autem distinctio accipitur ex illo. c. Ambrosyna. ¶ Ad secundum non est simile de irregularitate ista et illa. cuius causa dicta est in solutione questionis.

Nico. furi. vt notat i dec. dis. 50.

Sup. c. q. 2.

Cap. 3.

Ber. ext. de biga. sup c. sup eo.

Re. 7.

Questio Tertia.

De repudio. Quæro vtrum in lege mosayca fuerit licitum repudiare vxorem? Q. sic. Deutero. xxiiij. Si acceperit homo vxorem et non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam feditatem scribet ei libellū repudij et dabit in manu eius ꝛ dimittet eam de domo sua. ¶ Preterea. Malach. ij. Cum odio habueris vxorem dimitte eam dicit dominus deus israel. ¶ Preterea. extra de regu. iuris. per quas causas aliquid nascitur per easdem dissoluitur: sed matrimonium nascitur per cōsensum mutuum. ergo dissolui pōt per dissensum mutuum. ¶ Preterea. dist. xxxiiij. si cuius. Si in clericatu marito constituto vxor adulterauit dato repudio eam dimittere debet. ergo repudium vxoris est licitum etiam in lege euangelica. ¶ Contra. quia videtur esse contra legem nature quā promulgauit adā. Gen. ij. Adherebit homo vxori sue. ex qua christus concludit. qđ ergo deus cōiunxit homo non separet. ¶ Preterea. cōtractus matrimonij est essentialiter datio potestatis proprij corporis alteri irreuocabiliter pro potestate corporis illius alterius. ergo nulla accommodatio vel datio ad tempus potest esse matrimonium: sed si repudium licet: talis contractus non est nisi ad tēpus: quia si perpetuo fuisset. ergo repudiata maneret vxor: et tunc illicite dimitteretur. sequitur ergo ꝙ si repudium fuit licitum in lege mosayca: ꝙ ibi nullum fuit matrimonium. ¶ Preterea. nunꝙ̄ licuit mulieri repudiare virum. ergo nec econuerso cum quantum ad ea que sunt coniugij ad paria iudicentur.

Hic dicitur ꝙ repudiatio vxoris etiā in lege mosayca fuit illicita: quod probatur primo auctoritate christi reprobantis illam. Matth. xix. Dico vobis ꝙ quicūꝙ dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis mechatur: et q̄ duxerit dimissam mechatur. ¶ Probatur hoc etiam per ratiōem quā christus pro se adducit que est talis. a principio coniunxit deus masculum et feminam contractu matrimonij: vt patet ex verbo Ade. et infert christus. ergo quod deus coniunxit homo non separet. ¶ Probatur tertio ex responsione Christi ad. q. phariseorū. cum enim obijcerent. cur ergo mandauit Moyses dare libellum repudij et dimittere: ait illis. Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit dimittere vxores vestras: hoc autem ab initio non fuit sic. et glos. interli. super illud. Permisit Moyses non deus. et dicit glos. ꝙ fuit consilium hominis non dei imperium. et magister. ij. capitu. huius distinc. hoc fuit a Moyse permissum non vt concederetur diuortium: sed vt tolleretur homicidium. Et Augustinus in libro de sermone domini in monte. non qui precepit dari libellum repudij: hoc precepit vt vxor dimittatur: sed qui dimiserit inquit det libellum repudij; vt iracundiam temerariam eijciendi vxorem libelli cogitatio temperasset. qđ intelligi potest eo modo quo Ambro. precepit Theodosio. nāꝙ propter quandam crudelitatem ex precepto eius impetuoso perpetratam voluit Ambrosiꝰ. vt ipse legem conderet ne quis minister precepta eius crudelia infra triginta dies exequeretur: si forte infra tempus illud ira eius quiesceret et sententiam temperaret. Et subdit Augustinus vbi prius. qui prius dimittendi quesiuit morā significauit quantum potuit duris hominibus se nolle dissidium. ¶ Preterea. extra de diuor. repudiū vxoris fitres in

Ri. pri. ar. 3. q. 1.

euangelio reprobauit. ¶ Alia opinio dicit q datio libelli ꝛ repudiatio vxoris licita fuit pro tempore legis moysi: quia moyses promulgauit legem dei. ꝛ ideo q̃s ipse coniunxit vt legislator ꝛ pronunciauit ꝛ deus cõiūxit. ꝛ q̃s separauit de⁹ separauit. de⁹ aūt põt separare matrimonialiter coniunctos. ¶ Preterea. ſm Augus. in epistola. j. ad Hiero. ꝛ ponitur in can. dist. ix. Si ad sanctas scripturas admissa fuerint officiosa mēdacia qd: in eis remanebit auctoritatis? quasi dicat nihil. ꝛ rõ ē: q2 quecunq auctoritas adducatur ad repellenduz heresim: rñdebit illud esse dictum mendaciter iocose: sicut ꝛ illud alibi. ergo a simili in scriptura nulla auctoritas preceptiua auctoritatem habebit ꝛ consimiliter de consilijs si aliquod cõsilium datum in scriptura nõ esset salubre vel vtilius ad seruãdum nulla esset auctoritas obseruatiõis in scriptura. ergo a simili si aliqua concessio sit in scriptura de aliquo illicito sicut ista: sequitur q nulla concessio simpliciter auctoritatem habeat q concessum sit licituz. ¶ Preterea. lex iusta nõ debet directe dare occasionem peccandi mortaliter: s3 ista concessio videbatur directe esse occasio iudeis dimittendi vxores: si enim hoc non fuisset scriptum non magis dimisissent. q̃ patres ante legem moysi. ergo vl hoc non erat peccatum mortale vel lex non erat iusta.

Ri. vbi. s.

A ¶ Modus conueniens quo ista opinio teneri posset est iste. completa iustitia non est in ista cõmutatione vl contractu matrimoniali nisi ex ratificatione diuina. l3 ante iam inueniatur illud quod sufficit ad iustitiaz ex parte cõmutatiõis ꝛ cõmutantiū ꝛ q̃cunq talis iustitia inueniri potest in cõmutatiõe rõnabile est deū ratificare eã. sed sicut cõmutatio corpis viri pro pluribus. corporibus mulierum est iusta q̃n talis cõmutatio est necessaria ad procreationem plis. ꝛ ideo tunc iuste deus dispensauit ꝛ approbauit bigamiam ꝓpter maius bonū prouentens q̃ esset ex alia parte cõmutando vnicum pro vnico. ꝛ cõmutantes deberent sic velle cõmutare ſm rectam rationem. ita in proposito ꝓpter mai⁹ malum vitandum q̃ sit bonum indissolubilitatis coniugij potest deus dispẽsare vt fiat contractus ad tẽpus donec mulier displiceat viro: ꝛ in hoc saluatur iustitia aliqualiter: quia non tantum propter maius bonum: consequendum. sed etiam ꝓpter maius malum vitandum debent partes velle sic cõmutare: maius autẽ malum est vxoricidium q̃ dissolubilitas: quia illud esset magnum malum pene vxoris interfecte. ꝛ graue maluʒ culpe interficientis: ꝛ esset malum toti reipublice: quia occasio continue discordie ꝛ pugne ꝓpter iram parentum vxoris ad interfectorem. ꝛ in hoc continua familie dissipatio: quia viro interfecto ab aduersarijs vel a lege destrueretur familia ei⁹ ꝛ educatio prolis. Sic ergo posset dici q sicut deus dispensauit in bigamia propter maius bonum: ita cum ista gente in repudio propter maius malum vitandum. ꝛ tunc ad illa que adducuntur pro prima opinione potest dici q christus promulgauit illud pro tempore legis sue. s. euangelice: ita q sicut ipse reduxit matrimonium eo modo quo institutum fuit in lege nature: vt. s. esset vnius cum vna: cū tamen in lege mosayca esset licita bigamia. ita etiaʒ reduxit matrimonium simpl'r perfectum. i. indissolubile pro lege sua sicut institutuz fuerat in lege nature. ꝛ ita

B irritat pro lege sua contractum illum qui licuit pro lege mosayca qui erat accommodatio corporum ad tempus ad procreationem prolis. quousq. s3 mulier esset gratiosa in oculis viri: sicut ꝛ multas alias iperfectiones licitas sub moyse euacuauit christus reducendo: ea que erant permansura ad perfectiones in lege sua. ¶ Ad probationem ergo christi patet q loquitur pro lege nature: et in hoc sufficienter refellit phariseos: q ipsi non obseruabant matrimonium sicut erat in lege nature et ostendebat se rationabiliter statuere inseparabilitatem pro lege sua. quia hoc consonum est prime institutioni in lege nature. ¶ Ad aliud de responsione christi ad phariseos. ad duritiam cordis vestri permisit: quod multi ponderant q fuerit tantum permissio non concessio. Dico q christus permisit. id est intelligit q moyses hoc non precepit nec consuluit nec approbauit: sed tanq ex quadam necessitate licitum: nõ prohibuit: nec hec est soluz permissio: sed dissimulatio cuiusdam illiciti. hoc enim nihil aliud est dicere / q̃ q moyses permiteret ire ad dãnationem: ꝛ non nunciaret eis q ista esset via damnationis: immo magis insinuaret eis oppositum: quod nullus iuste legislator potest etiam facere in legibus humanis que multa mala dimittunt inulta ſm Augustinum. j. de libero arbitr. et si enim legislator non puniat omne malum et ita permittit: quia non punit. tamen nullo modo in lege sua: illud concedit. Unde iniusta esset lex humana vl eius lator qui vel que scriberet aliquid quod esset contra illam legem.

S. bo. i pñ ti. d. ar. 3. q. 1. 2. 2.

C

¶ Quod autem additur ibi, ad duritiã cordis vestri. non concludit hoc esse illicitum: quia frequenter duritia subditorum est causa vt aliquid relaxetur eis quod alias esset eis vtile non relaxari si essent tractabiles. sicut prelatus videns collegium pronuʒ ad aliquid: cuius oppositum esset honestius et vtilius seruare. et si posset illud oppositum statuere vtiliter si subditi essent faciliter inclinabiles. potest tamen nõ statuere vel si statutum est relaxare vere potest: et hoc iuste ne stante illo ipsi multiplicius peccent.

¶ Ad illas glosas. prima videtur neganda: q2 moyses: vt legislator non erat nisi pco dei. Sed qui vult exponere illam potest dicere non deus. scilicet immediate precipiendo moysi inter alia precepta. Unde nunq̃ in quatuor primis libris legis inuenitur deum hoc pcepisse moysi: nec alij. ideo istud magis precise moysi est imputandum sicut omnia que sunt in Deuteronomij et non alibi q̃ illa que alibi locutus est deus: ad moysen. et hec ratio congrua: quia laxationes pertinentes ad industriam humanam deus non: ita voluit ponere in scriptura tãq̃ a se prolatas: sed sicut a seruis suis: vnde et subleuationem laboris moysi qui tota die sedebat ad iudicandum populum deus non per se immediate expressit: sed Jethro cognatus moysi tãq̃ ad humanam industriam pertinens expressit.

¶ Ad aliam glosam facile est respondere: quia nihil dicit contra opinionem istam: veruʒ est enim q nõ fuit dei preceptum dimittere: sed si dimitteret q daret libellum repudij: sed fuit consilium hominis non sicut hominis: sed sicut preconis legis diuine.

¶ Ad illud Augustini. concedo q ex mora illa quaʒ iniunxit in scribendo libellum insinuauit q absolute displicebat sibi dimissio illa. non solum. ergo tunc faciebat melius qui non dimittebat q̃ qui dimittebat: sed qui dimittebat faciebat male: sed non ita male q peccaret mortaliter contra matrimonium sicut fecisi si non fuisset licentiatus per legem.

¶ Ad istud de diuortijs patet in primo. verum est enĩ q Christus reprobauit pro tempore legis sue.

Jn so. 1. ar. gu. 1. op. 3.

Ad argumenta principalia. ¶ Ad primam partem ad primum patet ex solutione. ¶ Ad secundum concedo q matrimoniuz simpliciter est obligatio perpetua: s3 matrimoniū ſm q̃d põt esse obligatio ad aliquod tps licet nõ ꝑpetua: ꝛ sic concedo q in

lege mosayca non fuit aliquod matrimonium simpliciter nisi aliqui forte vltra perfectionem legis voluissent se obligare perpetuo: quod non oportebat inquantum contrahebant coniugium in illa lege. ¶ Uel posset dici ꝙ si tunc fuit matrimonium simpliciter: et ita obligatio indissolubilis verum est nisi legislator reuocaret vel dispensaret: dispensauit autem quando mulier nimis displicebat viro vt timeretur vxoricidiuz: sicut dictum est supra de matrimonio rato non consūato quod dissoluitur per religionis ingressum: ⁊ tamen fuit simpliciter matrimonium: non tantum accommodatio ad tempus: sed legislator dispensat in tali casu: ꝓpter maius bonum consequendum: hic autem propter maius malum vitandum. ¶ Ad illud non est simile: quia non est similis ratio dispensandi. non enī tantum timeretur si mulier odiret virum sicut econuerso quia ipse sexus cohibet a vindicta exteriori magis: ꝙ̄ virum. ¶ Qui vult tenere primam opinionem ad argumenta in oppositum potest faciliter respondere: ad illas auctoritates Deutero. et Malach. potest dici ꝙ sunt ꝑmissiones minoris mali: sed tamen peccati mortalis ne. scilicet grauius peccatum mortale eueniat.

¶ Ad secundum illa regula precise vera est de dissolubilibus cuiusmodi non est obligatio ista. posset etiam dici ad minorem ꝙ obligatio ista in nascitur ex voluntatibus contrahentium tanꝙ̄ ex causa instrumentali. principaliter aūt ex ordinatiōe diuina: ⁊ illa regula debet intelligi tantum de causis instrumentalibus. vnde ex causa principali concludit Christus Matth. xix. inseparabilitatem dicens. quos deus coniunxit homo non separet.

Nunc superest attendere &c. Distinctio. XXXIIII.

Circa istam. xxxiiii. dis. quero. Utrum impotentia ad actū carnalē īpediat mr̄imonium simpl'r: ꝙ nō: q̄a hoc nō ē nisi q̄a ꝯtrahēdo obligat se ad actum illum: sed hoc est falsuz q̄a pōt ꝯtrahere cū volūtate īcrādi statiz religionē. ¶ Pre. seq̄ret ꝙ senex esset ieprius ad contrahendum matrimonium. cuius oppositum tenet ecclesia que patitur talia coniugia. ¶ Preterea. maleficium non est impedimentum perpetuum. potest eniz per destructionem malefic̄ij maleficus curari: sed impotentia temporalis non impedit: ergo saltem impotētia per maleficium nō impedit matrimonium. ¶ Cōtra. xxxiij. q. j. si per sortiarias. Item extra de frigidis: et maleficiatis capitu. vlti. ⁊ capi. ꝙ sedem. qui impotētes sunt ad contrahendum matrimoniuz apti minime reputantur.

Hic prio de conclusione vidēdum est

in generali. Secundo de duplici impotētia in speciali.
A ¶ In gn̄ali oīs ipotētia simpl'r ⁊ ꝑpetua cui. s. subueniri nō pōt ꝑ nām vel artē si ꝑcedat matrimoniū simpliciť īpedit ꝯtrahendū ⁊ dirimit iā ꝯtractū. ⁊ ad hoc est triplex rō ex natura istius ꝯtractus. ꝑma q̄a iste cōtract⁹ est datio ptātis corporū ad talē actū si petať: sz iste nō hz ptātē ad talē actū. ergo nihil tale pōt dare: ⁊ ita nec ꝯtrahere. ¶ Pre. in ꝯtractu isto obligat se ad actū istū si petať: sz hmōi act⁹ ē sibi ipōľis etiā si petať. ergo obligat se ad ipoľe: obligatio aūt ad ipoľe ē nulla: ex lege diuina. ergo lex diuina nō approbat talē obligationem. ergo nulla est. ¶ Pre. alia persona intēdit cōmutare ptātem sui corporis ꝓ potestate corporis alterius. ergo credit alium econuerso posse cōmutare: sz non pōt. ergo hic est error pertinens ad aliquid qđ est per se requisitum ad contractum: talis aūt error facit contractum nullum: sicut dictum est supra dis. xxx. q. j.

¶ Si autem talis impotentia seq̄tur matrimoniū cōsumatū non dirimit: q̄a iam potestas est tradita vere. et ille cui fuit tradita missus fuit in possessionem. ergo non potest reuocari per aliquod impedimentū superueniens. si autem tale impedimentum veniat inter matrimonium ratum ⁊ consumatū. dubiū est an dirimat. 33. q. j. ꝑmū ca. videť dicere partē affirmatiuā coniugium confirmatur officio. ⁊ sequitur post anteꝙ̄ confirmeť impossibilitas offic̄ij soluit vinculum. ¶ Contrariuz vr̄ quia iam data est potestas: ⁊ si impedimentū visus accidat nō ꝓpter hoc rescindi pōt datio prior licet difficile esset iudicare si non ꝑcederet ratum an ꝑcederet consumatum nisi forte esset ablatio alicuius ptis necessarie ad actum illum tp̄e illo interuenienis. ¶ De secundo duplex est impotentia in genere. naturalis ⁊ casualis. naturalis in viro est frigiditas vel mutilatio partis necessarie: in muliere artatio. casualis est per malefic̄ij impossibilitas prima satis patet. scđa fit per malignos sp̄ūs qui hn̄tes pactiones cum hominibus seruant ꝓmissa. non q2 veraces: sed vt alij eis adhereant. quia si nulla pacta seruarent nulli eis seruirent: ⁊ vt illi q̄bus seruant promissa eos colant. nam ex superbia sua precipue appetunt honores diuinos. deus etiam permittit eos exercere potestatē suā ad impediendum aliq̄s ab aliquibus actibus in quos possent si non essent ipediti: ⁊ hoc vel ꝓpter peccata eoruz vel propter aliquā aliam causam occultam. Et hoc modo maga habens pactum cum demone procurat ab eo vt istum impediat a tali actu cuz tali muliere ꝙ̄diu tale maleficium ꝑseuerat: puta acus curuata ab aliqua hmōi. ¶ Quod igitur est remedium contra istud impedimentum ꝑ demonem? ¶ Respondeo. si per orationes sanctoru impediatur virtus demonis bene fit. si tamen deus illas non exaudiat: tunc si sciretur maleficium ⁊ destrueretur demon non fatigaret eum amplius: quia ex pacto nō assistit nisi dum durat aliquod signum. ¶ Et ex hoc patet ꝙ trufatica est illa questio an liceat tollere maleficium intentione curandi maleficiatum. non enim solum licet. sed est meritoriū destruere opera diaboli. nec in hoc est aliqua infidelitas: quia destruens non acq̄escit operibus malignis: sed credit demonē posse ⁊ velle fatigare dum tale signum durat: ⁊ destructio talis signi imponet finem tali vexationi. ¶ De istis duobus impedimentis ad propositum dico ꝙ in aliquo sunt similia et in aliquo dissimilia. similia quia impediunt cōtrahendum ⁊ dirimunt iam contractum respectu illi⁹ persone respectu cuius sunt ista impedimenta. quod ꝓ tanto additur: quia non tantum casuale sed etiam naturale impedimentum potest esse respectu vnius ꝑsone ⁊ non respectu alterius: maxime de naturali in muliere. Sed post diuortium est duplex differētia: vna ꝙ habens impedimentum casuale licet contrahere. et si post contractum carnaliter copuletur secunde non debet reddi priori: quia maleficiatus respectu vnius nō: propter hoc est maleficiatus respectu omnium. sic enī est maleficiatus sicut ministri diaboli procurant euz ꝑ maleficium diaboli: sicut aliqua magna vir istum ꝑpetuo impediri respectu istius non tamen respectu alterius: puta si nollet ꝙ istam duceret sed se vel aliam. alť autem. s. habens impedimentum naturale perpetuum ⁊ hoc respectu cuiuslibet debet manere sine spe coniugij. ⁊ tutum esset sibi intrare religionez: quia si post cōtrahat de facto ⁊ carnaliter copuletur: cogetur redire

ad priorem. quia apparet sententiam diuortij processis se ex errore: et ita nullum fuisse coram deo. ⁊ matrimonium primum verum fuisse: quia impedimẽtum quod putabatur perpetuum non erat. ¶ Sed quomodo innotescit perpetuitas istius impedimẽti. habetur extra de frigidis laudabilem. debet enim per triennium cõmorari ⁊ dare operam illi actui: si autem postea reclamant debent iurare cum septima manu. i. vir et vxor de scientia. ⁊ septem vicini proximi de fidelitate: si vir reclamat accusationi vxoris creditur viro qui caput ẽ mulieris. ibidem. capit. j. Si vir accusat incumbit sibi probatio modo predicto. ¶ Sed qualiter cognoscet

F differentia istius ⁊ illius impedimenti? ¶ Respõdeo difficile est videre nisi per inspectionem corporis. si deficiat aliqua dispositio necessaria requisita in parte illa ad istum actum vel per iudicium medicorum quantũ ad frigiditatez si aliqua signa manifeste ostendant ipsum esse talis complexionis. Si vero nec sic nec sic. et tamen simpliciter impeditur presumendũ est ꝙ sit maleficium.

Ad argumẽta. Ad primum cõcedo ꝙ obligat se ad actum si petatur saltem pro aliquo tẽpore determinato: sed infra aliquod tempus nõ opz reddere illum actum si velit intrare religionem. iste autez non potest obligare se ad actum pro quocunqꝫ tempore si est perpetuum impedimentum: quia vt dictum est in principio solutionis sola impedimenta perpetua impediunt. ⁊ habetur in titu. isto. c. fraternitatis. ¶ Ad secundum si senex esset omnino impotens: dicerem ꝙ

G non contraheret matrimonium: licet aliqua posset cõsentire in eum ad cohabitandum sicut frater et soror. ⁊ ita forte multe magis desponsant diuitias ꝙ personas. ¶ Ad tertium patet ex dictis. quia si maleficium est temporale non impedit nisi temporaliter. presumitur autem perpetuum si per triẽnium perseuerat.

Hoc etiam notandum est & cætera.

Distinctio. XXXV.

Circa istam. xxxv. dist. quero. Utrum adulterium cũ aliqua viuente viro impediat matrimonium cum eadẽ post mortem illius viri? ꝙ non. ij. Reg. Dauid adulteratus est cum bersabe: ⁊ post interfecto vria contraxit cum ea matrimonium. ¶ Preterea. Augusti-

Ca.ii. nus de nup. et concu. et ponitur in litera. potest fieri cõiugium cum qua precessit adulteriũ. ¶ Contra. xxxj. q. j. illud vero. ⁊ c. relatum.

Respondeo tria sunt crimina quæ coniuncta vel separata videntur facere difficultatem circa matrimonium contrahendum: sunt autem crimina

A illa contractus cum persona coniugata: adulterium: machinatio in mortem coniugis legitimi: fidei datio ipsi adultere: vel contractus de facto cum ea vel pmissio cum iuramento: quia hec tria vltima ad propositũ pro eodem reputantur. de duobus primis patet extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit p adulterium capi. vltimo. ¶ De tertio. s. pmissione cum iuramento an valeat. hr̃ extra de his que metu vel vi fiunt. ad aures. ¶ De his tribus dico ꝙ vltimuz per se nõ impedit matrimonium contrahendum post mortẽ

B viri: sicut habetur extra de eo. c. vlti. Si qs vxore viuẽte fide data promiserat se aliã ducturũ vel cum ipã de facto vel contraxerit si nihil aliud fuerit: non est mrĩmonium quod cum ea contraxit post vxoris obitũ dirimendum. Tertium cũ primo simplr̃ impedit ⁊ dirimit. ibidem in eodem. c. seqtur enim ibi. Tollerari nõ debet si prius vel postea dum vixit vxor illius illã adulterio polluisset. ⁊ refertur prius ⁊ post ad fidei dationem. hoc autem intelligendum est qñ ambo sunt conscij ꝙ actus ille est adulteriũ: si enim vir tantum sit cõscius ⁊ mulier inscia. puta qr nescit eum habere aliam tunc si vir postea contrahat cum illa ad petitionẽ viri non est diuortium celebrandũ: sicut habetur titu. e. c. j.

C ¶ Sed quid si persona prius nescia postꝙ scit impedimentum petat diuortium? videtur celebrandũ ex eodem. c. et hoc argumento a contrario sensu. habetur. n. ibi in textu. ꝙ si mulier diuortium non petat non sunt separandi. ex quo innuit ꝙ si ipsa petat sunt separãdi. ¶ Sed hic est dubium: quia talis contractus cũ muliere inscia: vel est matrimonium vel non. si sic nõ debet dirimi ad petitionem mulieris. si nõ: debet fieri diuortium ad petitionem viri: qr non potest simul stare: cum non sint vir ⁊ vxor. ¶ Respondeo. non est matrimonium: quia mulier consentit in eum tanꝙ impotẽtem. contrahere. ipse autem ex parte sui non est talis q̃lem eum credidit. ⁊ tunc cum dicitur ꝙ non possunt simul stare concedo ꝙ ille non potest eam matrimonialiter tractare: quia ex parte eius fornicatio est: sed illa potest sibi matrimonialiter copulari: quia ignorantia inuincibilis excusat eam. ¶ Sed esto ꝙ mulier intelligens impedimentum non petit diuortium: non est diuortium celebrandum: ſm illud. ca. igitur debent simlr̃ stare: ⁊ non in coniugio: quia parte contractus nõ fuit contractus matrimonij. igitur aliqui debent simlr̃ stare fornicarie ſm illam sententiã. ¶ Respondeo. si mulier sciens impedimentum consentiat in matrimoniũ: vir cogendus est vt consentiat in penaz peccati sui: qr scienter decepit insciam: et ita erit matrimonium nouum ex nouo consensu ⁊ ista sententia est valde iusta: vt decipiens insciam in hoc quod est dare potestatem corporis sui: qui tamen non intendit dare vel non põt cogatur postea veraciter implere quod prius fecit dolose. ¶ Sed dices. nunqd virtute primi consensus nõ poterant simul stare? ⁊ esto ꝙ inscia consentiat in quolibet actu coniugaliter ⁊ iste sciẽs ꝙ illa vult esse vxor eius consentit de nouo in eam non exprimendo sibi ĩpedimentum: quia forte ex hoc generaretur odiũ nunquid possunt stare? ¶ Respondeo. primus consensus non fuit matrimonialis: et ideo nullus actus potest esse licitus in virtute illius consensus. ⁊ ideo ad hoc ꝙ sint coniuges requiritur nouus consensus. ¶ Et tunc ad secundum dico: ꝙ si impedimentum non exprimatur persone inscie ipsa in copula carnali sequente non consentit nouo consensu: sed solum redit in virtute p̃mi cõsensus qui nullus fuit: ⁊ ideo licet persona sciẽs de nouo consentiat: non tamen sufficit. hoc expresse dicit glo. super illud. capitu. in primo consensu qui nullꝰ fuit intelligitur perdurare sicut probatur de seruo qui creditur liber cum quo contrahitur si post manumittitur vxore ignorantie non contrahitur matrimonium: quia post manumissionẽ factã manẽdo cũ eo semp intelligit approbare consensum p̃mũ: qui fuit erroneus ⁊ non matrimonium. ¶ Aliter posset dici ꝙ si illa inscia fuit ducta viuente prima vxore ducentis legitima vera est sñia ista: ⁊ in isto casu loquitur glo. qr iste ẽ casus textus. ꝙ vir q̃dã vxorẽ hñs sibi aliã huius rei insciam copulauit: sed prima mortua nititur recedere a secunda: ⁊ sic accepit secũdã viuẽte prio ⁊ tũc q̃dem verũ est ꝙ nullus erat ꝯtractus: qr ipse fuit ligatus alteri. lz ista crederet eum liberum a matrimonio. ¶ Sz si sola duo. s. fidei ⁊ datio ⁊ adulterium cum inscia cõ-

iugata fierent et post mortem viri eius: et etiam vxoris alterius adulteri illi duceret istam. quid iuris? Videt ex isto.c.q simpliciter est matrimonium: etiam si nunquam exprimatur persone iscie defectus ille: nec ipse post expressionem defectus de nouo consentiat. et ratio est: quia ex isto.ca.colligitur q ecclesia non simpliciter illegitimauit personas illas propter illa duo concurrentia: sed secundum quid.s. si persona decepta reclamet: sed prima sententia videtur certior: quia si post sciat impedimentū et reclamet fiet diuortium.ex isto.c.igitur prius non fuit verum matrimonium verum. ¶ Tertio

E dico q siue primum concurrat cum secūdo siue tertio et impedit et dirimit.sicut patet extra de conuer.infidelium.laudabilem.immo solum secundum videtur impedire ex illo.cap.et loquitur ibi de sarracenis: qui dum essent in captiuitate quarundam christianarū viros eorum suis insidijs et machinationibus occiderūt.et sententiat ecclesia q si post per ipsas ad fidem christianā accesserint et cum eis adheserunt supple i matrimonio non sunt tollerandi: cum tale dānū tali lucro ecclesia compensare non velit.hic non tangitur de adulterio: sarraceni cum xpiana nec de fidei datione.sed tantum de machinatione in morte legitimi viri. et adhuc conscia vxore: nec glo.addit ibi ad casum istū fidei dationem vel adulteriū: sed ista machinatio debet intelligi: cum effectu vt simul sit effectus et effectus: sicut glosa super illo verbo procurauerunt. ¶ Sed quid si nō cōscia vxore iste solus occidit maritum: nunquid pōt ducere istam? ¶ Respondeo cap.j.si fiat sine intentione ducendi eam. puta si in bello iusto occidit eum nō ad hoc vt ducat illam. non habetur expsse quin possit eā postea ducere: dum tamen mulier non sit conscia: quia in casu iusti belli dicit.ca. illud q cum tales supple mulieres non procurauerint virorum interitum defūctorum matrimoniū inter huiusmodi psonas.s. iterfectorē et vxorē interfecti licite pōt ptrahi. et pbat per locū a simili vel a minori: q si vir nō consentit mortē legitimi viri: sed vxor eū occidit pōt post ab alio huius criminis iscio duci.xxxiij.q.ij. Interfectores. ¶ Hoc ēt

F confirmatur per illud extra de sponsalibus.cum apud cum prohibitorium sit edictum de matrimonio cōtrahendo quicunque non prohibetur per consequens admittitur. ¶ Sed esto mulier primo ignara post audita interfectione viri ratum habet. nunquid impedit? videt q sic.qa in maleficijs ratihabitio retrotrahit et mandato comparatur. ¶ Oppositum tamen tenet glo.c.pdicto. Laudabile.in fine.propter illud.c. nunc adductū cū apud.et ex eodem.c.cum apud.potest cōcludi q simplex promissio non equiualet alicui illorum triū enūeratorum in tertio membro.nec igitur nuda sponsalia: sic igitur patet q istorum trium tertium solum nunquam

G impedit: ita q dirimat primum etiam solum nunquam impedit. sicut patet per auctoritatem Augustini adductā in arguendo.secundum quandoque impedit et quandoque non.sed semper quando est cum tertio impedit.

De reg. iuris in.6.

¶ Sed nunquid semp quando est cū primo? ¶ Respondeo supra titu.isto cap.significasti. Tertium cum primo semper impedit. et ratio tota est ordinatio ecclesie: quia iste est primus casus ad hoc tactus ibi impeditur contractus ex statuto ecclesie precise illegitimātis personas ad contrahendum. Sed ratio inducēs ecclesiam ad sic ordinandum est repressio adulterij et homicidij que frequenter acciderent si tales persone possent legitime contrahere.

Ad argumenta. Ad primum patet q lex ista non fuit statuta pro tempore illo. iustius tamē fecisset si eam lapidasset. ¶ Et si dicas non: quia seipsum tunc lapidasset: quia fuit socius in crimie. ¶ Contra. quia vel non excusas eū per hoc. vel oportet te dicere q socius in crimine non tenetur ad eandem penā publicam inferendam ad quam teneretur si non eēt socius. Si autem excusas eum de non puniendo illā p hoc q remisit sibi illam penā legis: hoc non habem⁹ ex scriptura: sed quia fuit peccatum priuatum. et ideo non debuit illud punire pena publica: et hec videtur rationabilior responsio. et tunc q accepit eam in vxorē post illa grauia peccata adulterij et homicidij illud vltimum non fuit impedimentum.

Nunc de conditione videamus &c. Distinctio. XXXVI.

Circa istam. xxxvi. dist. quero. Utrum seruitus impediat matrimonium? q sic nullus potest dare alienum: sed corpus serui ē domini. bm phylosophū iij.poli ticorum. ¶ Preterea. fauorabilior ē processio religionis q̄ matrimonium carnale: sed seruus non potest profiteri religionem sine voluntate dñi.igitur nec matrimonium contrahere. ¶ Contra.extra de coniu.seruo.c.j.

Hic sunt duo videnda. primo vnde inducta sit seruitus: et si iuste inducta.secundo ad propositum.

¶ De primo dico q de lege nature omnes nascuntur liberi. tamen seruitus vel magis proprie subiectio filialis ad patrem est de lege nature.puta obediētia filialis pertinens ad disciplinationē: quia bm phylosophum. viij.ethicorum.filius habet a patre esse et disciplinam.ista autem seruitus de qua loquimur secundum quam dominus potest vendere seruum sicut pecudem. de qua loquitur phylosophus primo politicorum.q seruus non potest exercere actus virtutis pro eo q oportet eum ad preceptum domini exercere act⁹ seruiles.ista non est inducta nisi aliqua lege positiua. ¶ Sed an iusta? Respondeo sicut dictum est dist.xv. quomodo inceperunt primo dominia esse iusta: ita dico q ista vilis seruitus non potest esse iuste inducta nisi dupliciter. vno modo quia aliquis voluntarie se subiecit tali seruituti: licet talis subiectio esset fatua: imo forte contra legem nature: q homo libertatem suā a se abdicet.postq̄ tamen facta est necesse est seruare: q hoc est iustū. Alio modo si aliquis iuste dominans cōmunitati videns aliquos ita vitiosos q libertas eorū nocet eis et reipublice pōt iuste punire eos pena seruitutis: sicut et iuste posset eos occidere in certis casibus propter bonum reipublice. ¶ Si dicas q est tertia cā seruitutis vtpote si captus in bello seruet: et sic seruatus a morte fiat seruus deputatus ad seruiendum.nō apparet manifeste iustitia hic.quia forte et si captor potuerit occidere captiuum si habuit bellum iustum defendendo se: non autem inuadendo: et hoc stante ptia cia ipsius ptra bellātē.tamē ex quo desinit esse pugnax q̄ est in voluntate ipsius iam captus inhumanū vt infligere sibi penam contra legē nature. non enim ē hec rō: q̄ in hoc casu nō remaneret iste rebellis nec abuteretur sua libertate sed forte fieret obediens et libertate sibi donata bene vteret. ¶ Si arguat cōtra pmum mēbrū.s.q huius nō ē ptra legē nature: q bm phlz.j. pollitico rū.pollēs mente debet pside re.pollens virib⁹ debz huire.aliqui sunt naturalr pollētes mente.q̄ nāliē ad dñm apti.aliqui minus prudētes mēte.et magis robusti corpore.ergo naturaliter debent esse serui.

A (margin, beside "scuntur liberi")
Ca.ij. (margin, beside "losophum")
Ca.ʒ. (margin, beside "cudem")

¶ Reſpondeo. hoc non eſt intelligẽdum de iſta ſeruitute extrema de qua loquimur: ſed tantum de ſeruitute pollitica qua inferior diſponitur a ſuperiore. non tamen ſicut inanimatum: ſed ſicut minus vigens mẽtez ordinatur per illum qui magis pollet mente. ¶ Si arguas contra ſecundum membruz. ꝙ illud quod eſt cõtra legem nature non poteſt fieri iuſtuz nec antiquitas temporis ratificat crimina ſed magꝫ condẽnat. omnis autez ſeruitus alia ab illis duobus caſibus eſt iniuſta

C et contra legem nature. igitur per nullam longinquitatem temporis videtur iuſtum ꝙ dominus diſetur talibus ſeruis. ¶ Reſpondeo. tactum eſt diſtin. xv. quõ ꝑ p̄ſcriptionem poteſt ius acquiri ſi concurrant cõditiones ille quas iura determinant. ſ. ꝙ iuſto titulo acquirat. ⁊ ſit bonefidei poſſeſſor: ⁊ ꝙ poſſederit ſine interruptione tẽporis a lege determinati: ſed illud extẽdit ſe ad poſſeſſiones: non autem ad ſeruitutem q̇a non ẽ eadem ratio in poſſidendo aurum ⁊ ſeruuum quantum ad legem nature, ⁊ ideo eſſet difficile ſeruare per p̄ſcriptionem iuſtitiam eſſe detinere tales ſeruos: niſi preſumatur ꝙ altero duorum modoruz fuerint facti ſerui a p̄n

Eph.6. cipio. ¶ Si obijcitur quare igitur apoſtolus precipit tales ſeruos obedire dominis ſuis. ¶ Reſpõdeo. talꝭ obligationes ſunt iniuſte ex parte illorum quibus fiunt: ⁊ tamen poſtq̄ꝫ facte fuerint ſeruande ſunt. Unde Apoſtolus oſtendens ſeruitutem ſecundum ſe non eẽ laudabilem: nec multo magis detentionez alicuius in ſeruitute ait: ſi ſeruus vocatus es: non ſit tibi cure. ſed

S.tho. p̄ſ ſi potes liber fieri magis vtere. liber tate

ri.di.q.2.

Th. vbi.ſ De ſecundo dicunt aliqui ꝙ ſeruus po

Ri. p̄ſ.di. teſt contrahere matrimoniuz inuito dño. ⁊ hoc ex iſto

ar.4.q.1. articulo primo. q̇a matrimoniũ eſt de lege nature: ſeruitus autem nõ eſt de lege nature: ſed magis cõtra. qđ autem eſt de lege nature non tollitur per aliud quod ẽ tantum de lege poſitiua. ¶ Alia ratio ponitur: qꝛ ſeruus non eſt ita ſui domini quin ſit ſui iuris quantũ ad actus naturales pertinentes ad conſeruationem indiuidui. patet quia poteſt vti neceſſarijs ad vitam. ergo a ſimili quantum ad actus pertinẽtes ad conſeruationem ſpeciei. conſequentia probatur: quia conſeruatio ſpeciei cum ſit maius bonum naturale q̄ꝫ conſeruatio

D indiuidui magis eſt de lege nature. ¶ Rationes iſte poſſent ſolui. prima quia obligatio que non eſt de lege nature: bene poteſt impedire aliquam libertatem que competit alicui ex lege nature. Exemplum. nam ex le

diſt. 26.33. ge nature nihil tibi debeo. tamen ſi voueo tibi obediẽ

2.17. tiam teneor tibi obedire. matrimonium etiam non eſt de lege nature niſi ſecundario: vt dictum eſt ſupra. ⁊ eque videtur de lege nature reddere vnicuiqꝫ quod ſuũ eſt: immo primario. igitur ex quo per obligationem ſeruus fecit ſe domini tenetur ei reddere ſuum. ⁊ abſtinere ab illo quod impedit talem redditionem: licet illud aliud impediens competeret ſibi non obligato ſecundario ſecundum legem nature. ¶ Secunda ratio nõ concludit: quia certum eſt ꝙ nõ omnis qui tenetur cõſeruare indiuiduuz tenetur multiplicare ſpẽm. ¶ Si dicas ꝙ ſaltem ita licet ſibi ꝙ illud licere non põt ſibi tolli per hominem. ¶ Uerum eſt in caſu neceſſitatis: in quo conſeruatio ſpeciei dependeret ab actu eius: ſꝫ quia multi non ſerui intendunt generationi etiam in lege xp̄iana: ideo non eſt neceſſarius ad conſeruationez ſpeciei actus iſtius pertinẽs ad hoc. et ideo per aliquã obligationem poteſt hoc ſibi precludi. ¶ Et cõfirmatur. quia ãte matrimonium tenetur domino ad certos actus. puta ad. a. b. c. ſi contrahat matrimonium obligatio illa erit ad aliquid incõpoſſibile ipſi. b. vel. c. igiꝭ illa obligatio ſequens non poteſt iuſte fieri: quia in illa tolliꝭ alienũ qđ nõ p̄t reddi poſt iſtã obligatiõez fcãz

Dico ergo quantum ad iſtum articu- E

lum ꝙ ſeruus de voluntate domini poteſt contrahere matrimonium. ⁊ ſi onus matrimonij ſit in aliquo repugnans ſeruitijs conſuetis dominus concedens ſibi cõtrahere relaxat ſibi implicite illa ſeruitia conſueta. Et ſi dominus poſtea reuocaret iſtam conceſſionez. vtpote ipſum totaliter impediendo a copula carnali. vł mittendo eum in partes longinquas: vel detinendo eum in laboribus: ita ꝙ non poſſet aliquando viſitare vxorem peccaret mortaliter. ⁊ in manifeſtis eſſet per eccleſiam corrigendus. ¶ Poteſt etiam contrahere domino inuito pro quanto habet aliq̇d iuris in corpore ſuo. non enim priuauit ſe quacunqꝫ libertate ad quoſcunqꝫ actus. ⁊ pro quanto corpus eius eſt ſuum poteſt cõmutare cum alio: quia ſi alius ſiue ſeruus / ſiue liber velit eſſe contentus illa modica poteſtate ſiue ad modicum vſum quem ſcit eum poſſe dare bene poteſt ſibijpſi preiudicare: ⁊ tenet commutatio. ¶ Ex hoc ſe F

quitur ꝙ ſeruus poteſt contrahere cum libera. dum tamen ipſa ſciat conditionem eius ⁊ conſentiat in eũ nõ obſtante tali conditione: quia tunc cõmutat poteſtatẽ ſui corporis pro illo modico quod habet ſeruus poteſtatis in ſuo corpore: ⁊ poteſt contrahere cum ancilla. ⁊ tunc videtur vtriqꝫ concedere id quod poteſt. ⁊ ſicut contrahunt ita tenentur poſtea ſecũdũ iuſtitiã reddere debitum pro quanto. ſ. illi actus non impediũt a ſeruitijs conſuetis. ¶ Sed eſto in caſu iſto contrahũt ſine voluntate domini: ⁊ vnus dñs mittit ſeruũ in affricam: ⁊ alius dñs mittit ancillam in franciam: nunq̇d licet hoc facere? ¶ Reſpondeo cum cauſa matrimonij ſit fauorabilis inducendi eſſent dñi ne hoc facerẽt. ſed ſi facerent non apparet qualiter ſuppoſita ſeruitute facerent contra iuſticiam: quia iſte prius fuit in poteſtate domini vt mitteret eum illuc. immo vt venderet eum ⁊ ſiłr illa in poteſtate dñi ſui ſiłr quãtũ ad illũ G

locum: ⁊ per actus proprios ſine voluntate dñorũ nõ potuerunt ſe facere liberiores: nec a ſe iure dñorũ ſuorũ magis eximere q̄ꝫ prius. igitur adhuc licet. ¶ Sed ſi ancilla credit contrahere cuz libero: qui tamen ẽ ſeruus. nunquid contrahitur? ¶ Poſſet dici ꝙ error conditionis peioris impedit contractum: qꝛ impedit commutãtẽ recipe tm̃ pro q̄ꝫto intendit cõmutare: ſꝫ ignorantie melioris conditionis vel equalis non impedit: propter contrariam rõnem.

Ad argumenta. ¶ Ad primum patet ſecundum iſtam viam vltimã ꝙ ſeruus nõ eſt dñi ſm omnia: ſed ſm aliqua eſt ſui iuris vt ad comedendum bibendum dormiendum. ⁊ breuiter ad quoſcunqꝫ act⁹ exercendum ꝓpter quos non ſubtrahuntur domio debita ſeruitia. igitur cum pro tunc poſſet vti actu carnali poteſt ad illum ſe obligare quantum ſui iuris ẽ. ¶ Qđ H

phłs dicit de ſeruitute illa maledicta qua ſeruus eſt ſicut pecus poteſt intelligi ꝙ eſt domini ſui ſicui poſſeſſio vel pecunia nõ tñ ꝙ in actib⁹ ſuis ducaꝭ tm̃ et non ducat: q̇a q̄ꝫtũcunqꝫ ſit ſeruus: eſt tñ hõ. ⁊ ita liberi arbitrij: ex quo patet magna crudelitas fuiſſe in p̄ma inductione ſeruitutis. qꝛ hoiem arbitrio liberũ ⁊ dominũ ſuorũ actuũ ad virtuoſe agendũ: facit quaſi brutũ. ⁊ libero arb. nõ vtẽtẽ nec potẽtẽ agere ꝟtuoſe. ¶ Ad ſecũdũ nõ eſt ſiłe: q̇a ꝓfitens in religione totałr ſe ſubmittit obediẽtie p̄lati illius religiõis. et in hoc ex toto ſubtrahit ſe a ꝯſuetꝭ ſeruitijs dñi ſui nõ ſic ꝯtrahẽs mr̃imoniũ ſed ſolũ in aliq̇bus actibus q̇ p̃nt ſtare cũ hoc ꝙ reddat ſeruitia conſueta.

Quæstio Secunda.

SEcundo quero. Vtrũ etas puerilis possit impedire matrimonium? Q: non: quia aliquis potest accipere potestatem anteq̃ possit in vsum: igitur in contractu matrimonij vbi est datio vsus et acceptio potestatis potest aliquis anteq̃ possit in vsum: ꝛ ita puer. ¶ Confirmatur quia etas puerilis non impedit susceptionem ordinis. de hoc supra dictum est distĩ. xxv. et tamen ibi recipit potestatem exequendi actum ordinis quem pro tunc non potest exequi. ¶ Contra. extra de frigi. ꝛ male. ꝙ sedẽ. puer qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio.

A Respõdeo. Sicut dictum est supra distin. xxxiiij. impotentia simpliciter prohibet contrahere. quia datio potestatis coniugij est in isto contractu: et qui non habet potestatez nihil dat. Ratio concludit de pueris pro tempore pro quo sunt pueri. sed quia illa impotentia nõ est perpetua: sed expectatur futura potentia. ideo potest nunc promittere potentiam pro tempore futuro pro quo habebit: ꝛ hoc fit in sponsalibus: quia puer potest contrahere sponsalia nõ matrimonium. ratio autem que ponitur ibi de defectu intentiõis siue adducatur hoc ad contractum siue ad matrimonium nihil est ad. b. quia ante potest habere discretionez sufficientem ad intentionem debitam q̃ habeat potẽtiam que debet commutari in isto contractu. ¶ Si q̃ras tempus pueritie regulariter ponitur in masculo tẽpus. xiiij. annorũ. femine duodecim: sed tñ aliqñ malitia supplet etatem: ꝛ ꝯplexio. preuenit tempus regulare: ꝛ tunc ex quo habet potestatem istã ꝛ discretionem sufficientem ad debitum cõsensum põt cõtrahere. quia habet qđ det ꝛ consensuz sufficientem ꝛ signa. ¶ Ad argumenta. cõcedo ꝙ aliquis potest suscipere potestatem anteq̃ possit vti illa. Sed non potest dare potestatem anteq̃ habeat illam. In isto autem contractu est datio potestatis.

Quē. tho. ꝛ Ri. di. 25 h⁹ ꝛ di. pñ.

B

Sunt igitur quidam ordines in quib⁹ nullatenus potest contrahi cõiugium & cætera. Distinctio. XXXVII.

CIrca istam. xxxvii. dis. quero. Vtrũ sacrm ordinis ĩpediat mrĩmoniũ? Q: non. j. Ti. iij. vnius vxoris vir. dr̃ de epõ. ¶ Itẽ dist. xxxj. Aliĩ. sacerdotes grecoꝝ copulãr mrĩmonio: ꝛ tñ hñt eundẽ ordinem sacrum quez habent lati. ¶ Pre. nõ magis opponitur ordo ꝛ mrĩmoniũ q̃ ecõuerso. sed cõiugat⁹ põt recipe ordinẽ sacrũ: igir ꝛ ecõuerso. minor apparet: si cõiugatus in minoribus ordinibus recipiat postea ordĩes sacros vere recipit si sit ĩtentio conferẽtis ꝛ suscipientis. ¶ Contra. dist. xxxij. placuit epõs p̃sbyteros diaconos ꝛ subdiaconos ꝰm priora statuta abstĩere ab vxoribus. i. nõ ꝯtrahere vt dicit ibi glo. ¶ Itẽ. dist. xxxvij p̃sbyteris. ¶ Itẽ distin. xxviij. nullũ facere diaconuz epi presumant nisi qui se castũ promiserit.

Hic est cõclusio certa, dicitur enim ꝙ nõ lz cõtrahere: qꝛ ꝑsona suscipiẽs sacrũ ordinẽ efficir illegitima simplr̃ ad contrahendũ matrimoniũ ꝛ hoc vel per ecclesiã vel imediate a xp̃o. lz hoc nõ legar in scriptura. ¶ Sed secũdũ nõ vr̃ ꝓbabile: qꝛ in p̃mitiua eccl'ia nõ tenebar nisi forte dicas ꝙ nũq̃ licuit post susceptionẽ sacri ordĩs ꝯtrahere matrimoniũ: lz liceret aliqñ vti mrĩmonio iã ꝯtracto sicut nũc apud grecos. ¶ Sed que ratio huius illegitimationis? vr̃ aliq̃bus ꝙ ꝓpter votũ annexũ sacro ordinis. qualiter aũt illud votũ illegitimet. dicer dist. seq̃n. ¶ Sed ꝯtra. aut votũ illud est sic annexũ ꝙ suscipiẽs vouet. aut est tantũ ex p̃cepto ecclesie quasi annexũ. qꝛ tener ita seruare ac si voueret: p̃mo mõ non. qꝛ nullus vouens vouet nolitum: sed iste suscipiens ordinẽ sacrũ explicite hz in voluntate nõ continere. igitur possibile est ꝙ ipse non vouet continentiam. ¶ Si dicas ꝙ vouet in facto qđ facit in suscipiendo ordinẽ sacrũ. qꝛ antiqui patres latini vouerunt ꝛ iste suscipit simile signuz. ¶ Cõtra nullus tenetur ex voto ad votũ factum ab alio maxime si habet votũ cõtrariũ. ¶ Pre. orientales suscipiũt idẽ signũ: ꝛ tñ sine voluntate castitatis. ¶ Si secũdo mõ igir cõtrahẽs simplr̃ cõtrahit: ꝓbar extra de matri. cõtra. cõtra interdi. eccle. ca. ex literis. lz cõtra interdictũ ecclesie trãsire ad scđa vota non debuerit. nõ est tamẽ cõueniẽs vt ob hoc sacramẽtũ ꝯiugij dissoluar aliq̃ tamẽ pnĩa dz eis imponi: nõ q̃a cõtra ꝓhibitionẽ eccl'ie. hoc fecerũt: igir si votũ ꝯtinẽtie est ãnexũ ordini sacro solũ ex p̃cepto eccl'ie. seq̃r ꝙ nõ simplr̃ illegitimat ad ꝯtrahẽdũ. vlr̃ enim in iure statutũ ꝓhibẽs hoc fieri nõ illegitimat: sed opz ꝙ contineat talem sententiam ꝙ si cõtractũ fuerit dirimar: vel si copulati fuerint nõ sunt aliqualiter tolerandi.

A S.bo. pñ. di. ar. 1. q. 2. S.bo. vbi supra. Ri. pñ. di. ar. 1. q. 1.

Dico igitur ꝙ nec propter votum continentie ꝓprie dictũ annexũ ordini sacro nec annexuz ex p̃cepto eccl'ie p̃cipiẽtis tali nõ ꝯtrahere est ꝙ iste nõ põt ꝯtrahere. sz ex hoc ꝙ eccl'ia facit talẽ ꝑsonã simplr̃ illegitimã: qđ statutũ fuit rõnale: siue habitũ fuerit a xp̃o siue nõ: qꝛ talis deputar ministerio sacro: qđ req̃rit munditiã mẽtis ꝛ carnis. ꝑspicacitatẽ intellect⁹: et fauorẽ affect⁹: ad q̃ oĩa disponit ꝯtinẽtia: ꝛ ad eoꝝ opposita frequẽtia carnalis actus: nec in hoc dz aliq̃s dicere ecclesiaz sibi preiudicare in suo iure. quia ecclesia cõir nõ cogit aliquẽ ad susceptionẽ ordĩs sacri: ꝛ satis publicauit. qꝛ post talẽ ordinẽ susceptũ suscipiẽs ẽ ihabil' ad ꝯtrahẽdũ: igr volũtarie ĩcurrit talẽ ĩhabilitatẽ.

B

Ad argumẽta: Ad primum illud Apostoli. vni⁹ vxoris vir intelligir. i. nõ pluriũ: nec tũc tantũ de p̃nti sz de p̃terito. i. ꝙ nõ habuit plr̃es. q̃a tũc esset bigamus ꝛ irregularis. ¶ Si tamẽ dicas ꝙ etiã tunc licuit habere vnam verũ est ꝰm consuetudinem ecclesie primitiue vtendo mrĩmonio p̃us ꝯtracto: sed nõ licuit tunc cõtrahere si nullã prius habuerat. ꝛ per hoc patz ad auctoritatẽ seq̃ntẽ. cũ eni dicit textus. matrimonio copulanr. exponit glo. i. copulato vtunr. ¶ Ad aliud nego similitudinẽ. q̃a susceptio sacri ordinis nõ req̃rit nisi sexũ debitũ ꝛ ministrũ debitum et intentionẽ debitã in suscipiẽte ꝛ ministrante. ꝛ ideo cõferr coniugato: licet suscipiendo peccet. sed mrĩmoniuz requirit habilitatem in personis ad contrahendum. ꝛ sic ꝑ ordinem sacrum susceptuz est omnino inhabilis ad illđ matrimonium contrahenduz. vnde econuerso non est impedimentum matrimonij ad ordinem quale est ordinis ad matrimonium.

C

Nunc de voto inspiciamus &c. Distinctio. XXXVIII

Circa istam: xxxviii. distin. quo. Utrū votū cōtinētie impediat mr̄imoniū. Et q nō. extra q clerici vł vouētes possūt cōtrahere mr̄imoniū. ¶ Preterea nō minus obligat apud deum votū simplex q̄ solēne. sed simplex nō īpedit mr̄imoniū ibidē. c. Meminimus. et capi. ij. ¶ Sed dices hoc ideo esse quia votum simplex probari non potest: solēne pōt. ¶ Cōtra. si votū nō solenne fieret corā multis posset tunc probari. et tn̄ tūc nō impediret cōtrahere. igit̄ illa nō est causa. ¶ Cōtra. ibidē. Insinuante. dicit̄ de quadā nobili q̄ facit votū cōtinētie et seruauit p bienniū postea ɔtraxit et coacta fuit redire ad statū pristinū. igit̄ dirimit iam contractum.

A Dico q votum continentie potest esse publicū vel priuatū simplex vel solēne. nec iste due distinctiones sunt eedē. qr tam publicū q̄ priuatū pōt esse simplex vel solēne. votū enim nō solēnizat̄ nisi aliquo istorū modorū q̄ ponunt̄ extra de vo. et vo. re. et est hodie in. vj. lib. extra etiā eo. ti. ca. rursus. tāgunt̄ i glo. tres modi vbi habet̄ sic. votū solēne est qđ fit interueniente aliqua istarū solēnitatū. vz. per susceptionē sacri ordinis. xxviij. di. diaconi. ¶ Itē per susceptionē sacre vestis que tantū profitentibus dari debet pn̄tibus testibus per quos probari possit si hoc negaret. extra de regularibus: statuimus. Tertio mō cū per professionē deuouet se alicui religioni abbati, vł abbatisse. extra de regularibus. statuimus presentibus testibus per quos probari posset si hoc negaret. et ne hec negari possint fiat inde publica scriptura. xxvij. q. j. oēs femine. in qua scriptura profiteatur velle religiose viuere. alias autē votum continentie factum q̄uis coram multis dicitur

Idē. q. 20. Vidua. simplex quasi non vestitum vel institutū aliqua solennitate: hec in glo. ¶ Isti tres modi qui hic ponuntur. et illi qui ponuntur in alio. ca. in. vj. lib. non sunt iuris: nisi duo. s. per susceptionem sacri ordinis et per votum religionis verum vel presumptum. presumptum q̄dē est quando recipit habitū professorū. vbi est distinctio inter habitū professorū et nouitiorū. et etiā q̄n vltra annū morat̄ in monasterio absq protestatione de non profitendo: dicitur ergo solēne nō q̄a publicū: sed qr in se habz

¶ Ad primū dico ꝙ si in nobis pōt esse alia virtus moralis vel habitus inclinās cōcorditer cōclusioni practici syllogismi: multo magis est in nobis habitˀ rectus appetitiuˀ qui inclinat concorditer principio primo practico: quia illud principium practicum est veriˀ/et per ꝯñs rectius: iustitia aūt que est in deo vnica re ⁊ rōne vt dictū est cōcorditer inclinat primo principio practico: puta deˀ est diligēdus. sed si stricte accipias ꝙ non inclinat concorditer cōclusioni syllogismi practici: ideo non est virtˀ aliqua specialis: cōcedo ꝙ illa iustitia que est in deo non est nisi quasi vl'is et radicalis virtus: a cuius actus rectitudine nate sunt oēs iustitie particulares ꝓcedere licet non necessario. ¶ Ad scđm dico ꝙ intellectˀ apprehēdit agibile anteq̄ volūtas illud velit: sed non apprehendit determinate hoc esse agēdum qđ apprehēdere dicitur dictare: immo vt neutrum est offert volūtati diuine: qua determinante per volitionem suam illud esse agēdum intellectus apprehēdit tāq̄ verum illud agēdum vt dictū est in materia de futuris cōtingētibˀ li. i. di. xxxix. ¶ Esto tm̄ ꝙ intellectus de aliquo ante apprehēderet illud esse agēdum q̄ volūtas illud vellet: sicut apprehēdit de hoc/deˀ est diligēdus non sequitur naturali necessitate: illud apprehēdit ⁊ volūtas non pōt discordare: ergo volūtas naturali necessitate hoc vult: quia non pōt discordare in obiecto: vt scꝫ velit aut nolit illđ qđ ostēdit volēdum: sed in modo tendēdi in illud obiectum discordat.

I

K

¶ Vel magis ꝓprie distinguitur: quia intellectˀ suo modo tēdit in illud scꝫ naturaliter ⁊ volūtas suo mō. s. libere. et ille potētie concordāt q̄ semp in idem obiectū tēdūt suis ꝓprijs modis tēdēdi: sicut fantasma ⁊ intell'ꝰ nō discordāt: licet hic tēdat ī obiectum vt singulare: illa in obiectū vt vl'e. ¶ Ad tertium dico ꝙ sicut ī istis pollitijs legislator respicit ī se simpl'r iustum qđ est iustū boni publici: sm̄ qđ aūt respicit alia iusta partialia: semꝑ quidē in ꝓportione ad hoc iustū: et ideo in q̄busdā casibˀ iustū est non seruare leges iustas respiciētes aliqua iusta partialia: qñ scꝫ obseruatio eaꝝ vergeret ī detrimētū iusti publici scꝫ bñ esse rei publici: ita deˀ simpliciter determinatˀ ad iustū publicū cōmunitatis non vt cōitate aggregationis sicut in ciuitate/sed cōitate eminētis cōtinētie qđ est iustum cōdecēs bonitatem suā. oīe aūt aliud iustum est particulare: et nūc hoc iustum nūc illud iustum sm̄ ꝙ ordinatur vel cōuenit huic iusto: dico ergo ꝙ pōt velle petrum dānari ⁊ iuste velle: quia illud ꝑticulare iustum petrum saluari non necessario requiritur ad iustum publicū quin oppositum eiˀ posset ordinari ad illud idem scꝫ ad condecētiam diuine bonitatis. Est eñ illđ finis ꝙ nullum ens ad finem determinate necessario requirens.

L

Ad argumenta principalia.

Ad primū dico ꝙ non est ibi equalitas simpliciter nisi ad seipm̄: ideo nec iustitia simpliciter nisi ad se quasi ad alteꝝ: sꝫ equalitas aliqualis pōt sibi poni qualis pōt esse dñi excedētis valde ad seruū excessum. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ non sunt ibi virtutes sm̄ illud imperfectionis qđ est in eis: sed ablato eo qđ est imperfectionis: sicut ꝑꝫ in exēplo adducto de tēperātia: illud eñ requirit in natura tēperata posse esse aliquā delectationē immoderatā et hoc est imꝑfectionis: et ꝓpter hoc magis ꝓprie ponimˀ ibi iustitiam q̄ tēperātiā: quia illa nō ita req̄rit ali-

M

quem excessum in passionem vel aliquā talem imperfectionem sicut requirit temperantia: verū tñ iustitia vt ibi est sit virtus quātum ad illam rōnem ꝙ sit distincta formaliter a volūtate: ⁊ quasi regula eius vel tm̄modo sit voluntas sub rōne prime regule seipsam determinātis: dubium est: qꝛ si secundū ponaꝛ magis soluiꝛ ratio: qꝛ tunc non est ibi sub rōne virtutis moralis. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō simpliciter est debitor nisi bonitati sue vt diligat eam creaturis aūt est debitor ex liberalitate sua vt cōmunicet eis quod natura sua exigit: que exigentia in eis ponitur quoddam iustum quasi secūdariū obiectum istius iustitie: tamen ꝑm veritatē nihil est determinate iustum ⁊ extra deū nisi ꝑm quid scʒ cum hac modificatione quātum est ex parte creature sed simpliciter iustū tm̄modo est relatū ad primam iustitiam: qꝛ scilicet actualiter volitum a diuina voluntate.

Quæstio secunda.

AD secūdum sic proceditur et arguiꝛ ꝙ non: qꝛ ꝑm Dam. lib. ij. ca. xiij. misericordia est cōpassio de malo alieno: in deo nulla est cōpassio: qꝛ nulla passio. ergo. ¶ Preterea misericors est promptus ad tollendum miseriam alienam ⁊ cōpatiendum sed deus non est prōptus ad tollendū miseriā qꝛ cū posset omnē tollere omnē tolleret. ¶ Oppositū in p̄s. Patiens ⁊ multum misericors.

102

Respondeo. Misericordia in nobis est habitus vel qualitercūqꝫ dicaꝛ forma qua nolumus miseriam alterius: ita ꝙ primo inclinat ad actuʒ nolendi miseriam in alio: ⁊ hoc vel futurā: ⁊ tūc preseruat ab illa si pōt vel presentē ⁊ tunc releuat a miseria si pōt: ⁊ ex cōsequēti post operationē disponit ad passionem scʒ displicentiam de miseria imminēte vel presente. ¶ Quātum ad secūdū put scʒ misericordia inclinat ad passionem illam nō est in deo ⁊ ab illo videꝛ imponi principaliter nomē misericordie exponēdo misericors ethi. i. miserum cor habēs: qꝛ cōpatiens miserie aliene in hoc hʒ cor miserū: hoc est ꝯmunicās in miseria. Sed quātū ad istam operationē nolēdi miseriā siue imminētē siue p̄sentem misericordia proprie in deo est: qđ probaꝛ de imminente: qꝛ sicut nullum bonū euenit nisi volēte deo: ita nihil prohibeꝛ ne eueniat nisi deo nolēte: multe aūt miserie possibiles euenire alicui prohibenꝛ ne eueniant: ergo deus habet nolle respectu illarū. ¶ Con[...]liter de miseria presente: qꝛ nulla miseria [...]ꝛ nisi deo [...]te illam inesse multe aūt frequente[...]tur. ergo ⁊c. ¶ De hac misericordia posset distingui [...] de nolle miseriam in esse: qꝛ sicut distinguit Aug[...] [ve]lle antecedens ⁊ cōsequēs, ita posset distingui in eo duplex nolle respectu miserie: ⁊ sicut semꝑ habet velle antecedēs respectu boni creature: ita semꝑ habet nolle antecedēs respectu mali creature prohibēdi vel tollendi. iuxta illud apostoli ad Thimo. vult oēs homines saluos fieri: sed sicut non hʒ sꝑ velle cōsequēs respectu boni: ita nec nolle cōsequēs respectu mali amouēdi. primū aūt nolle non est misericordie: sed secūdū. ⁊ illud pōt distingui in hoc ꝙ vel habet nolle respectu mali imminētis totaliter vel partialiter. si primo modo diciꝛ mīa liberans que scʒ excludit omne malū vel imminēs vel iam p̄sens secūdo modo diciꝛ mīa parcens vel mitigās: que scʒ nō totū malum excludit: sed aliquaʒ partē mali debiti isti ꝑm merita sua. ¶ Utroqꝫ aūt modo mīa est in deo qꝛ vel subuenit quibusdam omnē miseriam imminentē prohibendo vel presentem releuando: alijs aūt partem miserie debitam dimittendo.

Ad argumēta. Ad primum patet ꝙ illa descriptio misericordie est quātum ad effectū eius remotum vel vltimum scʒ passionē ordinatam cōpatiendi sequētem ex actione ordinata nolendi malum proximo: sed quātum ad illum effectū remotum cōcessum est misericordiam non esse in deo: sed tantū quātum ad proximum qui est nolle miseriā in esse. ¶ Ad secūdum misericors non infligit miseriam nisi ꝑm rectā rōnem nūc aūt recta ratio aliquādo dictat miseriam aliquibus infligendam vt ꝑm aliquos appareat iustitia: vt in dānatione reproborū: ⁊ ideo non infligit ille penam/ nec permittit: nisi eo modo quo eam infligi statuit cū misericordia/ vel cum dictamine recte rationis.

Quæstio tertia

AD tertium arguitur ꝙ sic. Cassio. super p̄s. l. he due res sunt in vijs dñi semper adiuncte ⁊ loquiꝛ de misericordia ⁊ iustitia. ¶ Preterea si nō distinguerenꝛ sed essent idē. ergo vtriusqꝫ esset idem effectus cōsequentia patet: qꝛ idem principiū formale non habet nisi eūdem effectū: sed cōsequēs est falsum: qꝛ effectus misericordie est liberare sine meritis: effectus iustitie est condēnare vbi non sunt merita vel saluare pro meritis. ¶ Oppositum vult Aug. xi. de ciuiꝛ. dei. c. x. Eo simplex est deus ꝙ est quicquid habet: et hoc de eo ꝙ diciꝛ ad se huiusmodi est misericordia et iustitia: ergo deus est misericordia deus est iustitia: ergo hoc est illud.

Ad questionem sustinēdo primā opinionem positā in prima. q. diciꝛ ꝙ misericordia est quedā pars iustitie primo modo dicte q̄ scʒ est cōdecētia sue bonitati: qꝛ sue bonitati ꝯdecet misereri. Sustinēdo tñ secūdā viam patet ꝙ iustitia ⁊ misericordia nō sunt formaliter idem: qꝛ iustitia respicit pro primo obiecto bonitatē diuinam: misericordia aūt respicit aliquid in creatura p̄termisso etiam iusto quod pōt esse in creatura scʒ exigētia: qꝛ non misericordia in deo vbi sic est iustum in creatura: istud aūt obiectū ⁊ illud non respiciunꝛ primo ad hoc ⁊ illo nisi in hoc/ ⁊ in illo sit aliqua nō idētitas formalis: cū tamen non idētitate formaliter stat idētitas simpliciter sicut dictū est di. ij. ⁊ di. viij. pmi. q. iiij. ¶ Si aūt queriꝛ ordo iustitie illo modo accepte in hoc et in illo: iustitia est simpliciter prior misericordia cōparando ad obiecta sicut obiectum est prius simpliciter obiecto: ex parte aūt ipsorum inter se vt sunt intrinseca deo non habent ordinem nisi eo modo quo alie perfectiones non eedem formaliter ponuntur habere ordinem per hoc ꝙ vna prius diceretur inesse realiter: si esset ibi distinctio realis: ⁊ per consequens ꝑm illam distinctionem quam habent vna prior nunc altera: ⁊ illa prioritate possibilis iustitia est prior misericordia: ꝑm illud Anselm̄. pro solutio. xi. ex iustitia nascitur misericordia.

Ad argumenta. Ad primum extendit duas res ad dualitatem ꝑm quid. de qua dictū est. q. p̄dicta primi di. viij. nec oportet exponere res per realitates: ⁊ formalitates: qꝛ similis est distinctio rei ⁊ rei sicut realitatis: ⁊ realitatis. vel formalitatis: ⁊ formalitatis. ¶ Ad secūdū diciꝛ: ꝙ misericordia ꝯnotat aliud ꝙ iustitia: licet ista duo sint inter se simpliciter eadem. ¶ Sed contra hoc. connotatio illa non requirit aliquam distinctionem huius ad illo vt est in se: sed tantummodo vt cōcipitur ⁊ signatur: qꝛ ad hoc requiritur

Tho. ipsi di. q. 1. a. 2. q. totū. Ric. in pñti. di. ar. 2. q. 2.

pte. 2. q. 1.

Ric. di. pñ. ar. 2. q. 2.

cõnotatio. argumẽtum aũt requirit q̃ illorũ inter se vt sunt cause distinctorũ effectuũ sit aliqua distinctio: nec sufficit vt videt̃ ad hoc differẽtia rõnis: q2 res rõnis nõ est illud quo aliquis effectus realiter efficit̃: immo generaliter nulla distictio realis in effectu depẽdet a relatione rõnis in causa. vt probatũ est dist. xiij. primi. Ista aũt distinctio effectuũ essentialiter dependet ex distinctione in causa: ergo nõ est solius rõnis. ¶ Concedo ergo istam rõnem q̃ sicut in deo intellectus nõ est formaliter voluntas nec ecõuerso: 13 vnum verissima idẽtitate sit idẽ alteri: ita iustitia non est formaliter vel quiditatiue idem mĩe vel ecõuerso: ꝛ propter hanc non idẽtitatẽ formalẽ põt istud esse principiũ ꝓximũ alicuius effect⁹ extra: cuius reliquũ non est principiũ formale eodẽ modo sicut si hoc ꝛ illud essent due res: q2 esse principium formale cõpetit alicui vt est tale formaliter. ¶ Contra hoc: esse diuinũ est actualissimum: ergo includit oẽm perfectionem diuinã: non includeret aũt si esset distincta ꝑfectio a perfectione ꝛ ab essentia: q2 quodcũq3 distinctũ ab eo formaliter est ibi actualiter: ꝛ per cõsequẽs vt distinctum est ibi actu: ꝛ ita essentia vt distincta nõ includit omnẽ actũ. ¶ Preterea si sint ibi distincte formalitates reales: ergo distincte sunt ibi realitates: ꝛ ita distincte res. probatio prime cõsequentie: q2 quelibet formalitas propria realitate est distincta. ¶ Ad primum essentia vnitiue cõtinet omnẽ actualitatẽ diuine essentie: vnitiue aũt non cõtinent̃ que sine omni distinctione continent̃: q2 vnio non est absq3 omni distinctione. Nec vnitiue cõtinent̃ q̃ simpliciter realiter distincta cõtinẽtur: q2 illa multipliciter seu dispersim ꝯtinent̃. ergo hoc vocabulum vnitiue includit aliqualẽ distinctionẽ contentorũ que sufficit ad vnionẽ: ꝛ tñ talem vnionẽ que repugnet omni ꝯpõni ꝛ aggregationi distinctorũ: hoc nõ põt esse: nisi ponat̃ nõ idẽtitas formalis cum idẽtitate reali. Ad argumẽtum ergo cõcedo q̃ essentia continet omnẽ actualitatẽ: ꝛ per cõsequẽs oẽm formalitatẽ: sed non vt formaliter eadẽ: q2 tũc non cõtineret vnitiue. Et si dicas. cõtinet quãtum põt cõtineri. verũ est quãtum vnum vnius rõnis: nihil aũt vnius rõnis põt continere plura non formaliter eadẽ perfectius q̃ vnitiue vel idẽtice. ¶ Ad secũdum põt dici: q̃ quot sunt ibi formalitates tot sũt ibi realitates ꝛ res: sed quelibet pluralitas est tñ ẽm quid sicut ostensum est ibi. Uel posset negari consequentia plures formalitates reales: ergo plures realitates: sicut negat̃: plures persone diuine: ergo plures diuinitates: sed prima responsio est realior. ¶ Ad auctoritatẽ in oppositũ probat verã idẽtitatem in deo cuiuscũq3 ad quodcũq3 loquẽdo de intrinsecis ipsi deo: sed ex hoc non sequit̃. ergo quodlibet est formaliter idẽ cuilibet: q2 vera idẽtitas. immo verissima que sufficit ad omnino simplex põt stare cũ non identitate formali. vt dictum est predicta. q. iiij. di. viij. primi.

Quæstio quarta.

AD quartũ sic proceditur arguitur q̃ non. Aug. lxxxiij. q. q. iij: nullo sapiẽte auctore sit homo deterior: ergo multo magis deo auctore: cum deus sit maior omni sapiente non fit homo deterior: sed qui addit maluz malo facit totũ deterius sicut addens bonũ bono facit totũ melius. iij. thopi. ergo ꝛc. ¶ Preterea Deut. xxv. ẽm modũ delicti erit ꝛ plagarum modus: sed delictũ cuiuscũq3 peccãtis est tẽporale ꝛ finitũ ergo ẽm iustitiã punitio cuiuscũq3 erit talis: ergo in punitione eterna pro tẽporali culpa vel trãsitoria nõ est iustitia. ¶ Preterea punitio iusta est ad correptionẽ puniti: sed nullus dãnat⁹ ꝑ punitionẽ sui corripit̃: prima probat̃ per Arist. i. rhetorice. ¶ Preterea Jac. ij. iudicium sine mĩa fiet ei qui non fecerit mĩam. ꝛ Aug. supra illud psal. prope es tu dñe: vbi non miseret̃ sed deus vindicta datur. ergo in dãnatis est iustitia sine mĩa. ¶ Preterea Apoc. xviij. quãtũ glorificauit se ꝛ in delitijs fuit tantũ date ꝛc. ergo ibi est stricta correspondentia pene ad culpã sine aliqua remissione: ergo sine mĩa. ¶ Oppositũ in psal. vniuerse vie dñi mĩa ꝛ veritas 24
vbi Cassio. sup psal. l. he due res in vijs dñi semp adiũcte sunt. Et in scriptura habet̃ satis de vtroq3 vt iustus ps. 10.
dñs ꝛ iustitias dilexit: ꝛ alibi non obliuiscetur misereri ps. 76.
deus nec continebit in ira sua misericordias suas.

Ad istam quæstionem probabiliter tenetur q̃ in omni opere diuino cõcurrũt mĩa ꝛ iustitia. iuxta illud psal. vniuerse vie dñi mĩa ꝛ veritas. ¶ Ad hoc etiam est rõ: q2 artifex volũtate producẽs cõformiter regule sue iustus est: q2 iustitia reddit vnicuiq3 qđ sibi debet̃ artificiato maxime debet̃ q̃ concordet regule sue deus aũt est talis artifex respectu omnis creature. Similiter mĩa est in subueniendo indigẽtie presenti vt non insit vel future que imminet ne insit. Deus producendo quãcũq3 creaturã sic vel sic subuenit indigẽtie. ergo ꝛc. ¶ Pro istis duab⁹ rõnibus simul est cõgruentia talis: quanto plures virtutes inclinant ad aliqđ idem opus tãto illud est perfectius: ꝛ per oppositũ tãto op⁹ est vituperabilius quãto est contra inclinationẽ vel rectitudinem plurium virtutũ. Omne opus dei vt ei⁹ est perfectissimum. ergo est ex oĩ virtute quaz possibile est cõcurrere in eodẽ tẽpore: possibile est aũt in eodẽ opere concurrere mĩam ꝛ iustitiam: patet ex solutione prime q. ij. ꝛ. iij. istius di. ergo. ¶ Sed prima ratio que procedit est rõne iustitie ꝛ mĩe accipit ista valde generaliter. si eñ proprie iustitia est in reddendo debitũ: ꝛ artificiato nihil est debitũ: nisi ẽm voluntatẽ artificis: sequit̃ q̃ in productione eius non est iustitia stricte loquẽdo: sed talis artifex est deus respectu creature: qđ ergo accipitur: artificiato debitũ est cõformari sue regule: negãdum est accipiendo stricte debitũ: q2 deus hoc non debet artificiato. Si aũt accipiat̃ q̃ hoc requirit̃ in artifice ad hoc vt sit debite artificiatũ: ex hoc non sequitur iustitia in producẽte: si tñ det liber artificiato q̃ sic cõformet absq3 omni exigẽtia preuia ex parte artificiati: sicut est hic. ¶ Ratio aũt de mĩa valde extẽdit misericordiam ad subleuationem vel exclusionẽ cuiuscũq3 defectus: cũ tamen mĩa non sit proprie nisi ad subleuandum vel supplẽdum defectũ pertinẽtem ad miseriam: non aũt omne defectiuũ põt esse miserũ. Etiam cogruẽtia illa de cõcursu virtutũ includit dubium: q2 non est certuz q̃ in voluntate diuina posset esse ratio alicuius virtutis: non tñ non distincte re certum est: sed nec formaliter distincte: q2 voluntas ex hoc q̃ infinita magis sufficit ad oẽm rectitudinẽ actus q̃ aliqua virtus qualitercũq3 re vel rõne distincta superaddita: si tamen cõcedatur ibi virtus distincta formaliter avolũtate: sicut sapientia vel alia virtus intellectualis in intellectu nõ oportet q̃ cõcursus plurium talium ad idẽ opus requiratur ad summã perfectionẽ operis. Esto etiam q̃ ille rationes cõcluderẽt generaliter de operib⁹ dei positiuis: quia ibi est manifesta rectitudo et etiam exclusio indigentie: tamen quia in punitione malorum infligitur aliquod malum: ita q̃ magis sit indigens per punitionem q̃ ante: non videtur q̃ eque concludant in proposito.

Ad quæstionem primo videndum est

a.l. nature intellectualis.

que sit punitio malorũ. secũdo si est a deo. tertio si concurrit iustitia. quarto si misericordia. ¶ De primo punitio est perceptibilis carentia boni conuenientis in natura intellectuali: vel perceptibilis presentia mali disconuenientis in eadẽ: bonum aũt intellectuale in genere duplex est bonum scꝫ cõmodi: ⁊ bonũ honesti bonũ quidem vtile qđ ponit̃ tertiũ ad alterutrũ illoꝝ reducitur. Secũdum ꝙ ad ipsum ordinat̃: ⁊ licet quãdoqꝫ in eodem cõcurrãt rõnes boni cõmodi ⁊ honesti: vt in fruitione dei in patria: immo generaliter omne honestũ sit cõmodum: licet non ecõuerso tñ summum cõmodũ est beatitudo: ⁊ esset cõmodũ licet per impossibile nõ esset honestum: summum etiam honestũ est charitas ⁊ esset honestum licet per impossibile non esset cõmodum. ergo in natura intellectuali est duplex punitio per priuationem duplicis boni: prima vocat̃ malum iustitie siue culpe: ⁊ põt dici obstinatio in peccato. secũda vocat̃ pena dãni vel dãnum vel dãnatio: malum discõueniens in natura mere intellectuali non põt esse aliqua operatio illius nature ẽm se accepta: qꝛ quelibet est cõueniens: omne quidẽ intelligere ẽm se acceptũ cõuenit intellectui cõmuniter: ⁊ omne velle volũtati ⁊ similiter omne nolle ẽm se acceptũ: qꝛ ita libere habet nolle sicut velle et etiam illi cõparãdo hanc potẽtiam operatio vnius non est discõueniẽs alij: nihil ergo inuenit̃ ibi qđ sit positiuũ discõueniens tali nature nisi passio distincta contra operationẽ vel operatio discõueniens: non quidem ẽm se: sed qꝛ nolita: immo generaliter omne nolitũ positum tñ in effectu causat tristitiaꝫ. Huiusmodi operatio nolita est immoderata consideratio ignis: sicut dictũ est prius di. xliij. q. ij. que est cõtra imperiũ volũtatis volentis libere vti intelligẽtia sua ad applicãduꝫ nũc ad istud obiectũ nunc ad illud: determinat̃ aũt intelligentia cõtra istud velle ex semp intẽsa cõsideratione ignis per qđ impedit̃ a perfecta cõsideratione alioꝝ obiectorum: vt dictũ est ibi. ¶ Tristitia aũt in genere est ibi quadruplex: duplex de priuatione boni duplicis vna quidẽ de priuatione boni honesti siue gratie per culpã: tristat̃ enĩ de obstinatione sua in peccato que est prima priuatio vel saltem tristat̃ de peccato qđ commisit in vita: in quo nũc sine remissione derelictus est: non quidẽ tristat̃ de hoc vel illo ẽm se: qꝛ talis priuatio: sed qꝛ demerituꝫ respectu pene dãni: hoc est tristat̃ non qꝛ deum offendit sed qꝛ cõmodo quod immoderate appetit se peccando priuat: ⁊ illa tristitia proprie põt dici pena vermis: vel tristitia ex remorsu de peccato cõmisso: non qꝛ peccatũ sed qꝛ causa demeritoria respectu pene dãni. Tristitiaꝫ aũt de carentia boni cõmodi scꝫ beatitudinis vel nõ est nominata: vel põt dici tristitia absortiua: qꝛ eius desideriuꝫ maxime inest nature: ⁊ specialiter sibi sine freno iustitie derelicte eius perpetua carẽtia percepta contristat totaliter absorbendo: vel nominat̃ pena dãni: vt sit cõstructio transitiua. i. pena de dãno. Nam vocãdo solam carentiam cõmodi penã dãni: cõstructio est intransitiua. ¶ Duplex est aũt tristitia de positiuo discõueniente: vna de detẽtione ignis perpetua: tanꝙ diffinitiue locantis alia de detẽtione intelligentie in cõsideratione intensa ignis vt obiecti: que duo positiua: scꝫ due detentiones sunt nolita: ⁊ ideo discõuenientia non sic ꝙ destruãt naturã potẽtie cui insunt: sed sicut est discõueniens graui esse sursum: ⁊ esset sibi triste si esset ab eo perceptum ⁊ ille due tristitie de duplici detẽtione possunt sic nominari pena incarcerationis. prima pene excecationis. secunda vt sit constructio transitiua accipiendo penam pro tristitia: et illud additum in genitiuo pro obiecto contristante. sic ergo habemus in genere duas punitiones: per priuationem duplicis obiecti boni: ⁊ quatuor per ꝑpositionẽ quadruplicis tristitie: respectu quarũ sunt cause duo positiua. s. due detẽtiones nolite ⁊ due priuationes ille nolite ⁊ percepte.

De secũdo articulo prima pœna: scilicet culpa cõtinuata sine remissione que cõtinuatio põt dici obstinatio ipsa non habet deum pro causa positiua sicut enĩ culpa quãdo cõmittit̃ inquãtum culpa nõ habet causam positiuam aliquã: sic nec inquãtum continuat̃ vt culpa est ꝑma pena: iuxta illud Aug. ꝯfes. Iussisti dñe: ⁊ ita est vt pena sit sibi omnis peccator: de quo dictum est. ij. li. di. xxxvij. q. i. ⁊ q. iij. Hec aũt culpa vt cõtinuata est a deo: vt causa negatiua scꝫ non remittente sed tñ est prima causa negatiua: sed ipsa voluntas voluntarie cõtinuans est causa demeritoria eius quod est deum non remittere: vel saltẽ ipsa voluntas qñ cõmisit hec demeruit: licet nõ semp post actũ illius peccati cõtinuet. ¶ Secũda pena similiter cũ sit priuatio non habet causam positiuam: sed habet deũ tanꝙ causam negatiuam. qꝛ non cõferẽtẽ beatitudinẽ. Sed ad istud nõ causare eius habet aliam causam demeritoriam in subiecto scꝫ culpã propter quã dignus est istud cõmodum sibi non cõferri. Duo aũt alia nolita scꝫ ille due detẽtiones sunt a deo: qꝛ sunt entia positiua ⁊ per cõsequẽs bona. Et quidẽ prima detẽtio est a deo immediate saltem vt perpetua: qꝛ licet ignis detineat spiritũ quasi formaliter: non tñ effectiue locat eũ: nec scꝫ effectiue determinãdo ipsum ad istud vbi: nec prohibẽdo ab alio vbi: nec ipse spirit⁹ se locat saltẽ perpetuo: deus igit̃ immediate est causa illius detẽtionis diffinitiue perpetue: secũde detentionis scꝫ intelligentie in cõsideratione intẽsa ignis causa ꝓxima scꝫ partialis est ignis: deus aũt est reliqua causa immediata: qꝛ ẽm cõmunẽ ordinẽ causarum obiectum debet i agẽdo in intelligẽtiam alicuius habere causalitatem subordinatã respectu voluntatis eius: hec aũt non subordinat̃ voluntati ipsius spũs: immo cõtra eius voluntatẽ mouet tanꝙ immediate subordinatum voluntati diuine. Quatuor ergo iste tristitie cum sint effectus positiui sunt a deo: sed oẽs mediate scilicet mediante apprehensione obiecti noliti.

De tertio articulo dico ꝙ cum iustitia dupliciter accipit̃ in deo: sicut dictũ est di. ista. q. i. in ista punitione non tm̃ est iustitia prima: ꝙ scꝫ cõdecet diuinam bonitatẽ sic punire: sed etiam secũda: qꝛ hec est quedam exigentia vel iusta correspõdentia pene ad culpã: et hoc patere põt discurrẽdo per singulas punitiones predictas. prima quidem pena non est inflicta: nec posset iuste infligi cũ sit formaliter culpa: sed est pena derelicta: sicut dicit Aug super ꝑs. v. versi. iiij. cum punit deus peccatores malum suũ non infert: sed suis malis: vel malos relinquit: qđ intelligo de illa prima pena: que est culpa derelicta siue non remissa vel desertio peccatoris in tali culpa: ⁊ hoc sicut dictũ est esse a deo in articulo p̃cedẽte: sic est iuste ab ipso: iuste enĩ derelinquit vel non remittit: siue qꝛ voluntas voluntarie continue male vult: siue qꝛ vsqꝫ ad terminum vie permãsit in peccato sine penitẽtia: quod tamen tempus erat sibi precise taxatum ad penitendum: siue tertio: qꝛ peccauit in via vbi demeruit sic derelinqui: iustum est quidem illuꝫ qui continuat malitiã a malitia per alium non liberari: nec hoc solum: sed qui potuit malitiam derelinquere et adhuc habuit tẽpus precisum sibi taxatum: nec in tẽpore illo corrigit̃. sed ꝑseuerat in malo: iustũ est vt tẽpore illo elapso deserat̃ illi malo. ¶ Tertio etiam de quo minus videt̃: si quis per culpam suam se precipitat in impotẽtiã euadẽdi non solum a se: sed etiam a quocũqꝫ

nisi ab illo quem tunc offendit iuste potest deseri in ista
impotentia: sicut si quis se voluntarie proijceret in fo-
ueam de qua non posset per se euadere: nec aliquo mo-
do nisi per adiutorium alterius quem contẽnit ⁊ offen
dit in proijciendo se iuste potest in illa fouea derelinqui
B ¶Hec tria ad propositum satis patẽt: quia ⁊ dānatus
continue est in aliquo malo velle: vt videtur probabili-
ter: ⁊ vsq ad terminum vie permansit impenitens: ⁊ in
via offendit labendo in peccatū: de quo non potest eua
dere per se nisi tantūmodo disponendo se meritorie de
congruo: ⁊ hoc pro statu vie quem totum sine tali meri
to infructuose pertransit. ¶Secūda etiam pena sicut
est a deo scilicet negatiue: quia non conferente beati-
tudinem: ita iuste est a deo: qꝛ sicut bonum honestum iu
ste requirit vt pro ipso reddatur bonum cōmodum: ita
peccatum priuans honestatem iuste requirit vt pro ip-
so reddatur priuatio boni cōmodi: ⁊ ista correspondẽ
tia iusta priuationis cōmodi ad priuationem honesti
ordinat illam culpam sicut potest ordinari malum ab-
solute enim est contra ordinem: ⁊ ideo non potest mane
re in toto cum ordine illo qui potest esse in toto stante
illo nisi aliquid adiungatur quod ordo totius requirit
adiungi. Exemplum putredo in membro simpliciter est
contra bonum ordinem corporis ꝙ si non tollatur non
potest stare melior ordo corporis qui potest haberi illo
stante: nisi apponatur aliquid aliud quod sm vniuersa
lem ordinem corporis correspondet membro putrido:
videlicet aliquid quod prohibeat cōmunicationem il-
lius membri ad alia membra talem qualis esset si non
esset putredo. pro isto Boetius. iiij. de consolatione: in- prosa.4.
feliciores sunt improbi iniusta impunitate damnati q̃
iusta punitione puniti: nec mirum quia in primo nullū
est bonum nisi nature quod tamen vitiatur per malum
culpe. ¶In secundo vltra bonum nature est aliquod
bonum reformans culpam scilicet iusta corresponden-
tia pene ad illam. ¶In tertio pena satis apparet iusti
D tia exigente: qꝛ sicut bonis congruit vbi in corpore no-
bilissimo circūscriptiue scilicet corporibus beatorum ⁊
diffinitiue angelis bonis: tamen cū libertate ad aliud
vbi pro libito: quia glorie est posse vti potentia sua mo
tiua ad quodcūq vbi: quia non repugnat glorie: sic iu-
stum est reprobos locari in corpore vilissimo: quod est
terra: ⁊ ad illud limitari vt priuentur potentia motiua
que si possent male vterentur propter malitiam volun
tatis. ¶In quarta etiam est iustitia: quia sicut intelle
ctus beati determinatur ad videndū nobilissimum ob-
iectum: essentiam scilicet diuinam: ⁊ concomitatur vo-
luntas ad fruendū illo obiecto: stante tamen libertate
considerandi alia obiecta ⁊ amandi: quorum considera
tio ⁊ dilectio non impedit istud bonum. sic intellectus
mali determinatur ad intense considerandum aliquod
obiectum disconueniens: quia nolitum ⁊ imperfectum
quia corporale ⁊ voluntas ad nolendum aliquid posi-
tum inesse: quod est contristatiuum ⁊ aufertur libertas
considerandi ⁊ volendi alia per que considerata ⁊ voli
ta posset in illa punitio diminui: ⁊ ratio tam in beato q̃
in istis est: quia per intellectum et voluntatem precise
meruerunt: ⁊ ille sunt nobilissime potentie nature intel
lectualis: in quarum per consequēs perfectione vel im
perfectione precise consistit perfectio vel imperfectio
talis nature. ¶In quatuor alijs penis scilicꝫ tristitijs
I satis apparet iustitia: qꝛ consumatio pene requirit tri-
stitiam: si autem de hominibus damnatis post iudici-
um loco secunde detentionis ponatur ardere in igne: ⁊
in loco quarte tristitie ponatur dolor in appetitu sensi-
tiuo: tunc est ibi iustitia ex correspondentia illius a-
cerbitatis ad delectationem inordinatam quam ha-
buit in peccato.

De quarto articulo sicut dictū est di-
sta misericordia liberans totā miseriam excludit: par- q.2.
cens: sed non liberans partem eius que debetur exclu-
dit: prima non est hic sed secūda. Ad quod ponitur ta- Th.vi.p…
lis ratio: agens ⁊ patiens semper sibi proportionabili- ar.2.q.2.so…
ter respondent: ita ꝙ sicut se habet agens ad actionem primā qst…
sic patiens ad passionem: que aūt sunt inter se inequa- unculam:
lia non habẽt similem proportionem ad alia: nisi inter
se inequalia: sicut senarius ⁊ quaternarius: qꝛ sunt in-
equales habent proportionem duplam ad ternarium ⁊
binarium consimiliter inequales: ergo quando agens
excedit patiens oportet ꝙ actio excedat passionem. Et
hec conclusio confirmatur: quia videmus in omnibus
agentibus equiuocis ꝙ patiens non recipit totum ef-
fectum ¶Ex hac conclusione ad propositum sic dans
se habet per modum agentis: ⁊ recipiens per modum
patientis: ergo quanto dans superexcedit recipientẽ
conueniens est vt datio excedat illam receptionem que
est proportionata recipienti: pro eodem aūt computa-
tur minus malum ⁊ maius bonum: vt dicitur in. v. ethi
co. ergo deus sicut semper dat vltra condignum ita sem
per infligit malum citra condignum. ¶Contra illam
rationem arguo primo sic: si duo habeant eandem pro- Ca.6.
portionem ad alia duo: quantum vnum illorum excedit
reliquū illorum tm̄ vnum istorum exceditur a reliquo
illorū: ⁊ hoc loquendo de tātū ⁊ quātū sm proportionẽ
non sm quantitatem. Apparet in exemplo suo: sicut se
habet senarius in sexquialtera proportione ad qua-
ternarium: sic ternarius ad binarium: sed non quantū
excedit agens patiens tm̄ excedit actio passionem: qꝛ
in proposito agens vel dans in infinitum excedit pas-
sum vel recipiens: nec tamen illa datio est vltra condi-
gnum in infinitū. ¶Si dicas ꝙ immo: qꝛ actio diuina
est infinita ⁊ datio quantum est ex parte sui: qꝛ est velle
suū: tunc ratio non est ad propositum: nam ex hoc non
sequitur ꝙ istud agens habeat aliquid maius causare
extra q̃ conueniat passo recipere: neq ꝙ det extra ali-
quid maius q̃ conueniat recipienti recipere: sed tm̄mo
do ꝙ actio eius manens in se est quoddam perfectius
receptione illius: ita esse in effectu non daretur isti nisi
minimum proportionatum sibi. ¶Preterea exemplū
suū est ad oppositum: si enim agentis equiuoci non to-
tum effectū recipiat ipsum passum: ergo vel ipsum pas
sum vel aliud passum: ⁊ tunc semper agens equiuoce re
quirit simul plura passa: vel nullum passum: ⁊ tunc cū
effectu in passo habebit alium: effectum per se stantem
quorum vtrūq est maximum inconueniens: vnde licet
possit colorari ratio loquendo de actione faciendo bri-
gam in hoc ꝙ actio accipiatur manens in ipso deo agen
te: tamen loquendo de effectu sicut hic dicit: passum nō
recipit totum effectum agentis equiuoci: est manifeste
falsum: ⁊ ita etiā loquendo de actione vt est in passo: si- T.c.34
cut loquitur philosophus. iij. physico. ¶Ad rationem
ergo vel maior est falsa vel minor: vel equiuocat propor
tionem: ⁊ hoc loquendo de actione prout est aliquid in
passo: si enim accipiat proportionem proprie ⁊ sic simi-
lem esse proportionem agentis ad actionem ⁊ patien-
tis ad passionẽ falsa est hec proportio: sicut ⁊ ista: quā-
tum agens excedit formam ab agente tantum patiens
excedit formam in ipso receptam: nec ille intellectus
similis proportionis inter hec quatuor: sequitur ex illo
antecedente agens est proportionatū patienti. illa cm
sunt in hoc proportionata in hoc: ꝙ istud est actu tale
quale illud est in potentia: vbi illa duo sunt extrema
vnius proportionis: quomodo ex hoc pōt inferri ꝙ illa

duo habent ſimilem proportionem ad alia duo: ſcilicet actionem ⁊ paſſionem niſi ſupponēdo ꝙ actio ſit actu tale: quale paſſio eſt in potentia: quod eſt falſum: ſi autem aliquo modo accipiat improprie proportionem in maiori non: ſcilicet ſm excedentiam ⁊ exceſſum: ſed aliquo modo alio: ſm quem forte poſſet maior habere apparentiam: ſic non eſt illa regula vera: ꝙ inequalis nō habent ſimilem proportionem niſi ad inequalia. ¶ Dico ergo ꝙ huius concluſionis: ſcilicet ꝙ in punitione eſt miſericordia parcens: melius fundamentum habetur. Jaco. ij. Miſericordia ſuperexaltat iudicium: quia ſicut dictum eſt in principio ſolutionis quanto ad aliquod opus concurrunt plures virtutes: tanto illud eſt perfectius. Si ergo iudicium ſit a iuſtitia ⁊ cum hoc a miſericordia tanto perfectius eſt: ſic autem eſt: ſi infligendo aliquod quod iuſtitia dictat infligendum remittitur aliquid ad quod miſericordia inclinat remittendum: et ſic iudicium diuinum ſuperexaltat miſericordia pro quanto perfectius eſt ex miſericordia ꝙ̄ eſſet ex ſola iuſtitia. ¶ Contra hoc. immo magis miſericordia videtur deſtruere iudicium iuſtum: q: ſicut ex iuſtitia vindicandum eſt: ita vindicandum eſt porportionaliter delicto: ergo ſicut eſſet contra iuſtitiam non vindicare ita non totaliter vindicare. ¶ Reſpondeo dare bonum indebitum non eſt contra iuſtitiam: quia eſt

B liberalitatis: ⁊ actus vnius virtutis non repugnat alteri: ſed ſubtrahere bonum debitum eſt contra iuſtitiam: nunc autem pari paſſu currunt quantum ad iuſtitiam dare bonum: ⁊ non inferre malum: ergo inferre malum vltra debitum eſt contra iuſtitiam: quia ſubtrahere bonum debitum: ſed inferre malum citra debitum non eſt contra iuſtitiam: ſicut nec dare bonum indebitum.

¶ Contra hoc adhuc ſtat ratio: quia tunc non eſſet cōtra iuſtitiam nullum malum inferre: ſicut nec maximū bonum indebite dare. ¶ Confirmatur: quia huic culpe intenſe in tribus gradibus ſm ſtrictam iuſtitiam correſpondet pena habens tres partes. a. b. c. cum iuſtitia ſtat ꝙ. c. nō infligat ex datis: ex hoc ſequitur primo ꝙ pari ratione iuſtitia ſtaret ꝙ. b. non infligeretur: quia non magis neceſſario dictatur. b. infligēdum ꝙ̄. c. ⁊ ita de. a. ¶ Secundo ſequitur. ꝙ iuſtitia permittit vnum gradum in peccato eſſe īpunitū punitiōe propria: ergo pari ratione poteſt permittere alium gradum impunitum: ⁊ ita totum. ¶ Reſponſionem quere.

Ad argumenta principalia. Ad primū Auguſti. loquitur de malo culpe non pene: quia deus eſt bene iudex malorum. Deuteronomij. xxxij. Mihi vindictam ⁊c. ¶ Contra ſaltem probatio Auguſti. ſtat: q: nullo ſapiēte auctore fit homo deterior: nec ergo multo magis deo auctore ſit homo deterior: ſicut ipſe arguit: ſed per punitionem fit homo deterior: quia addi-

D tur malo malum. ¶ Reſpondeo ſtantē primo malo ſecundum malum additum: licet ſit deterius iſti: non tamen ſimpliciter: quia non in comparatione ad vniuer-

Ca. 9. ſum: cuius ordo requirit malum illud manens per malum aliud ordinari. Exemplum melius fuiſſet ceco nato de quo Joannes loquitur a principio vidiſſe: non tamen melius in ordine ad manifeſtationē diuine ſapientie ⁊ bonitatis: cum ergo accipitur nullo ſapiente auctore fit homo deterior: vel exponēdum eſt de malo culpe: vel ſi ſimpliciter de malo: diceretur ꝙ ille per penā additam non fit ſimpliciter deterior: licet multipliciter habeat malum: quia proportio mali ſecundi ad ma-

Th. di. pñ. ar. 1. q. 3. i ſo lu. pnci. lum primum in eo iuſta eſt. ¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ ſi malus perpetuo vixiſſet perpetuo peccaſſet: ⁊ ideo perpetuo punitur: quia perpetuo peccauit in voluntate: et eſt ratio Gregorius morali. ¶ Contra. aliquis peccat cum propoſito penitendi: ergo nec explicite/ nec implicite in voto perpetuo peccat. ¶ Reſpondeo. exponit ſe perpetuitati peccati: ſicut dictum eſt in ſolutione de proijciente ſe in foueam. Et hoc maxime permanendo toto tempore vite ſine penitentia. ¶ Alius eſt modus dicendi qui videtur eſſe Auguſtini. xxi. de ciuit. c. xi. vbi videtur dicere ꝙ non requirit iuſtitia penam infligi perpetuam ad hoc vt ſit ſufficiens culpe: ſed ideo eſt perpetua. quia perſona perpetua ⁊ perpetuo manet in culpa. ait enim. Quod eſt de illa ciuitate mortali homines ſupplicio prime mortis: hoc eſt de illa ciuitate immortali homines ſupplicio ſecūde mortis auferre. ¶ Et Paulo ante de penis quibuſdam in iſta ciuitate inflictis: nonne inquit pro huius vite modo ſimilia videntur penis eternis: ideo quippe eterna eſſe non poſſunt: quia ipſa vita que his plectitur porrigitur in eternum. ¶ Uult dicere: ꝙ aliqua culpa talis eſt: que non meretur totalem excluſionem a ciuilitate. et hec eſt temporalis: reſpectu autē vite ciuilis aliqua tanta eſt que meretur totalem excluſionem ab illa vita ciuili: ⁊ illius intentio correſpondet culpe: extenſio aūt accidit ſcilicet ꝙ ſit finita: q: vita finita. ſic in propoſito culpa mortalis meretur totalem excluſionē ab illa ciuitate ſuperna: ſed ideo preciſe perpetua eſt: q: vita cum culpa eſt perpetua. ¶ Pro hoc videtur ratio: q: poſſibile eſſet deo ſm etiam ſtrictum rigorem iuſtitie taxare penam intenſam ſm ꝙ ſufficienter reſponderet culpe ⁊ ſi natura eſſet ſtatim annihilanda. ergo ꝙ pena eterna ſic infligitur non eſt: quia eternitas ſit per ſe de ratione pene inquantum equaliter punitiua: ſed accidit propter eternitatem perſone punite ⁊ culpe remanentis: ⁊ iſtud magis ſaluat quomodo ſm modum delicti erit et plagarum modus loquendo de intenſione que per ſe requiritur in pena: extenſio infinita ſibi accidit ex cauſis predictis. ¶ Ad aliud dico: ꝙ ſicut medicina eſt duplex: curatiua ⁊ preſeruatiua/ ſic pena dupliciter eſt, medicina corrigibili infligit vt curet: incorrigibili vt preſeruet non ipſum ſed alios: q: ad bonum cōmunitatis eſt ꝙ determinentur per legiſlatorem alique pene: et ꝙ iſte infligantur delinquentibus: ⁊ nō tantum in determinatione: ſed etiam inflictione ſunt medicine preſeruatiue illis qui ſunt in ſtatu preſeruationis: ꝙ autem punitio neutro modo ſit medicina non repugnat iuſtitie: patet in penis ciuilibus determinatis pro magnis culpis. ¶ Ad aliud dico ꝙ Jacobus intelligit de miſericordia liberante: ⁊ ſimiliter Auguſtinus. ¶ Ad aliud tantum ⁊ quantum non nominant equalitatem quātitatis: ſed proportionis hoc eſt ꝙ qui plus ſe inordinate glorificauit ꝙ̄ alius ille ſm proportionem ſimilem plus alio puniatur: ſicut licet premium excedat, meritū: qui plus alio meruerit plus proportionabiliter premiatur: quod nobis concedat ⁊c.

Lib. 34. c. 4. ſuper illud Iob. 4. Eſtimabit abyſſum ⁊c.

B

C

Deut. 25.

Solet etiam queri qualiter dabitur iudicii ſentētia &c. Diſtin. XLVII.

Circa iſtam diſtinctionem quero primo. Utrum vniuerſale iudicium ſit futurum: ꝙ non Joan. xij. Nunc iudicium eſt mūdi. ¶ Preterea Naum primo. Non puniet domi nus bis in idipſum. ¶ Item Auguſtinus ad felicianū: in quo quem inuenerit vltimus eius dies in eo inueniet eum vltimus ſeculi dies.

Queſtio. i.

In epiſtola de die iudicij.

Ex his omnibus cum hac addita iudicium vniuscuiusq; est quādo moritur sequitur q̄ nullum aliud iudiciū expectetur. ¶ Hoc etiam ꝓbatur ratione: qr sententia non demandatur executioni nisi post iudicium: qr frustra sequeretur iudicium post executionem sentētie: sed dānati erunt dānati ante diem iudicij: et beati beati: ergo executio fieret ante iudicium illius sentētie que tūc esset ferenda. ergo tunc fieret frustra iudicium. ¶ Preterea in psal. non resurgunt impij in iudicio.
Primo. ¶ Preterea Mat. xix. dicit christus apostolis. Sedebitis super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. ergo apostoli non iudicabuntur. Et pro hoc est Greg. moral. xxvi. et ponitur in littera di. xlvij. q̄ in iudicio erunt quatuor ordines. vnus illorum qui iudicabūt et non iudicabuntur. ¶ Oppositum Aug. xx. de ciuit. dei. c. xxi.
Ca. 20. sup illud Job 36. iudiciū pauperib⁹ tribuit. loquēs de fine libri Esaie permittit inquit ipse propheta fines ecclesie ad quos per vltimum iudicium facta beatorum malorumq; discretione venient: vbi pertractat diffuse illa verba Esaie vlti. veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Hierusalem et egredientur et videbūt membra hominum qui preuaricati sunt in me vtens translatione septuaginta interpretū qua et communiter vtitur. et in fine subdit: in bonis caro: in malis membra vel cadauera nominantur: profecto post resurrectionem carnis cuius fides his rerū vocabulis omnino firmat illud quo boni et mali suis finibus dirimentur futurum esse iudicium declaratur.

Respōdeo. Iudicium generaliter accipitur ꝓ quacunq; certa notitia et illo modo sensus etiā distincte apprehendens obiectum vel distinguens obiectum ab obiecto vbi requiritur forte magis distincta
A
T. cō. 145. et inde. apprehensio dicitur iudicium. Unde secūdo de anima dicitur sensus cōmunis iudicare de sensibilibus diuersorum sensuū. Alio modo iudicium dicitur certa apprehensio intellectualis etiam quecunq;: et hoc modo diffinitiua cognitio de aliquo potest dici iudicium de veri-
Ca. 3. tate illius. iuxta illud primi ethico. vnusquisq; bene iudicat que cognoscit et hic est bonus iudex. ¶ Adhuc magis proprie dicitur de vero aliquo complexo: quia ſm Augustinum. iij. de libero arbitrio. nullus iudicat de regulis eternis: sed ſm eas de alijs: ergo iudicium est certa apprehensio de aliquo per aliud omne verum complexum apprehenditur esse verum per aliud: quia si est immediatum adhuc iudicatur verū per rationes
Ca. 6. terminorum ſm philosophum primo posteriorum: principia cognoscimus inquātum terminos cognoscimus. ¶ Adhuc magis proprie dicitur de vero complexo quod est conclusio: quia de conclusione iudicatur nedum per terminos: sed per principia. ¶ Adhuc magis specialiter dicitur de conclusione practica q̄ speculatiua: quia iudicium est dictamen intellectus pra-
B cti ci consonum iustitie: iustitia autem non respicit speculabilia sed operabilia. ¶ Adhuc specialius cum lex non tantum determinet agenda et fugienda: sed determinat reddenda premia bene meritis: et supplicia male meritis: vt ex amore premiorum alliciantur ad bene agendum: et ex timore penarum vel suppliciorum retrahantur a male agendo magis proprie iudicium accipitur determinatio certa de premijs vel supplicijs reddendis q̄ de alijs veritatibus practicis illas autem veritates: licet quilibet possit ex principijs practicis elicere: et sic quasi ratiocinando iudicare: tamen adhuc strictius iudiciū accipitur prout pertinet
Ca. si nō a ꝯpe. l. i. 2. et ad habentem auctoritatem determinandi: iuxta illud: extra de sentētijs: sentētia a non suo iudice lata nulla est: ergo ꝯpletissima ratio iudicij stat in hoc q̄ est cōpleta determinatio et auctētica reddendi alicui ſm merita sua: completa in quam qr includit determinationē
vl. idez de re iu. in. 6.
C firmam intellectus et determinationē voluntatis efficacem: hoc est voluntatis potētis et intendentis ſm determinationem intellectus retribuere / et hoc est quod specificatur per illud auctētica. qr per hoc intelligitur q̄ sit illius qui ſm voluntatem suam efficacem potest determinationem intellectus et determinationē voluntatis perducere ad effectū. ¶ Ex hoc apparet diuisio iu-
D dicij in genere in approbatiuū et condēnatiuū: nam iudici possunt esse manifesta aliqua ex quibus sequit in particulari illum esse premiandum: puta qr bene meruit vel puniendum qr male meruit: et prima sententia est approbatiua: secūda condēnatiua. iuxta ista quandoq; in nobis feruntur due alie sentētie: puta si pro aliquo proponant digna merito et iudex inueniat proposita non esse vera: sequitur sentētia repulsiua a premio. Similiter si contra aliquem proponant aliqua digna supplicio et inueniant non esse vera: sequit sentētia absolutiua seu absoluens: puta talem coram nobis accusatum pronunciamus innocentem.

De secūdo dico q̄ proprie accipiendo iudicium et ſm vtrūq; membrum diuisionis erit iudiciū generale: ad quod non potest haberi demonstratio: qr minus notum est q̄ resurrectio: et tamen (vt dictum est
dist. 34. supra) resurrectio demonstrari non potest. ¶ Sed ponuntur ad istud quatuor cōgruentie. prima talis: quia congruū est finaliter separari omnes malos ab omnibus bonis: non enim malus cōmunicat cum bono / nisi vel ad hoc vt malus corrigatur: vel vt bonus per eum exerceatur ſm illud Augu. super psal. nunc aūt veniet finalis determinatio vbi nec vltra boni exerceātur nec mali corrigantur: ergo congruū est ferri finaliter generalem sententiam: ergo et generale iudicium vt separatio illa generalis appareat iusta. ¶ Secūda congruentia: qr in secretis iudicijs que fiunt circa singulas personas licet sit iustitia: non tamen omnibus manifesta. Rationabile est ergo q̄ deus habeat aliquod iudiciū generale in quo manifestetur sentētia vel iustitia quā exercuit in iudicijs particularibus. ¶ Tertio cōgruentia: sicut res sunt a primo efficiente ita reducuntur in primum vt in finem: sed preter speciales exitus rerum a deo per illam operationem de qua dicit saluator Jo-
Ca. 5. an. Pater meus vsq; modo operatur et ego operor: fuit vnus exitus vniuersalis in prima rerum creatione: ergo a simili preter singulares reductiones congruit esse vnam finalem reductionem in finem suum. et per consequēs ad hec vnā finalem sentētiam discretiuā: qr mali non reducuntur. ¶ Quarta et est melior: qr preter hoc q̄ vnusquisq; ascribatur regno vel carceri tota multitudo premissa ad regnum debet aliquando determinari ad possidendum illud et tota alia multitudo relinqui carceri: vt sic sit sequestratio duarū familiarum seu duarum ciuitatum: sicut tractat Augu. per totum de ciui. dei: licet ergo singulariter nunc iste nūc ille ascribatur regno: nunc iste nūc ille carceri: tamen congruū est esse aliquod iudicium generale per quod tota multitudo ꝑuisa ad regnum mittatur in possessionem regni: et tota alia relinquatur carceri.

De tertio. In illo iudicio aliquid erit
E preuium videlicet innotescentia meritorum vel demeritorum propter que feretur sententia talis vel talis: et aliud completiuum scilicet latio sententie et executio

illius licet possint distingui latio et executio. ¶ Primum dubium est: an fiat in tempore vel instanti: et si in tempore breui vel non breui: possibile quidem quod merita singulorum omnia singulis innotescant: ita quod sit miraculum ex parte ostensionis: tamen si dimittatur vnusquisque intellectus suo modo intelligendi naturali: tunc in tali ostensione requiretur magnum tempus ad intelligendum merita successiue primo istius. secundo illius: et sic de singulis. ¶ Secundo possibile est quod vnicuique manifestentur merita vel demerita propria in speciali: et merita vel demerita aliorum: in generali: et hoc dupliciter vel sic quod singulas personas consideret: tamen hanc vt iustam et premiandam propter merita eius in generali concepta: et illam vt iniustam et puniendam propter demerita eius concepta in generali: vel alio modo non singulas personas concipiendo in speciali: et merita eorum in generali: sed tam personas quam merita in generali: vtpote concipiendo omnes relictos in terra esse reprobos et iuste condenandos: omnes autem raptos christo obuiam in nubibus esse iustos et premiandos: et illorum premium requireret magnam successionem: quia consideratio sigillatim singularum personarum: licet sine consideratione singulorum meritorum non posset fieri subito a communi intellectu creato sine miraculo. ¶ Tertio modo in generali:

B vel quatuor in speciali possibile esset per potentiam diuinam non tantum manifestantem: sed creantem actum vel actus cognoscendi et intellectiones distinctas omnium meritorum: et hoc omnium personarum simul in quocunque intellectu: quia quecunque non repugnant formaliter et possunt successiue recipi in aliquo absoluta potentia diuina possunt simul recipi in eodem. Et si istud vltimum ponatur tunc illud preambulum non oportet esse nisi in instanti sequens: scilicet ipsa sententia lata si proferatur vocaliter erit in tempore: si tamen mentaliter poterit esse in instanti: non tantum quantum ad christum proferentem: sed etiam quantum ad illos pro quibus vel contra quos sententia proferetur: quia posset facere eos in instanti concipere sententiam talem vel talem.

D ¶ De quarto si erit ibi disceptatio vocalis vel prolatio sententie vocalis erit in tempore: si autem erit in instanti oportet quod vtrunque sit tantum mentale et eius possibilitas iam dicta est: vel quod magis videtur consonare euangelio quod disceptatio erit vocalis et prolatio sententie siue illa disceptatio manifestetur singulis subito vel in paruo tempore vel in magno. ¶ De loco autem dicunt aliqui quod erit in valle iosaphat secundum illud Iohelis .iij. Adducam omnes gentes in valle iosaphat Sed plane vult apostolus .i. Thes. iiij. Quia boni rapientur obuiam christo in aere: mali relinquentur in terra: et boni non erunt in valle iosaphat mali forte erunt ibi vel in circuitu in tanto loco quatenus poterit eos capere. forte etiam conijcitur ab aliquo quod iudex descendet inferius in aere: in quo fuit in transfiguratione: vel in quo transfiguratus est coram apostolis in qua transfiguratione ostendit signum glorie future.

(Margin: Mat. 25. — Ni. de li. su p. 3. Johel. et quartuz ad thes. i. e. pke. Th. pnti di. gr. 2. q. 2.)

Ad primum argumentum sequitur ibi nunc princeps mundi huius eijcietur foras princeps scilicet diabolus qui vsque ad aduentum christi principabatur mundo: licet tyrannice: ergo iudicium mundi quod nunc est ait christus erat ad illam eiectionem: quia sententiabatur ipsum expellendum per passionem christi.

T.c.16. brum probat per hoc ꝙ omnis potentia est actus gra
tia sicut inducit:et in naturalibus et in artificialibus:
actus autem est vltimum:non gratia vlterius.maxi=
T.c.16.ad me autem quando est operatio et non factio:vnde cõ
finem. cludit quare et felicitas supple consistit in operatiõe.
T.c.17. probat autem.vita nanq; qualis quedam est. ¶ Pre=
terea.idem.ij.de celo et mundo.Omnis substantia cu
ius est operatio:est propter operationẽ suã . ¶ Pre=
terea.Augustinus primo de doctrina christiana.c.vj.
Summa merces est vt ipso perfruamur deo.s.summa
autem merces est beatitudo ſm ipsum.ipso autẽ per=
frui est operatio.

Quæstio Secunda.

Iuxta hoc querit̃ .Vtrũ
beatitudo immediatius perficiat es
sentiam vel potentiam ipsius beati?
Q ꝙ essentiã.probatio.nobiliori ꝑfe
ctioni correspondet nobilius perfe=
ctibile tãq̃ proprium beatitudo est
nobilissima perfectio:essentia autem
est nobilior aliquo modo q̃ potentia si differãt re vel
saltem ratione:si differant ratione:quia qualis est or=
do aliquorum distinctorum realiter.talis est ordo eo=
rũdem ſm rationem quando distinguuntur rõne pri=
ma ꝓpositio:licet habeat instantiã de perfectionibus
alterius rationis ſm genus:puta de substãtiali ⁊ acci
dentali.siquidem perfectio substãtialis : quia dat esse
simpliciter:habet ꝓ perfectibili ens in potentia sim=
pliciter:perfectio autẽ accidentalis.q2 dat esse ſm q̃d.
requirit perfectibile simpliciter ens in actu:tñ de ꝑfe=
ctionibus accidẽtalibus cõparatis inter se videt̃ esse
vera cõparãdo ad ꝑfectibilia receptiua accidentium:
q2 si iꝑfectius est capax alicuius accidẽtis.qd maxi
me perficiat ipsum accidentaliter;superius non potest
summe perfici accidẽtaliter illa perfectiõe:nec aliqua
nisi excellentiori. ¶ Preterea.quicquid est ĩmediatũ
susceptiuum alicuius accidẽtis si posset ꝑ se esse:pos=
set ꝑ se recipere illud accidẽs:nullum aũt aliud posset
recipere nisi mediante illo.ergo si potẽtia anime pos=
set esse separata ab essentia:posset recipere beatitudi=
nem:⁊ per consequens esset beata.essentia autem non
sine illa:⁊ ita natura ~~non~~ intellectualis posset esse bea
ta:q2 accidẽs:⁊ natura intellectualis lʒ manens in se
non posset esse beata: q2 carens immediato suscepti=
uo beatitudinis:saltem istud argumentum videt̃ ha=
bere difficultatem ponendo potentiam aliud re ab es=
sentia:potest tamẽ ꝓportionaliter argui de distinctio
ne ratiõis si ponatur ibi talis distinctio. ¶ Preterea
tertio.natura intellectualis non erit beata nisi per ac=
cidens sicut lignum calefacit:q2 calidum.consequẽs
est inconueniens:quia talis perfectio ꝑ accidens non
est essentialiter perfectio illi⁹ cuius est ꝑfectio ꝑ acci=
dens.consequẽtia ꝓbatur:quia ita inesset nature bea=
tificabili beatitudo per accidens.s.per mediũ aliquod
ſm vnam opinionem de potentia.sicut calere inest li=
gno calido mediante calore:vel saltem quasi acciden
taliter ſm aliam opi.quia per illud ratiõe distinctum:
qd si esset re aliud esset vere per accidens. ¶ Opposi
tum.beatitudo per se cõsistit in operatione ex auctori=
tatibus adductis ad oppositũ prime questionis:ope=
ratio autem immediatius perficit potentiam q̃ essen=
tiam:quia nõ competit operatio essentie nisi mediãte
potentia.ex.ij.de anima.⁊.ix.metaphysice. T.c.6.⁊ iij

Ad istam secũdam questionem dici= T.ca.10.⁊
tur ꝙ beatitudo principalius perficit essentiam:q̃ po circiter.
tentiam:modus ponitur iste:beatitudo principalius Hẽ.quoli.
consistit in obiecto qd est beatitudo increata inquan= 13.q.12.
tum est bonum voluntatis create:ipsa autem anima
vel natura angelica mediãte volũtate transformatur

vt cõuertat in istud put possibile est: et hoc vt amoris
sm q vult Diony. qr amor est virtus transformatiua
Cap. 7. de ange. hier. et cõuersiua amātis in amatū. et Hug. super illud ca-
lidū acutū et semp feruidū amor vnum te facere vult
al. super. cum ipso. s. amato: et post. dilectiuus igerit se: vt si fie-
ri possit hoc ipsum sit. qd ipse. s. quem amat. et fit vnio
quodāmō per vim amoris. vt expelli incipiat et exire
a se et incipiat esse qd amat. ¶ Ex his sic. vt natura
amans exeat a se et incipiat esse qd amat nō potest fie
ri nisi per circūcessionem: nō autem anime vel nature
creature illabentis diuinitati: sed potius ecōuerso: vt
in natura tali nihil appareat nisi diuine dispositiões:
immo appareat esse aliud q̄ deus: sicut ferrū candēs
in igne lucet et ardet vt ignis quasi non sit nec appa-
reat esse aliud q̄ ignis. ex hoc modo intelligendi ar-
guitur pro cōclusione. cum beatitudo sit per illapsum
vel circūincessionē obiecti beatifici respectu beatifica
bilis: et iste illapsus vel circūincessio poti⁹ sit in essen-
tia q̄ in potentijs: nam ex illapsu in essentiā redūdat
vel deriuatur in potentias. non autem ecōuerso: quia
a priori fit deriuatio vel redundantia in posterius nō
econuerso. siue sit ordo rei vel rationis: illud autē est
principalius tale a quo aliud est tale non ecōuerso. er-
go etc. sequitur ergo propositum. ¶ Preterea. et est
quasi idem: in essentia principalius habetur deus qui
est beatitudo per essentiam q̄ in potentijs. essentiam
enim perficit quodāmodo per suam essentiam. s. per il
lapsum modo predicto. potentias autem non nisi per
operationes terminatas ad ipsam essentiam sub ra-
tione veri et boni: perficit autem illud pricipalius qd
per se perficit sub propria ratione q̄ illud qd termina-
tiue tm̄ pficit sub ratiōe attributali. ¶ Preterea. glo
ria est gratia cōsummata: gratia autem principaliter
est in essentia anime et redundat in potentijs sub ra-
tione habitus et virtutis. ergo etc. ¶ Preterea. iusti-
tia distributiua respicit dignitatem recipientis sm p-
portionem geometricā vt. s. magis digno plus de bo
no tribuatur: sed natura intellectualis est nobilior et
dignior sua potentia re vel ratione. ergo etc. Et istud
coincidit cum prima ratione ad istam questionem.
¶ Additur autem q perceptio huius perfectiōis nō
conuenit essentie nisi per potentias. per intellectum
quidē ipsam cognoscendo: per voluntatē tanq̄ ipsam
degustādo dicente Hug. super iam dictum capl'm. vij.
duo sunt cognitio et amor: cognitio illuminat: amor
tanq̄ refectio satiat in his beatitudo consistit in co-
gnoscere et amare bonum. ¶ Pro auctoritatib⁹ au-
tem philosophorum ad oppositum dicitur. q sm intē
tionem ipsorum beatitudo hominis vel angeli nō re-
spicit ipsorum essentiam: sed tātummodo potentiam
mediante: operatione sed hoc dixerunt: quia non vi-
derunt veram beatitudinem: quia vera beatitudo cō
sistit non solum in actu voluntatis et intellectus: sed
principalius in ipso obiecto: et hoc p illapsum vel cir-
cūincessionem modo predicto. ¶ Contra istam opi.
primo sic: deus non aliter se habet in se nunc q̄ prius
nec aliter illabitur huic aīe vel angelo nunc q̄ prius
considerando precise essentiam hincinde: quia sm il-
lum illapsum essentie diuine in essentiam creature. est
semper vniformitas manēte essentie creature. ergo si
est aliqua nouitas in anima beata. oportet q hoc sit
per aliquem effectum nouum causatū a deo in illa es-
sentia. ille effectus dicitur beatitudo eius formaliter
siue essentialiter: et non potest esse principaliter in es-
sentia vt distinguitur a potentia: quia tunc esset actus
primus: per nullum autem primum actum distinctum
a secundo potest creatura immediate attingere essen-
A tiam diuinam. ¶ Confirmatur. nihil mutatur pro-
prie nisi nouum aliquid sibi inhereat formaliter: bea-

tus aliter se habet nunc q̄ prius nō beatus: ita q mu-
tatur de miseria in beatitudinem: essentia autem diui
na per quēcū q̄ illapsum nō est forma eius. ergo opor
tet aliquid aliud sibi inesse quo formaliter sit beatus.
¶ Preterea. ille illapsus est prior natura quacunq̄
operatione cum sit sm aliquem actum primum vt ar-
gutum est. ergo absq̄ contradictione posset esse sine
operatione: et per consequens non operans: sed se ha-
bens vt dormiens posset esse principaliter beatus. qd
habet Aristote. pro inconuenienti. xij. meta. ¶ Pre- T. c. 51.
terea. creatura est beata proportionaliter aliquo mo-
do illi: modo quo deus est beatus: sed deus nō est bea
tus precise per hoc q est idem sibi: sed per hoc q est i-
telligens et volens se tāq̄ obiectum. alioquin ex hoc
q est beatus non posset inferri q est intelligens: quia
si non haberet intellectum adhuc esset idem sibi: si-
cut lapis est idem sibi. ¶ Hoc breuiter sic arguitur. si
beatitudo diuina non consistit completiue in idētita-
te beatificabilis ad obiectum beatificū. ergo nec bea-
titudo creature consistit in aliqua identitate vel in-
traneitate obiecti beatifici per illapsum: quia si ibi vl-
tra idētitatem requiritur operatio: multo magis hoc
vltra illapsum. quicquid enim poneretur principali-
ter beatitudo et aliquid ibi eminenter correspondens
esset principaliter beatitudo. isti autē illapsui quo ani
ma dicitur quasi deifica longe eminenter correspon-
det ibi idētitas dei. ¶ Que autem adducuntur pro
opinione: quedam sunt contra eam: pro ea autem nul
la cogunt. nam primo modus ponendi videtur conce
dere q iste illapsus sit primo in potentiis: et ita beatitu
do principaliter ibi: probatio antecedētis. dicit enim
q per amorem qui est vis transformatiua amans in-
cipit exire a se et esse illud qd amat: qd non potest fieri
nisi per circūincessionem vel illapsum ex hoc sequitur
q per amorem fiat illa circūincessio vel illapsus ama-
ti in amantem. constat autem q amor vel dilectio de
quibus loquitur Hugo sunt per se potentie volunta-
tis. Istud etiam dictum exire a se est metaphoricum:
sicut apparet per philosophum in politicis. lib. ij. c. iij.
et in. vij. c. v. Nihil enim minus aliqd est id quod fuit
quia amat aliud. ratio autem huius metaphore et om
nium talium hec est: quia in attingendo vel acceptan
do vel appreciando verius est amans amatum q̄ ip-
summet et quiescendo in illo: et hunc intellectum pla
ne dicit Hugo vbi prius. Qui solum īquit appetit qd
amat seipsum despicit in cōparatione illius qd amat:
et hoc est qd dicit Augu. in. xiiij. de ciui. dei. c. vlti. ciuita
tem dei fecit amor dei vsq̄ ad contemptum sui. s. amā
tis pro tanto. ergo amans exit extra se: quia suum esse
paruipendit in comparatione amati: ita q magis ap-
petit destrui esse suum q̄ amati: sed ex hoc non sequi-
tur aliqua circūincessio vel illapsus sicut ille arguit.
¶ Prima ergo ratio non cogit. patet ex dictis: quia
procedit ex ratione illapsus istius. Esto etiā q in bea
titudine sit quidam specialis illapsus. iste non est es-
sentie diuine in hanc essentiam: vt essentia: sed est es-
sentie diuine vt obiecti beatifici in hanc vt attingentē B
ipsum vt obiectum: attingit autem principalius et im
mediatius per potentiam. ¶ Qd etiam arguitur ibi
de redundantia que fit a priori in posterius non econ-
uerso: non cogit: quia nihil prohibet aliquid respectu
eiusdem esse prius et posterius alio et alio modo: et eo
modo quo aliquid prius est. potest illud qd est sibi p-
prium redundare ab ipso in aliud quod tali modo est
posterius: sicut licet esse redundet in calorem a substā
tia: tamen calere econuerso conuenit substantie a calo
re. Si ergo esset prioritas essentie respectu potentie: et
hec redundantia actus primi perficientis essentiam. si
quis esset. fieret in potentia: tamen actus secūdus qui

primo conuenit potentie redundabit ab ipsa in essentiam. ¶ Potest ergo ex hoc argui oppositum sic. illud est principalius a quo aliquid redundat in aliud: sed beatitudo redundat in essentiam vt essentia ab ipsamet vt est potentia: sicut et attingere obiectum beatificum tali ordine competit essentie et potentie. ¶ Secunda ratio non cogit. loquendo enim de perficere formaliter hec est falsa. essentia diuina principalius perficit essentiam q̃ potentiam: quia deus vt illabens essentie nõ perficit eam formaliter: sed tñ sicut aliqua causa extrinseca vt obiectum: illabens autem potentie perficit eã tã q̃ causa extrinseca vt obiectum: et
E perficit eam formaliter per formam causatam que est operatio attingens ipsam vt obiectum. si autẽ loquaris de perficere qualitercunq̃ informando vel aliter vt accipias ꝙ per illapsum verius perficit essentiam q̃ potentiam. si concederetur non sequitur propositum. nam istud perficere pertinet ad actũ primum: non est ergo perficere beatificum. ¶ Et si dicas sufficit mihi ꝙ sit verius perficere q̃ aliquod perficere actus secũdi. ex hoc enim sequitur ꝙ essentia erit principalius perfecta nobiliori perfectione q̃ potentia: ergo et beatitudine: vel aliqua erit nobilior perfectio q̃ beatitudo. ¶ Rñ. substantia est magis ens
E.c.4. quocũq̃ accidente. vij. metaphysi. ergo essentia angeli vel anime est simpliciter perfectius sua beatitudine inherente que accidens est. ergo non est inconueniẽs ꝙ aliqua pfectio que est actus primus anime vel angeli in esse substantiali sit verior eius perfectio: quia intimior: si etiam in se nobilior perfectio q̃ beatitudo
D vel aliqua pertinens ad actum secundum. beatitudo tamen est nobilissima perfectio secunda: sicut dictum est in precedenti solutione. sed quacũq̃ secunda est aliqua prima simpliciter nobilior in creaturis vbi secunda et prima sunt re distincta. ¶ Potest etiam negari illa propositio ꝙ deitas per illapsum verius perficit essentiam q̃ potentiam: quia illapsus in essentiam vt essentia est quodammodo generalis toti creature. licet vnicuiq̃ proportionaliter sm suũ gradum entitatis: sed ille qui est essentie vt obiecti in potẽtiã est specialis nature nobilissime. est ergo aliquis illapsus in potentiam nobilior illo illapsu qui est in essentiam: licet ille qui est in essentiam ad esse sit principalius essentie q̃ potentie sicut et esse. ¶ Sed contra hoc arguitur. quia illapsus essentie vt obiecti presupponit illapsum essentie vt intimantis se essentie. illud autem est perfectius a quo aliud dependet non econuerso. ¶ Rñ. non omne prius generatione est prius perfe-
E.c.15. ctione. ix. metaphysi. ista autem precessio illapsus per intimationem ad illapsum in ratione obiecti nõ probatur prior nisi generatione: non enim est necessaria causa actiua illius posterioris: quia ille est: quãdo secundus haberi non potest sicut in via. ¶ Istarum duarum responsionum ad secundam rationem prima videtur verior et satis soluit ꝙ aliquis illapsus simpliciter perfectior non est beatificus. alius simpliciter minus perfectus est beatificus. Exemplum. perfectissimus illapsus est in naturam humanam vt personaliter vnitam verbo: nec tamen ille est formaliter beatifi-
q.prima. cus: vt apparet. iij. lib. dist. ij. Quis iste doctor dicat cõtrarium vt ibi dictum est. illapsus autem dei trini in michaelẽ. qui est simpliciter minus perfectus est simpliciter beatificus. ¶ Tertia ratio ducitur ad oppositum: quia gratia immediate perficit potentiam: non essentiam sicut dictum est lib. ij. dist. xxvj. quia forma perficiens passiuum: vt illimitatum vel indifferens ad plura indifferẽter perficit ipsum in ordine ad illa plura. sicut si aliqua forma perficeret solem inquantũ est illimitate actiuum respectu omnium inferiorum: indifferenter ipsum perficeret in ordine ad vnam actionem et aliam: gratia autem non perficit animam indifferẽter in ordine ad intellectionem et volitionem: sed solummodo in ordine ad volitionem. probo: ipsa
enim est primo grata et nulla alia nisi ab ipsa. ¶ Si instetur maiori propter illud indifferenter saltem ista est vera ꝙ forma perficiens passiuum: vt illimitatum ad plures actiones non perficit ipsum precise in ordine ad vnam actionem: quia statim sequitur oppositum subiecti. scilicet ꝙ perficit illud vt limitatum et determinatum ad vnam actionem. gratia autem precise non perficit animam ad intellectionem et volitionem: ita ꝙ intellectio precedens volitionem non est grata nec meritoria: sequens etiam non est grata nisi quia est imperata a volitione grata. ¶ Si instetur minori prime rationis: quia essentia non est actiua: sed passiua mediantibus istis potentijs: hoc licet sit falsum: saltem de voluntate vt dictum est in secundo lib. distinc. xxv. tamen potest accipi similis maior de potentia passiua: nulla forma perficit susceptiuum inquantum indifferens ad plura precise perficit ipsum in ordine ad vnum illorum: gratia est huiusmodi vt prius: immo nullus habitus videtur perficere essentiam nisi vt habet rationem potentie: tãdem stetur in ista. Nulla forma perficit aliquid inquantum illimitatum vel indifferens ad plura que precise perficeret ipsum si esset determinatum ad alterum illorum: G
sed si anima esset tantum intellectus non posset perfici gratia: quia nec habere actum gratum et si haberet actum: si autem per impossibile esset tantum voluntas posset perfici gratia: quia si per impossibile haberet actum: haberet illum gratum. ¶ Quarta ratio ducitur ad oppositum: quia cui debetur maius bonum ei reddendum est eo modo quo magis potest sibi esse bonum: sed anime magis potest esse bonũ beatitudo si sit in potentia q̃ si esset in essentia immediate: sicut maius bonum est anime videre deum per intellectum q̃ per essentiam vt essentia: quia videre nõ est natum esse bonum eius nisi per intellectum: sic non est natum esse eius bonum habere obiectum beatificum vt beatificum nisi per potentiam attingentem ipsum per operationem. ¶ Quod etiam additur ibi ꝙ perceptio beatitudinis principaliter competit potentie: videtur concludere oppositum propositi: quia perceptio obiecti beatifici videndo et degustando non est accidentalis vel aduentiens beatitudini: sicut dicit Hugo in auctoritatem quam adducit. in his inquit beatitudo consistit in cognoscere et amare bonum. ¶ Probatur etiam ratione: quia miseria essentialiter includit perceptionem obiecti disconuenientis: loquendo de miseria completa que est H
cum pena. principalis enim pena que consistit in tristitia: vt supra dictum est distinc. xliij. quest. ij. per se z.4.6.q.1.
consequitur perceptionem obiecti disconuenientis: ergo perceptio obiecti conuenientis necessario non sequitur beatitudinem: quia tunc beatitudo non eque necessario delectaret sicut miseria cruciaret. ¶ Quod vlterius additur de philosophis non videtur probabile contradicere eis in illo primo noto de beatitudine ꝙ consistat in operatione vel non: licet enim errauerint: vel potius non attigerint in quo obiecto vel magis sub qua ratione sit beatitudo: tamen istud primum motum in quo sit perfectio finalis creature rationalis an. s. in potentia vel essentia: quorum distinctionem habemus ab eis: an etiam in operatione vel habitu que similiter habemus ab eis non est verisimile eos latuisse.

Ad quæstionem ergo dico q duplex potest esse intellectus questionis. vnus supponendo q alia sit perfectio essentie et alia potentie: que illarum sit principaliter beatitudo. et sic videtur predicta opinio dicere q ille illapsus qui est in essentia vt essentia: qui est quodammodo prior operatione: que est perfectio potentie sit principaliter beatitudo. secundum hunc intellectum dico. q beatitudo non consistit principaliter in essentia: quia nihil quod perficit essentiam vt essentia est distincta qualitercunq a potentia potest esse nisi actus primus: et forte nullus habitus. nihil autem tale potest esse principaliter beatitudo: immo contradictionem includit beatitudinem esse sine operatione: non sic actum primum esse sine quocunq actu secundo. ¶ Alius intellectus questionis potest esse talis: ponendo q eadem sit perfectio et vnica essentie et potentie in qua vnica consistit beatitudo: an illa vnica principalius perficiat essentiam vel potentiam. et in primo intellectu fuit comparatio duarum perfectionum perficientium essentiam et potentiam que illarum sit principalior. In secundo fit comparatio eiusdem perfectionis ad duo susceptiua quod illorum principalius perficiatur illa perfectione? ¶ In illo secundo intellectu videretur diuersimode respondendum secundum diuersas opiniones de potentiis. quia si ponantur accidentia ipse potentie: cum principalius sit id per quod aliud et non econuerso. et per quod: possit accipi equiuoce pro causa priori et remotiori: vel pro causa posteriori et immediatiori. primo modo principalius essentia perficitur q quecunq potentia perficiatur. secundo modo non: quia essentia est remotior causa respectu cuiuscunq: cuius potentia est causa. sed potentia propinquior: quia tamen illam opinionem non credo esse veram sicut dictum est distinc. xvi. secundi. nec etiam clarum est q idem est principalius respectu esse et cuiuscunq perfectionis consequentis esse. siquidem aliquid potest esse causa alicuius in essendo: et tamen illud aliud per nullam aliam causam recipit: immo si esset incausatum reciperet: sicut deus est causa trianguli in essendo tamen si triangulus esset incausatus seipso haberet tres &c. et hoc maxime verum est vbi non est processus in eodem ordine. puta si vnum sit prius in ordine actiui: et postea secundum est prius tertio in ordine passiui. in eodem etiam ordine non tenet nisi sit prioritas essentialis. sic intelligendo q incompossibile sit q secundum sit prius ad tertium. nisi primum sit prius ad secundum et ad tertium sicut in causis efficientibus patet: vbi posterior potest efficere sine priori quia prior non est essentialiter vel necessario prior. in proposito autem in ratione receptiui non sit talis prioritas essentialis in recipiendo essentie ad potentiam: quia si immediatum receptiuum posset per se esse sine mediato: posset per se recipere illo non recipiente nec mediate nec immediate. hypothesis autem est necessaria supponendo illam hypothesim necessariam multis: q distinctorum in entitate absoluta alterutrum potest esse absq contradictione sine altero. videtur ergo q si illa opinio esset probabilis: nullo tamen modo esset concedendum q essentia principalius recipit operationem q potentia.

¶ His ergo et aliis opinionibus de potentiis pretermissis et equiuocationibus eius quod est principalius. et dico q illud simpliciter est principalius respectu a. quod quocunq alio per possibile vel impossibile circunscripto eodem modo se haberet ad a. nihil autem aliud ipso circunscripto sic se haberet ad a. ¶ Ista ratio probatur ex ratione primitatis: quia primum ad aliquid est quo circunscripto nihil est tale ad aliud. quolibet autem alio circunscripto ipsum eodem modo se habet ad illud. et primum simpliciter est principalius simpliciter. hac pro maiori declarata. nunc autem siue potentia sit perfectio vnitiue contenta in essentia. siue sit pars essentialis ipsius essentie. siue aliter sic vel sic se habeat secundum diuersas opiniones. essentia non reciperet beatitudinem circunscripta potentia per possibile vel impossibile. essentia autem circunscripta per possibile vel impossibile potentia reciperet eam. ergo eo modo quo est ibi possibilis principalitas re vel ratione potentia principalius recipit. et per consequens beatitudo eam prius perficit. minor probatur ex precedenti solutione: quia beatitudo consistit in operatione secundum illam opinionem. operatio autem perficeret potentiam si sola esset sine essentia. essentiam autem nullo modo si sola esset sine potentia. ¶ Si isti probationi minoris instetur per hoc q nullum accidens perficit aliud accidens. sed solum substantiam: licet vnum accidens prius q aliud. iuxta illud Aristote. iiii. metaphysi. non enim accidens accidenti accidit: nisi quia ambo eidem accidunt et post nihil enim hoc magis illi q illud accidat huic. Si ergo potentia est accidens essentie quomodocunq per possibile vel impossibile esset sine essentia non posset accipere accidens. essentia autem posset accipere accidens mediatum siue posterius: licet non reciperet prius: quia ipsa est receptiua vtriusq etiam immediate in ratione subiecti. ¶ Huius instantie vt dixi minorem. scilicet q potentia sit accidens non reputo veram. esto tamen: sed maior est falsa: sicut dictum est libro isto distinct. xii. quest. ii. et patet per Auicen. ii. metaphysice q velox et tardum sunt passiones motus: et curuum et rectum passiones linee. et per rationem. quia quicquid per se secundo modo conuenit alicui est accidens eius. nam in illo modo subiectum ponitur in diffinitione predicati tanq additum quod non competit respectu accidentis: nisi de subiecto suo. multa autem sunt accidentia que per se secundo modo insunt accidentibus et nulli substantie sicut patet de omnibus passionibus scientiarum mathematicarum. quarum nulla est de substantia aliqua vt de primo subiecto. ¶ Qui autem adducunt textum Aristote. necesse est exponi. quia sic precise intelligat. quia duo accidentia accidunt eidem subiecto, ideo vnum accidit alteri. sequitur q ita superficies accidet albedini sicut albedo superficiei. Idem sequitur ex secunda auctoritate. nihil magis hoc illi accidit q illud huic. Est ergo intellectus eius non de accidentibus ordinatis: quorum alterum est ratio recipiendi alterum. sed de accidentibus disperatis de quibus exemplificat: vt album et musicum. Istud autem sufficit ad propositum suum ibi volentis q non potest esse processus in infinitum in predicationibus per accidens: sicut exposui alibi intentionem eius.

T.c.14.

Cap.I.

M

N

Ad argumenta. ¶ Ad primum maior posset concedi de perfectibilibus et perfectionibus eiusdem ordinis. non autem comparando perfectibile perfectione vnius ordinis ad aliud perfectibile perfectione alterius ordinis. et intelligo hic perfectiones alterius ordinis actum primum et actum secundum. et sic inferendo non sequitur nisi q essentia si habeat aliquam perfectionem que sit actus primus illa erit perfectior quacunq perfectione que est actus secundus. beatitudo autem non est simpliciter nobilissima perfectio: sed nobilissima inter actus secundos.

Ubi pa⁹ i hoc.4. et in meta.

¶ Aliter et quasi redit in idem: q simpliciter nobiliori perfectibili correspondet nobilior perfectio. verum est in illo ordine perfectionum que respiciunt illud perfectibile. beatitudo autem non respicit essentiam: vt essentia est pro primo perfectibili. si autem compares ordinem

perfectionum ad ordinem perfectibilium. concedo: q perfectibili simpliciter nobiliori correspōdet perfectio simpliciter nobilior intrinseca. sed determinate de extrinseca non oportet concedere si istud sub ea ratione sub qua est nobilissimum perfectibile non est capax perfectionis accidentalis: sic est in proposito: etiam de perfectione accidentali: que est habitus: que non perficit essentiā vt essentia est. et multo magis de perfectione accidentali. que est operatio. ¶ Ad secundum concedo q si potentia posset per se esse posset perfici ab operatione et essentia non posset perfici sine potentia. et ideo argumentum bene concludit contra eos qui dicunt potentiam esse aliud realiter ab essentia. ad nos autē nihil: qui dicimus q idem re sub vna ratione est essentia et habet perfectiones que sunt actus primi. sub alia ratione est potentia et habet perfectiones que sunt actus secundi. nec dico illas rationes alias. esse causatas tantum per actū intellectus: sed ex natura rei sicut dictū est in questione de potentijs anime in secundo.

dist. 6.

¶ Ad tertium dico q non est inconueniens concedere naturam intellectualem beatificari per accidens hoc ē non primo siue non immediate. et hoc loquendo de primitate siue immediatione per rationem: licet sit inconueniens dicere q beatificetur per accidens loquendo de accidente reali aliquo mediante. ¶ Cōtra istas responsiones: non minus nobilis est ratio secundum quam: deus est beatus q̄ illa secundum quam beatificat. beatificat autem sub ratione essentie: ergo sub nulla ratione minus nobili beatificat. ratio potentie est minus nobilis. ¶ Respondeo. loquēdo de ratione fundamentali secundum quam beatificatur. verum est q illa nō est minus nobilis ratione fundamentali et formali secundum quam beatificat. loquendo autem de ratione formali proxima secundum quam beatificatur: et formali secundum quam beatificat. que secundum aliquos ē ratio veri et boni adhuc non est maior nobilitas hinc q̄ inde sed ponendo tertio modo q secundum rationē essentie beatificet obiectiue: non tamen fundamentaliter sed formaliter. beatificetur autem immediate secū dum rationem intellectus et voluntatis. consequens ē dicere q secundum rationem nobiliorem immediate: beatificet q̄ immediate sit beatus. nec hoc est inconueniens q aliquid secundum rationem minus nobilem recipiat perfectionem secundam q̄ sit perfectum perfectione prima.

Ad primam quæstionem. primo de re secundo de nomine. de re sit hec prima conclusio. inter omnia nature intellectuali appetibilia aliquod essentialiter et simpliciter est supremum. ¶ Hoc probat. q si in appetibilibus est ordo essentialis et in tali ordine non est ire in infinitum. vt probatum est lib. i. dist. ij. q. j. ergo propositum habetur. si non est ibi ordo essentialis iterum habetur propositum. quia quodcunq datū est essentialiter supremum: sic q nihil est eo essentialiter superius. sed ista hypothesis est falsa. quia vt ostēsum est ibi nullus processus in ordinatis accidentaliter potest procedere in īfinitū vel per continuam diuersitatem nisi in virtute alicuius essentialiter superioris tota illa diuersitate. ¶ Et sequitur correlarium q illud est infinitum: quia cuicunq non repugnat infinitas illud non est simpliciter supremum nisi sit formaliter infinitum. appetibili vel volibili non repugnat infinitas cum illud vel sit perfectio simpliciter vel concomitet conuertibiliter aliquam perfectionem simpliciter. q̄ cōpetit toti enti. et q̄dcunq tale est perfectio simpliciter perfectioni autem simpliciter non repugnat infinitas quia tunc in aliquo puta simpliciter infinito esset simpliciter melius non ipsum q̄ ipsum. quod est contra: rationem perfectionis simpliciter. patet mono. xlij. et xv. ¶ Ex isto autem correlario potest econuerso inferri conclusio prima. quia si aliquod appetibile vel volibile potest esse infinitum: et infinitum non potest excedi. ergo aliquod potest esse volibile simpliciter sup̄mū et si potest esse ergo est. quia si non esset et posset esse: nō posset esse nisi ab alio in essentia. et ita non esset simpliciter supremum in aliqua perfectione simpliciter.

¶ Secunda conclusio. supremum appetibile vel volibile: est solum illud quod cuilibet nature intellectuali simpliciter propter se est volendum. Expono quid ē simpliciter propter se volendum. s. cui repugnat ex natura eius q sit propter aliud volendum. vnde si appetitus sensitiuus aliquid appetit propter se: ita vt nō propter aliud: hoc est secundū quid. quia ex imperfectione potentie non potentis illud appetere propter aliud. non autem ex perfectione obiecti cui repugnet appeti propter aliud. ¶ Aliud expono. cuicunq nature intellectuali esse volendum: et cuicunq voluntati ad propositum: conuertuntur: quia habere voluntatem et esse naturam intellectualem conuertuntur. ¶ Ad probationem ergo huius secunde cōclusionis arguo sic. cuicunq sup̄mū volibile est obiectum volibile ei illud solum est simpliciter ppter se volendū sed cuicūq voluntati supremū volibile est obiectū volibile. ergo &c. maior probatur: quia inter volibilia aliquid est propter se volendum: quia si quodlibet ppter aliud erit processus in infinitum: nullum etiam erit supremum: quia ppter aliud volendum minus est volendū q̄ illud propter qd est volendum. ex primo posteriorum. ergo si aliquid ē simpliciter supremum volendum ex prima illud ē simpliciter ppter se volendum: loquēdo ex parte obiectorum. et ex hoc sequitur q cuilibet sit ppter se volendū cui illud est obiectum volibile. quia vel nulli vel omni vel alicui sic. et alicui non. non primum ex probato: nec tertium quia non est maior ratio quare alicui mag q̄ alij. ¶ Probatur etiam idem a posteriori: quia etsi in potestate volentis sit velle hoc vel illud. non tamē est in potestate eius quid sit volendū: et maxime quid sit summe volendum. hec enim precedit oēm determinationem cuiuscunq voluntatis. ergo ad quodcunq cōparetur semper remanet illud propter se volendum. et hinc est q est huic volendum: q huic volibile. ¶ Breuiter etiam probatur istud: applicando ad voluntatē sicut et de volendo in se. quia cuilibet voluntati est aliquid volendum cum quelibet volūtas possit aliqd recte velle: et non nisi sibi volendum. et nulla potest aliqd sibi volendum velle ppter aliud et aliud. et sic in infinitum. ¶ Probatur etiam illud de pcīsione. s. q solū illud sit respectu voluntatis propter se volendū. quia nulli alteri repugnat: quod ppter aliud appetatur. cū non sit simpliciter sup̄mum appetibile. et minus bonum possit recte appeti ppter maius bonum. Et istud pōt dici finis vltimus esse talis voluntatis: quia propter illud volitum est quodcunq aliud volendum. minor: probatur: quia quecunq voluntas respicit pro obiecto volibile sub ratione cōmunissima: q̄ est potentia immaterialis: et per cōsequens respiciens totū ens vel aliquid equalis ambitus cum ente.

T. cap. 5.

¶ Tertia conclusio: nulla natura intellectualis vltimate et complete perficitur nisi habendo supremum appetibile. et hoc perfecte secundum modum possibilem sibi habēdi illud. hoc probatur ex secunda. quia natura intellectualis nata est vltimate et maxime perfici et in eo solo quod est sibi propter se volendum. ergo non potest vltimate perfici nisi in illo habito sicut est possibile ab ea haberi. ¶ Probatur etiam conclusio tertia: quia eo non habito manet natura volitiua imperfecta. ¶ Tertio probatur conclusio ex medio vniuersaliori: quia in habē

tibus quecunque appetitum siue animalem siue etiā naturalem nō habetur vltimata perfectio nisi habito eo quod tali appetitu propter se appetitur. vnde imperfectionem aliquam habet graue extra centrum. et appetitus sensitiuus carens summo conueniente. ¶ Intelligendum tamen est circa istam conclusionem, q in entibus est aliqua perfectio prima. aliqua secunda vel quasi secunda. prima est quando nihil deficit pertinens ad primum esse rei. scilicet essentiale. secunda quando nihil deficit pertinens ad esse secundum. hec etiam perfectio secunda quedam est intrinseca nec coniungit cum perfectiuo extrinseco. quedam autem sic est intrinseca q in hoc perficit: quia coniungit perfectiuo extrinseco nec mirum q aliquid perficiatur in extrinseco. quia attingendo extrinsecum et maxime si est perfectius se habet vlteriorem perfectionem quam posset habere in se et ad se. isto enim modo ignobiliora perficiuntur in nobilioribus non essendo illa realiter nec habendo illa formaliter inherentia: sed attingendo illa. et sic habendo modo sibi possibili habendi. vnde cuius appetitus est

A

respectu ignobilioris quam sit natura ipsa illud non perficitur in extrinseco nisi secundum quid. in nobiliori etiam licet sit aliqua perfectio appetentis ignobilioris, non tamen suprema extrinseca. si autem in aliqua natura perficiatur in nobiliori se nō suprema: necesse est dare aliquam naturam que immediate perficiatur nō nisi in supremo perfectiuo extrinseco, quia non est processus in infinitum in perfectibilibus et perfectionibus. suprema ergo saltem perfectibilis natura non perficitur nisi in supremo perfectiuo extrinseco. tota autē natura intellectualis est secundum illam rationem suprema sicut patet ex secunda conclusione. nec oportet secundum ordinem naturarum esse perfectiua extrinseca completiue perficientia. sed sufficit q perfectiones intrinsece secunde coniungentes cum perfectiuo extrinseco correspondeant gradibus perfectionum primarum. licet autem in substantiis perfectio prima sit simpliciter nobilior quacunque perfectione secunda intrinseca. tamen non est vltimata perfectio: quia ipsa habita adhuc expectatur et appetitur vlterior perfectio. secunda etiam etsi non in se formaliter: tamen vt immediatius coniungit perfectiori est quodammodo appetibilior: perfectio perfectione prima: inquantum est immediatum ad aliquid appetibile extrinsecum quod magis appetitur quam esse proprium intrinsecum. specialiter tamen: istud est verum de voluntate: quia quicunque alius appetitus appetit extrinsecum propter naturam: cuius est appetitus. ideo non coniungit alicui simpliciter appetibiliori quam sit esse nature cuius est voluntas autem amat aliquid nobilius se: et plus quam naturam illius cuius est. et ideo coniungit appetibiliori et in se: et sibi quam sit natura cuius est. ¶ Ista ergo conclusio saltem: de voluntate non tantum vera est quantum ad hoc quod dicit vltimate perfici: sed etiam perfectione maxime appetibili perfici et perfectione etiam: maxime loquendo de extrinseco perfectiuo et participatiue: de intrinseco inquantum coniungit illi extrinseco. Sicut perfectum distinguitur ita et bonum. vnde licet quodcunque ens sua entitate sit bonum bonitate prima non tamen bonitate secunda. et de ista precipue videtur Boetius tangere in libello suo de hebdomadibus, vbi vult q bonitas sit accidens: et q res non in eo q sunt: bone sunt. Ista autem secundum bonitatem sic signanter exprimimus huic rei bene est. vnde iuxta tertiam conclusionem patet ista q nulli voluntati vltimate et complete bene est nisi habito illo quod est sibi propter se volendum: et hoc perfecte eo modo quo possibile est haberi.

De secundo. scilicet de nomine beatitudinis.

dinis hoc supponitur notum apud philosophos loquentes de ea q beatitudo est bonum sufficiens excludēs: scilicet defectum vel indigentiam, est bonum perfectū vel completum excludens imperfectionem seu diminutionem. est bonum vltimatum excludens tendentiam et ordinabilitatem. ad aliud completius bonum. ē bonum quo habito complete bene est habenti. hoc modo miseria completa est indigentia firmata. est etiam carentia perfectionis secunde. et in hoc diminutio boni secundi. et etiam exclusio illius quod propter se amaretur si haberetur. tandem misero complete male est: licet autem sufficientia perfectio completio et bonitas possint pertinere ad entitatem primam rei vel secūdā. possint etiam includere tam illa que pertinent ad entitatem primam vel secundam. tamen quia sufficiens ē alicui sufficiens ac propter hoc presupponit illud cui sufficiat: completio: etiam complet illud quod iam precessit quod sine eo esset quasi vacuum seu non plenum. perfectum etiam excludit defectum qui est carentia eius quod natum est inesse. bene esse etiam non conuenit alicui nisi iam existenti per aliquid quasi superadditum. ideo hec omnia magis pertinent ad perfectionem secundam quam primam quia etiam vltimate et complete non perficitur aliquid nisi in extrinseco perfectiuo quod natum est sic perfici. ideo hec magis pertinēt ad perfectionem secundam inquantum coniungit cum perfectiuo extrinseco. ¶ Ex his posset distingui beatitudo in simpliciter et secundum quid. vt illa sit simpliciter beatitudo que est perfectio secunda immediate coniungens obiecto siue extrinseco perfectiuo nobilissimo. secundum quid autem coniungens obiecto minus nobili perfectiuo. et si quidem nobiliori ipsa natura que coniungitur magis accedit ad rationem beatitudinis simpliciter. si autem minus nobili magis recedit ab ea. ¶ Posset etiam distingui aliter hoc nomen beatitudo. quia potest accipi pro coniunctione ad perfectiuum extrinsecum: vel pro fundamento proximo illius coniunctionis. siquidem a relationibus possent fieri plurime denominationes ordine quodā: et abstractiones ab illis denominatis.

Aa

Ad quæstionem ergo dico q beatitudo consistit in operatione vel essentialiter si beatitudo accipiatur pro perfectione que est ratio coniunctionis ad obiectum beatificum vel proxime fundamentaliter si beatitudo accipiatur pro ipsa coniunctione: ita q excepta relatione ad obiectum beatificum vltimata perfectio intrinseca beati et proxima obiecto beatifico est operatio. ¶ Hoc probatur. quia nulla perfectio intrinseca beati est beatitudo nisi pro quanto immediate cōiungit perfectiuo extrinseco: quod est obiectum beatificum. sed excepta relatione immediatissimum coniungens est operatio. ergo etc. maior patet ex primo articulo. quia non potest alicui esse complete et vltimate bene: nisi habendo illud quod est summe volendum. illud est perfectiuum extrinsecum vel quasi extrinsecū. quasi dico: pro deo: vbi obiectum beatificum est idem cum ipso beato. non autem habetur perfectissime illud summe volendum: nisi immediate coniungatur illi. beatū esse est summe sibi bene esse. ex secundo articulo. ergo nullius beatitudo consistit in aliquo nisi quo perfectius et immediatius coniungitur illi summe volendo: minor probatur: quia nec essentia nec potentia coniungitur illi extrinseco perfectiuo nisi per operationem q talis perfectio intrinseca est. quod tamen non sistit in se et ad se: sed per se tendit in obiectum etiam immediate excludendo quamcunque formam absolutam mediam.

Bb

Ad argumenta. ¶ Ad primum dico ꝙ illa non est diffinitio beati. sed descriptio ⁊ verior ceteris improbatis: quia est pnecessaria cōcomitantia beatum. non sic alie descriptiones improbate ab Augus. non ergo potest inferri abstractum de abstracto si concretum de concreto: quia talis consequentia non tenet nisi quando in antecedente est predicatio concreti de
Cc concreto per se prīo modo. ¶ Potest dici aliter ꝙ q̇cquid vult non accipitur ibi diuisiue pro volitis formaliter: sed pro aliquo vno in quo sunt vnitiue omnia recte volita: vt sit sensus. beatus est qui habꝫ perfecte secundum modum sibi possibilem aliquod obiectum ꝑpter se volendum in quo habet vnitiue ⁊ eminent̄ q̇cquid potest recte velle ⁊ illo intellectu concluditur ꝑpositum. quia per operationem habet hoc modo quicquid vult. ¶ Ad auctoritatem Boetij oportet exponere. vel ꝙ hoc nomen beatitudo est equiuocum vł ad perfectionem finalem seu completiuam extensiue siue intensiue acceptam. ⁊ ista est descriptio beatitudinis: accepte secundum totalitatem extensiuam. vel oportꝫ dicere si accipiatur pro totalitate intensiua ꝙ est stat⁹ perfectus aggregatione omnium bonorum in vno bono eminenter ⁊ vnitiue continente vel si in illo non est aggregatio propter simplicitatem: tunc tertio modo aggregatiue debet intelligi tanq̄ȝ precedens vel cōcomitans illum statum perfectum. non autem de eius es
Dd sentia. ¶ Ad secundum patet ex distinctione posita ī secundo articulo. ꝙ nomen beatitudinis potest accipi pro relatione coniunctionis vel pro fundamento proximo illius coniunctionis. Et ad confirmationeȝ concedo ꝙ quecunq̄ȝ forma siue perfectio secūda in creatura: que tamen est perfectio absoluta absq̄ȝ contradictione potest esse sine relatione coniunctionis ad obiectum beatificuȝ. ¶ Si tamen hic ponatur talis ratio beatitudinis intrinsece ꝙ non posset esse sine coniunctiōe ad obiectū. seq̇t̄ ꝙ beatitudo vel sit relō vel icludat absolutū et relationē. Si enim beatum esse quiditatiue est sic habere obiectum beatificum. ergo beatitudo est talis habitio. talis autem habitio illius obiecti vel includit simul absolutum ⁊ respectum. vel essentialiter dicit respectum et necessario connotat absolutum. quia si essentialiter diceret absolutum non necessario connotaret respectum qui est posterior absoluto. ¶ Ad tertium dicetur inferius in questione de securitate. ¶ Ad quartum concedo ꝙ beatitudo non consistit in actione de genere actionis. quia illa nō est simpliciter perfectio agentis vt operatur. operatio autem non est actio talis sed actio equiuoce accepta vt dictū est libro primo distinctio. iij. questio. vltima.

Ee ¶ Ad confirmationem primam patet per idem. quia mutatio illa de non beato ad beatum. non est de non agente ad agentem. sed de non operante ad operantem. ¶ Ad secundam confirmationem dicit quidam ꝙ in actu duo sunt. scilicet substantia actus et forma a qua habet perfectionem ipsius secundum substantiā. principium est natura vel potentia, sed secundum formam principium eius est habitus. Si ergo ille sit acquisitus totaliter nostri actus causa erimus. si autem infusus perfectio erit a causa exteriori que causat habitum. actus autem noster non ponitur beatitudo nisi ratione sue perfectionis. ideo nos non sumus nostre beatitudinis causa. sed deus. ¶ Contra hoc. prius essentialiter non potest dependere ab aliqua causa a qua non dependeat posterius essentialiter. Actus est prior essentialiter sua forma. Alioquin illa forma non preexigeret actum ad sui esse. ergo si sumus causa substantie dependebit illa forma a nobis: ⁊ non nisi in aliquo genere cause. quia nihil videtur depēdere essentialiter

Bot. q̊l. ii. q. 4. ⁊ tho. pͥ̄ti di. ar. I. q. 2.

ab eo quod non est aliqua causa eius loquēdo de actu primo quocunq̄ȝ. ¶ Preterea. illa forma non est nisi aliqua conditio ipsius actus. potentia autem que elicit actum non elicit ipsum nudum. sed cum tali vel tali conditione seu circunstantia. ergo est causa non tantum substantie actus: sed etiam illius forme actus. ¶ Preterea ꝙ habitus sit causa distincta a potentia. et alicuius distincti a potentia non videtur probabile. tum quia non est nisi causa secunda respectu potentie. Ff
causa autem secunda et prima non habent distinctos effectus sibi proprios: quia tunc respectu neutrius esset hec prima: et illa secunda: tum quia iste effectus ꝑprius habitui esset necessario forma absoluta si relatio non est per se terminus agentis vel actionis. non ē autem probabile esse actionem formatam hoc modo. q̇a tunc oporteret actionem attingentem obiectum beatificuȝ includere duo absoluta. ¶ Est ergo alia respōsio ꝙ beatus ē causa actiua respectu beatitudinis sue: quantum ad illud absolutum quod est in beatitudine. et hoc si voluntas sit causa actiua sue volitionis beatifice. de quo inferius distinct. presenti questione. xj. ¶ Ad quintum concedo ꝙ actus ille est simpliciter perfectior habitu etiam in ratione perfectionis finalis. quia immediatius attingens obiectum finale: ⁊ in ratione etiam perfectionis formalis. quia tanta perfectio non posset competere habitui tali in summo quā to actui tali in summo. ¶ Ad philosophum ergo. tertio thopicorum dico vno modo ꝙ intelligenda est illa consideratio ceteris paribus. vnde ipse vult in principio libri ꝙ non considerat in multum distentibus: idest in habentibus multas differentias. sed in his que solam illam differentiam habent ad que considerat de quibus vniuersaliter considerationes sue tenent. ⁊ tūc minor est falsa. habitus et actus in hoc solo distinguūtur. scilicet per permanentius vel diuturnius ⁊ minus diuturnum. ¶ Est et alia responsio in proposito ꝙ actus ille est eque diuturnus cum habitu. et ex parte potentie et ex parte obiecti et ex parte nature huius et illius. ¶ Ad secundam probationem patet alibi libro. Gg
primo distinctio. xvij. de charitate. ꝙ habitus non est. causa actus: nisi partialis. non est autem inconueniēs causam partialem equiuocam esse minus nobilem suo effectu: ⁊ maxime de partiali secundaria. licet causa totalis equiuoca vel partialis pͥ̄cipalis sit nobilior suo effectu. ¶ Breuiter sic beato est simpliciter perfecte bene. nulli est sic bene nisi in simpliciter perfecto bono perfecte habito vt est sibi possibile. nulli alij ab illo potest sic esse bene in illo nisi immediate attingendo illō illud non potest attingere nisi per operationem ergo in ista attingentia immediata illius boni seu in coniūctione immediata ad illud bonum consistit beatitudo completiue in ipsa autem operatione tanq̄ȝ in proximo fundamento. prima propositio patet. quia beatitudo ē perfectio rei secunda non prima. quia res perfectior secundum perfectionem primam: et sola illa potest esse miserior alijs. perfectior autem secunda proprie exprimitur per hoc quod est bene esse. Nam bene esse presupponit bonitatem primam alicuius cui bene sit. vltra in perfectionibus secundis est ordo sicut et in primis. quia correspondentia istarum ad illas. Et iterum in perfectionibus secundis cuiuscunq̄ȝ eiusdem est ordo. ita ꝙ aliqua est vltima citra quam ipsum est imperfectum priuatiue: quia natum recipere vlterioreȝ: sed vltima sui habita si non est simpliciter vltima: remanet imperfectum negatiue: quia carens perfectione: licet non nata recipi in ipso. ad excludendum perfectionem secundam eiusdem additur perfecte ad bn̄. ad excludendū aūt vlteriorē ꝑfectionē secūdā simpłr saltem in genere additur ad perfecte bene simpliciter:

ita q̃ beatitudo dicit perfectionem secundam excludē
Hh tem imperfectionem ⁊ priuatiuam ⁊ negatiuam tanq̃ perfectio secunda suprema saltem in genere. ¶ Secū da propositio patet. quia illud quod potest habere illō quod bonuz si non habet non est sibi perfecte bene: sz imperfecte priuatiue. si autem non potest habere. ergo non est sibi perfecte bene: sed imperfecte negatiue. ¶ Tertia probatur ex tribus cōclusionibus primi articuli: quia tota natura itellectualis nata est sic habere illud bonuz. ⁊ imperfecta est nisi sic habeat. natura autem non intellectualis tanq̃ inferior si nō est nata sic habere illud. ergo remanet imperfecta non priuatiue: sed negatiue. hoc est ex imperfectiōe nature. ¶ Quarta propositio probatur. quia nulla perfectio secunda ē in natura intellectuali per quam immediatius attingatur bonum perfectum q̃ per operationez que secundū se videtur esse non sui gratia: sed gratia obiecti. perfectio autem prima non attingit nisi mediante perfectione secunda.

Quæstio Tertia.

VTrum beatitudo per se consistat in pluribus operationibus simul? Q sic. Augusti. xiij. de trini. c. v. Beatus est qui habz quicquid vult ⁊c. sed non tantum recte vult homo operationem vnam: sz plures: quia si recte vult fruitionem recte vult visionem sine q̄ nō est fruitio. si etiā recte vult visionē recte vult fruitionem: quia ſm Ans. Cur deus hō. c. j. natura intelle
pararetur ad ipsum vt motrix: vnde videmus ꝙ leui-
tas in aliquibus impedit motum. ¶ Quando etiam Quē Bo.
arguunt ꝙ si corpus gloriosum esset graue quiesceret d. pñ. q.
in cētro ⁊ violēter eēt alibi vt sursum in celo. ¶ Pre-
terea. si esset graue tunc anima continue mouēdo ipm
fatigaretur. ¶ Ad primum dico ꝙ quando sunt ali-
que potentie ordinate naturalitas potentie superio-

ris est maior ꝗ potentie inferioris: vt patet de sensu
tactus qui naturaliter ẜm propriam inclinatiõem de=
lectaretur in sensibili vel tangibili: ⁊ similiter gustus.
qui tamen in beatis non habent huiusmodi actus vt
gustandi et comedendi: nec tamen sunt ibi violẽter si=
ne actibus suis: quia sequuntur inclinationem appe=
titus superioris vt voluntatis: sic etiam est cum gra=
ue ascendit ne fiat vacuum: et sicut est in maiori mun
do ita in miori. vnde naturalius est corpori perfici ab
anima: et ꝙ fiat conueniens perfectibile eius: ⁊ ꝙ mo
ueatur motu competenti anime: ꝗ ꝙ moueatur mo=
tu proprio ad cẽtrum: et ideo ẜm inclinatiõem nature
superioris quiesceret naturaliter: sed ẜm quid innatu=
raliter. ¶ Quando etiam dicitur ꝙ anima fatigare=
tur: dico ꝙ non: quia non vincit: nec est cõtraria actio
L a corpore que esset cum fatigatione. ¶ Et ex hoc se=
quitur vnum correlarium ꝙ sancti in patria non ha=
bebunt situm in celo nisi erectum: nõ autem sessionis.
nam inclinatio partium videtur repugnare agilitati:
sed erectio siue statio videtur esse situs conueniẽs cor=
pori inquantum est instrumẽtum anime: quia tũc ma
gis aptum est et promptum ad operationem. vnde et
iacere magis videtur esse situs naturalis corpori hu=
mano ꝗ sedere: qḋ includit curuitatẽ partium. ¶ Et
confirmatur per August. in lib. de symbolo. vbi expo=
nens illum articulum. Sedens ad dexteram patris.
vult ꝙ non debet intelligi de sessione corporali. Ste=
Act.7. phanus enim vidit iesum stantem.

Ad primam rationem principalem di
cendum ꝙ aliquid est ita perfectum ꝙ propter sui ꝑfe
M ctionem non recipit vlteriorẽ perfectionẽ: sicut deus.
et aliqua sunt ita imperfecta ꝙ propter sui iperfectio=
nem non possunt recipere perfectionem: sicut acciden
tia vltima vt respectus. Alia sunt entia media que cũ
perfectione sua sunt in potentia ad perfectionẽ aliã: ⁊
talia sunt omnia entia absoluta citra deum. Concedo
ergo ꝙ illud qḋ mouetur est in potẽtia ad vlteriorem
perfectionem vt ad terminum motus: ⁊ quatenus ca
ret illo est imperfectum: et sic corpus gloriosum cum
non sit ens infinitum aliquam imperfectionem habet
et mouetur ad terminum: et per quẽ terminum acqui=
ritur sibi aliqua perfectio quatenus per motum con=
iungitur ad aliquod corpus circa ꝙ operatur: nũc cir
ca vnum: nunc circa aliud: laudando beatitudinem ⁊
sapientiam in deo. vnde concedo ꝙ ille motus sit ali=
cuius qḋ est ẜm quid imperfectum. ¶ Ad aliã ꝓba=
tionem dicendum ꝙ cessatio motus celi non est causa
cessationis in omnibus aliis motibus: sed dicitur esse
primus ẜm aliquam preeminentiam: et non ẜm essen
N tialem dependentiam ad ipsum. ¶ Ad aliud dicẽdũ
ꝙ non erit tunc tempus: quia non erit aliquis vnus
motus primus vniformis: nec beati tunc vniformiter
mouebuntur: sed velociter et agiliter ẜm merita sua.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ in instanti resurrectionis si
cut fient corpora gloriosa ⁊ habebunt dotem agilita=
tis: sic per dotem illam rapientur obuiam christo. Et
si portabuntur ab angelis vel rapientur in nubibꝰ nõ
sequetur aliqua imperfectio vel violentia in corpori=
bus. hoc enim fiet ad reuerentiam non ad supplẽdam
indigentiam vel imperfectionem virtutis motiue in
eis. ¶ Ad aliud dicendũ ꝙ licet beati erunt in deter=
minata approximatione ad christum: tamen non mi=
nuetur eorum beatitudo accidẽtalis cum aliquantulũ
recedunt: quia recedũt ẜm libitum suum: sicut modo
aliqui habẽt propinquitatem ad regem in camera vel
extra in aula. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ beati non ha=
bebunt omnem perfectionem accidentalem: ⁊ ideo ꝑ
operationem suam poterunt eã acquirere ẜm liberta=
tem voluntatis sue.

Quæstio. XV.

Utrum corpus gloriosum erit
clarum? Videtur ꝙ nõ. lucidum occultat
illud qḋ est itra se: sꝫ corpora gloriosa nõ
sic. quia ẜm Grego. xviij. moral. sup illud
Job. Non equabitur ei aurum ⁊c. dicit ꝙ patebit ocu= 28.
lis corporalibus beatorum armonia interiorũ. ¶ Et
confirmatur ratione. Ista armonia corporis est dele=
ctabilis. nam pulchritudo nature incipit ab intra. ecõ
uerso pulchritudo artis est tm̃ extra: sꝫ beati possunt
percipere quodlibet sensibile delectabile. ergo ⁊c.
¶ Preterea. lux et color requirũt determinatã dispo
sitionem contrariam in subiecto: sed corpora gloriosa
erunt colorata. per August. xx. de ciui. dei. ca. xix. Pul
chritudo corporis est partium congruentia cũ quadã
coloris suauitate: sed pulchritudo ꝯuenit corporibus
gloriosis. ergo ⁊c. ¶ Preterea. si ibi esset claritas. er=
go immutaret visum oculi nõ gloriosi: sed visibile ab
aliquo oculo si opponitur sibi necessario videtur. er=
go claritas corporis gloriosi necessario videtur: ꝙ ap
paret esse falsum: sicut patet de christo quando appa=
ruit discipulis eũtibus in emaus: cum tamen corpus
christi esset gloriosum. igitur ⁊c. ¶ Contra. Sap. iij.
dicitur. Fulgebunt iusti sicut sol ⁊c.

Respondeo & dico ꝙ corpora beata A
erunt clara. Claritas enim est quedam refulgentia et
addit super lucem ⁊ colorẽ manifestationem sui: quo=
modo dicitur clara lux vel clara veritas vel clara in=
tellectio. i. manifesta pro quanto dicit perfectam ma=
nifestationem sui. si ergo loquamur de claritate colo=
ris sui corporis. dico ꝙ corpora beatorum erũt clara:
quia habebunt perfectam manifestationem sui corpo
ris. habebunt enim colorem perfecte manifestatiuum
sui: quia quilibet habebit colorem pulchrum ẜm gra=
dum complexionis sue: quia nõ omnes habebunt eũ=
dem colorem: nec ẜm eũdem gradum qui habẽt simi=
lem colorem: quia cõmensurationes colorum sequũ=
tur cõmixtionem propriarum qualitatum: et ideo ẜm
diuersas complexiones habebunt diuersos colores.
vnde et modo magis delectatur vnus in vno colore
ꝗ in alio: quia conueniens est complexioni sue: et sic
omnes erunt eque clari etiam habentes sibi similem
complexionem: sed ẜm merita sua. vnde ẜm Aposto=
lum. Alia est claritas solis ⁊c. et illa claritas videtur 1. cor. 15.
sufficere: quia magis delectatur sensus visus homi=
nis in pulchro colore corporis humani ꝗ in corpore
luminoso. vnde plus delectatur naturaliter in viden=
do faciem humanam bene coloratã ꝗ solem. Ille er=
go modus claritatis est mihi planus ꝙ erit in beatis:
quia in eis erit color ẜm vltimam perfectionem con=
uenientem complexionibus suis. Si autẽ corpus bea
ti sit capax lucis: ⁊ non tm̃ coloris: placet mihi ꝙ po= B
natur ibi. talem autem colorem. s. vltra perfectionẽ cõ
plexionis sue cum refulgentia talem esse dotem clari=
tatis voco.

Ad primum ẜm auctoritatem Greg.
videtur ꝙ illa corpora erunt peruia ⁊ perspicua sicut
vitrum coloratum: ⁊ cum hoc lucida. qḋ videt mira=
bile. nã ẜm Auic. vj. naturaliũ. lumen lux ⁊ color hñt
diuersa receptiua: et minus aliqḋ põt esse receptiuum
luminis et lucis ꝗ lucis ⁊ coloris: qꝛ susceptiuum lu
cis est opacũ et densum: susceptiuũ aũt luminis est ꝑ=

2.ce.co.42 uium. vnde denſior pars orbis eſt lucida vt ſtella: nec
⁊ alibi. poteſt per eam videri quod poſt eam eſt: immo eclip-
ſat illud vel aliam ſtellam: alie autem partes orbꝭ ſunt
C luminoſe ⁊ perſpicue. ⁊ ideo ſi corpora beatorũ ſint lu
cida: non videtur ꝙ ſint paruia nec per illa poſſit vide
ri aliquod corpus. ſuſceptiuum autem coloris eſt den
ſum: quia color non eſt niſi in perſpicuo terminato. ideo
magis videtur poſſibile ꝙ corpus beati ſit lucidum et
coloratum ꝙ̃ ꝙ ſit lucidum ⁊ luminoſuz: ⁊ tunc poteſt
dici ꝙ color ⁊ lux ſecundum ſe non repugnant: nec ex
parte ſenſitiui: ſed ex parte agentis. ⁊ ideo ſimul ab a-
gente creato non poſſunt induci: ſed partes perſpicue
non ſunt receptiue lucis: ſed tantum luminis. et ideo
colorata et que habent lucem non poſſunt eſſe perſpi-
cua vel ſi ſint perſpicua ⁊ cum hoc habent lucem: non
ſunt niſi ſicut noctiluca. ¶ Quomodo ergo ſaluabitur
auctoritas Grego. non video ꝙ corpus glorioſuz poſ
ſit dici paruium niſi propter poros nõ propter aliquã
perſpicuitatem. ita ꝙ caro ſolida beati fiat tanꝙ̃ chri-
ſtallus. tamen in corpore eius erunt pori ⁊ minores ꝙ̃
modo ſint. ⁊ tunc oculus beati per ſuam limpiditatem
poterit videre per illos poros ſicut ſi eſſet tranſparẽs
ſicut dicitur quod linx poteſt videre per parietem. ſi au
tem non ſic videat: tunc ſaltem videbit oculo mentis
ea que ſunt intra in corpore glorioſo. ¶ Ad aliud pa-
tet reſponſio per dicta ꝙ corpora beatorum erunt co-
lorata: ⁊ ſi lux in eis poſſit recipi placet mihi ꝙ dicantur
lucida. et tunc oportet dicere quod lux ⁊ color abſolu-
te non repugnant niſi per comparationem ad actionẽ
Ri.pñ. di. agentis cauſati. ¶ Ad aliud dicitur ꝙ claritas corpo
ar.4.q.6. ris chriſti non potuit videri ab oculo non glorificato
Quẽ Bo. propter infirmitatem viſus et excellentiam claritatis
di.pñti. eius. ſed hoc nihil eſt: quia oculus debilis virtutis po
teſt percipere quodcunqꝫ viſibile: licet non apprehen-
dat illud: ſicut poteſt videre ſolem licet non videat ſi-
cut aquila actu permanente poteſt tamen ꝑcipere ocu
lo carnis: licet reuerberetur.

¶ Alij dicunt ꝙ beatus poteſt occultare claritatem
corporis ſui ex imperio voluntatis anime a qua redũ-
dat et fluit in corpus illa claritas. ¶ Sed non video:
Tho. diſt. ꝙ aliqua actio naturalis ſubſit voluntati create. nulla
444.art. enim voluntas creata poteſt impedire actionem ignis
2.q.4. pñ. ne agat in aquam ſibi approximatã. poteſt tamen hoc
ĩ ſol.3.arg. amouere ab inuicem. ſed hoc eſt impedire per actum
⁊ ri. vbi.ſ. voluntatis. ¶ Et ideo videtur mihi ſine aſſertione ꝙ
Vid var.i nulla qualitas actiua que eſt preciſe corporis ſubſit ip
hoc.4.q.ſe ſi anime ſiue eius imperio. Et ideo quicunqꝫ beatus q̃
habet claritatem quando eſt approximatus paſſo pro
portionato ſibi ſimpliciter vt oculo glorificato vel paſ
ſo aliqualiter proportionato vt oculo non glorificato:
neceſſe eſt quantuz eſt ex parte ſui ꝙ immutet. ¶ Quid
ergo dicemus? nũquid claritas chriſti poſt reſurrectio
nem non immutauit oculos diſcipulorũ? Dico ꝙ hoc
fuit per potentiam diuinam: quia deus eſt primũ agẽs
coagens cuilibet creature: ⁊ quando ipſe non agit crea
tura deſinit agere. poterit autem fieri vt ad voluntatẽ
cuiuſlibet ſancti deus non coagat illi claritati: quando
D vult beatus ꝙ ſua claritas non videatur: ⁊ ſic poteſt di
ci beatus occultare claritatem ſuam: non ꝙ hoc fiat ĩ-
mediate a voluntate ſua: ſed ad imperium voluntatis
ſue deus occultat non coagẽdo claritati. ¶ Sed quo-
modo tunc chriſtus oſtendit ſe in forma peregrini: nũ
quid in alio colore quem ipſe habuit. ¶ Reſpondeo.
ꝙ deus poteſt cauſare viſionem in oculo non beato ꝑ
qualitatem que non eſt illius obiecti. ⁊ ſic potuit cau-
ſare viſionem in oculis diſcipulorum de peregrino: ip
ſo exiſtente in claritate ⁊ colore proprio non habente ĩ
ſe illam formam aut colorem; nec tamẽ decipiebat: q̃a
deceptio non eſt niſi in via morum; nec tamen etiaz fu
it illuſio. quia certi erant ꝙ ipſe fuerit talis in perſona.
oſtendit ergo ſe eis vt crederẽt ꝙ talis erat in perſona
et melius hoc fuit ꝙ̃ ſi vidiſſent euz in claritate xp̃i: ſo
lum enĩ eis intẽdebat oñdere ꝑſonã ſuam.

Quæſtio ſexta. decima

QVeritur. Vtrum cor
pus beati per dotem ſubtilita
tis poſſit ſimul eſſe cũ alio cor
pore? Videtur ꝙ nõ. primo ꝙ
non eſt ibi ſubtilitas: qꝛ corpꝰ
ſubtile eſt qđ hꝫ pauciores ꝑ-
tes materie ſub eadem vel ma
iori quantitate. Sed corpus Vid var.ĩ
glorioſum habet equalez ma 4.q.pñti.
teriam ſub equali quantitate ſicut prius. ergo ⁊c. Et ꝙ 1.phyſi.t.c.
non poſſit eſſe cum alio in eodem loco per dotem ſub- 17.1.ꝑorũ.
tilitatis: arguitur ſic. Per dotẽ non põt vnũ corpus eſſe ⁊.7.tho. ⁊
in duobus locis. ergo nec duo ĩ vno. añs eſt manifeſtũ 1.elen.⁊.4.
ꝯñtia etiam patet. ¶ Preterea. que vni et eidem ſunt met. idem
eadem inter ſe ſunt eadem. ſed ſi vnum corpus erit cũ habetur.
alio corpore in eodẽ loco: erunt ambo eidem eadez. er t.c.37.⁊ in
go tunc nõ erunt duo. minor ꝓbatur. dimẽſiones illi- ſpãlr.t.ca.
us corporis nõ poſſunt eſſe diuerſe a dimẽſionibus lo 76.⁊ circit
ci. patet. iiij. phyſi. immo ſunt eedez ſimpliciter, ⁊ dimẽ
ſiones alterius corporis erũt eedem eodem modo di-
menſionibus loci. ergo inter ſe ſunt idem. ¶ Preterea.
que magis conueniunt magis videntur poſſe eẽ ſi-
mul. Sed duo corpora glorioſa magis conueniunt ꝙ̃
glorioſum cum non glorioſo: et tamen non ponitur ꝙ
ſimul ſunt per dotem ſubtilitatis. ergo nec iſta. ¶ Cõ
tra. Dam. lib. iiij. cap. vltimo. ⁊ fundatur ſuper illud Jo
an. qđ ianuis clauſis intrauit Jeſus. ergo duo corpora 20.
fuerunt ſimul. Et ſic etiã in partu virginis. et in exitu
xp̃i de tumulo. ¶ Pre. celuz eſt corpus indiuiſibile. ſꝫ
beatorum corpora tranſeunt per ipſum ⁊ poſt reſurre
ctionem poterunt moueri ad omnem ſitum inferius.
⁊ ſuperius. necqꝫ hic opꝫ ꝓpter hoc ponere ſemper mi-
raculum. ergo ⁊c.

Dicunt quidam ꝙ per nullam virtutẽ
nec creatam nec ĩcreatã pñt duo corꝑa eſſe. ſimul qđ pro- Opi. phy.
bãt ꝑ Boetiũ. ſ. de tri. q̃ dicit. Differentiã in nũero accñ
tiũ varietas facit ⁊ ſequitur. Tamẽ locꝰ eſt ſemꝑ diuer- Cap.1.
ſus: qm̃ vnũ duobꝰ nullo mõ fingere poſſumus. Ex
hoc arguitur ſic. Si varietas loci differentiã in nume
ro facit: ꝯtradictio eſt ꝙ duo corꝑa ſint in vno loco.
¶ Pre. dimẽſio ẽ formalis rõ repugnãdi duo corꝑa
eſſe ſimul: qꝛ ſm̃ phm̃. iiij. phyſi. Dimenſiones ſolũ faci- T.c.76.
unt diſtare ꝑ ſe nõ ꝑ paſſiões. nec ꝑ aliqđ aliud. tũc ſic. ſi
forma vel rõ repugnãdi duo corꝑa eſſe ſimul eſt dimẽ
ſio diſticta: tũc manẽte dimẽſiõe q̃ eſt rõ formalis hu-
ius repugnãtie ĩpoſſibile eſt duo corꝑa eſſe ſimul. ¶ Et
ꝯfirmatur. Sic ſe videntur hr̃e due dimenſiones ad eũ
dẽ in loco: ſicut duo accidẽtia ꝯtraria ad ſubiectuz: ſꝫ
duo accidentia ꝯtraria non poſſunt eſſe ſimul in eodez
ſubiecto. ergo nec duo corpora habentia diſtinctas di-
menſiones poſſunt eſſe in eodem loco. ¶ Preter. qđ-
cunqꝫ inducit vnũ contrariorum expellit reliquum. er
go qui mouet vnum corpus ad locum expellit reliquũ
Sed hoc non fieret ſi poſſent eſſe ſimul in eodem loco T.c.9. ſed
ergo ⁊c. ¶ Qꝫ autem duo accidentia cõtraria nõ poſ expñſiꝰ.t.
ſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto per nullam potenti- ca.27.
am patet per philoſophum. iiij. meta. qui dicit: ꝙ eadẽ Quẽ.10.
ratiõe ꝯtradictoria ſicut cõtraria eſſent in eodem. me.t.cõ.15
¶ Pre. hoc ꝓbatur per rationem diuiſiuam: in corꝑe ⁊ alibi.
nãli non ſunt niſi iſta. ſ. materia ⁊ forma quãtitates ⁊

qualitates. Sed formalis ratio repugnandi duo corpora esse simul non est materia nec forma substantialis nec qualitates. quia corp⁹ aliquod põt rarefieri vel condẽsari manẽte eadẽ mã ꝛ forma ꝛ qualitatib⁹ mutata sola quantitate. Sed corpus condensatum ꝛ rarefactũ occupat alium locũ ꝛ alium. ergo ꝛc. ¶ Preterea. duo idiuisibilia nõ possunt esse imediata: qꝛ tũc non essent duo vt patꝫ. vj. phy. ergo a simili põt argui. si duo corpora essent simul immediata non remanerẽt duo. eadem enim ratio que est de vno erit de alio.

T. c. 1. ꝛ ĩ ſ.

¶ Preterea. a puncto vno ad punctuꝫ vnum non potest trahi nisi linea vna recta. Sed si duo corpora . essent simul possent trahi due recte linee ab vno puncto corporis continentis ad alium punctum eiusdem corporis contenti: quia in duobus corporibus. ergo ꝛc.

¶ Iste rationes concluderent philosophis. sed quomodo saluabunt theologi ꝙ duo corpora possunt esse simul qui hoc habent necessario ponere ? ¶ Est vna fictio talis. ꝙ anima beata habet potestatem plenam/ sui corporis: et ideo potest corpus suum ad quamcunqꝫ figuram et quantitatem reducere: ꝛ sic per corpora porosa potest corpus tale transire ꝛ in eis esse.

Durãdus i. 4. di. 44 ꝛ ockã i. 4 di. 44.

¶ Sed isti si volunt dicere ꝙ non potest esse simul cũ corpore alio nisi subintrando poros. magis debent dicere consequenter ꝙ non potest esse cum alio: nisi quia aliud cedit sibi: sicut aer cedit sagitte. Sunt ergo pro tanto corpora penetrabilia. quia virtus diuina diuidit quodcunqꝫ corpus cum quo volunt esse: et tunc secundum hoc oportet consequenter dicere ꝙ quotiescunqꝫ mouerentur localiter totiens diuidatur eis celum: p̄ potentiam diuinã. ¶ Contra. fide tenemus: ꝙ christus natus est de maria virgine. et remanserunt integra claustra virginis: oportet ergo corpus Christi esse simul cum partibus illius corporis. ergo tunc fuerunt duo corpora simĺ. ¶ Prete. Christ⁹ resurrexit clauso sepulchro: quod patet per mulieres venĩetes ad sepulchrum et dicentes. Quis reuoluet nobis lapidem ꝛc. ¶ Preterea. Christus intrauit ad discipulos suos ianuis clausis. ergo tunc corpus christi fuit cum alio corpore. ¶ Preterea. corpora beatorum sunt simul cum celo empyreo. Nec valet illa fictio de paruitate. qꝛ nullum corpus impossibile recipit passionem sibi disconuenientem. sed corpora gloriosa sunt impassibilia . ergo non recipiunt tales passiones: rarefactio autem: et condensatio sunt passiones disconuenientes corpori impassibili: quia causantur a passione ꝛc. ¶ Preterea. anima humana requirit corpus quod perficit esse organicum. Sed si fieret corpus ita strictum sicut poneret ista fictio: iam non esset organicum. vnde si nõ remaneret quantitas et figura corporis humani: quando est in alio corpore: non esset informatum ab anima quia hec sunt necessaria dispositio ad animationem. Philosophis enim bene non posset efficaciter cõcludi oppositum. ad rationes tamen eorum potest responderi: ꝛ hoc sufficit.

Marci. 19 Jo. 20.

Ad primum argumentum de Boetio:

de accidentibus: dico ꝙ nulla accidentia faciunt intrĩsece indiuiduum. ergo multo minus locus. corpus em̃ quantum est ex se posset esse si locus non esset. et tamẽ esset indiuiduuꝫ: sed nunc non est corpus sine loco. ratio est: quia est cum alio corpore: et in alio in quo continetur. sicut etiam patet de vltima sphera. vnde auctoritas Boetij est sic intelligenda ꝙ facit diuersitatem: in numero: id est ostendit nobis diuersitatem numeralem: quia faciunt nobis innotescere: et quo ad hoc melius facit locus ad innotescentiam ꝙ̃ alia: quia cognitione naturali non possemus illa duo corpora cognoscere si ipsa essent in vno loco. ¶ Ad secundum dico: ꝙ aliqua possunt esse repugnantia dupliciter: vel formaliter. vel virtualiter . virtualiter repugnat causa naturalis et oppositum sui effectus verbi gratia. si celum de hac materia produceret vermem. et si agens fortius superueniret et induceret in eandem materiam formam aliquam oppositam forme vermis: iste virtualiter opponitur celo vel soli. Formalis repugnantia est/ illorum que secundum se et suos effectus opponũtur. vt album et nigrum . sed in proposito inter dimensionem et dimensioneꝫ non est repugnantia formalis. qꝛ talis non est nisi quo ad idem subiectum. non autẽ sũt in eodem subiecto. nec formaliter etiam: quia quanta repugnant formaliter. si ergo sunt repugnantia hoc nõ est nisi respectu loci. ex eo: scilicet ꝙ locus est spacium capax corporis. sed vnum corpus replet locum vnum quantum natus est repleri . ergo aliud corpus quo ad hoc opponitur sibi: quia non potest habere effectũ illũ in illo loco. quia vt est probatum est repletiuum eius: quantum natus est repleri. patet ergo ꝙ non est oppositio vel repugnantia formalis: quia non in eodẽ subiecto. Nihil enim vnum informatur ab eis. est ergo tãtum oppositio virtualis inquantum effectus vni⁹ cause qui est repletio loci eo modo quo quantitas habꝫ efficaciam vel efficientiam respectu effectus qui est esse in loco repletiue opponitur alteri cause naturali . ergo non repugnat corpori esse cum alio corpore nisi quia ẽ repletiuum loci naturaliter quantum aptus natus est impleri. sed quia iam repletum est non potest ibi esse: quia non esset cum effectu suo qui naturaliter sequitur esse corporis in loco. hoc autem non impedit quin per potentiam diuinam possit ibi esse: quia deus potest facere causam naturalem sine suo effectu . sicut calorem potest facere sine calefactione: vt patet in illis tribus pueris et daniele. ¶ Similiter potest facere effectum sine tali causa qui naturaliter non sequitur nisi ex tali: vel tali causa: vt virginem parere siue concipere. parere enim est effectus concipere. licet ergo sint repugnantes dimensiones quo ad hoc ꝙ duo corpora non possunt esse simul in eodem loco quo ad talem virtutem naturalem. tamen non est repugnantia quo ad virtutem que potest facere causam sine suo effectu naturali. et econuerso effectum sine sua causa naturali.

A

B

C

Da. 3.

¶ Ad argumentum ergo dicendum ꝙ dimensio bene est ratio repugnandi duo corpora esse simul virtute naturali que non potest facere causam sine suo effectu naturali. non tamen diuina que hoc potest. nec est hec repugnantia formalis. talis enim est inter contraria. Ille autem dimensiones non sunt contrarie: nec sunt in eodem formaliter . et ideo non sequitur quod additur ibi in confirmatione: quia si contraria non possunt simul esse in eodem subiecto : ꝙ etiam non possunt esse corpora duo in eodem loco. ¶ Ad aliud dico ꝙ veruꝫ est ꝙ non inuenitur aliud quod sit causa illius repugnantie nisi dimensio. qualis autem sit ista repugnantia dictum est. ¶ Ad aliud ꝙ si duo puncta manentia duo non possunt esse simul nisi fiant vnum. ergo et indiuisibilia. scilicet corpora. ¶ Dicendum ꝙ consequẽtia non valet: quia indiuisibilia nullaꝫ habent magnitudinem: et ideo fiunt vnum simul posita. diuisibile autem : licet sit cum alio diuisibili : manet tamen magnum. et ideo non valet. Si indiuisibilia non possunt esse sic nisi fiant vnum. ergo diuisibilia.

¶ Alij dicunt aliter: quia possumus loqui de quanto mathematico vel naturali. Si loquamur de mathematico dicunt ꝙ nec quãtitas talis nec terminus eius possunt esse distincta ab aliquo quanto mathematico. Et termino eius nisi situ: et ideo si non distinguuntur situ : non distinguuntur : et per consequens efficiuntur vna quantitas. Si loquimur de quanto naturali hoc

S. bo. di. p̃mi, arti. 2, q. 1

non oportet: quia licet tales quantitates sint in eodez loco nec distinguantur situ distinguuntur tamen subiecto: que sunt distincta qualitatibus naturalibus.

¶ Hanc solutionem non intelligo. Arguo sic. linea mathematica non est aliud realiter a linea naturali. licet mathematicus non tradat scientiam vt huius existentis sed de linea secundum se. Sic etiam naturalis non tradit scientiam de hac rosa existente: sed de rosa secundum se: nec etiam est necessarium ad considerationem mathematici ꝙ linea sit in materia: sed solum facit ꝙ sit de consideratione eius ꝙ possibilis sit: in natura esse prout tamen consistit realiter non est nisi illa que perficit rem naturalem. sic enim vere sunt in naturalibus: et pro tanto dicit philosophus ꝙ abstrahentium non est mendacium. non dicit diuidentium.

2. physi. t. cap.18. D — Considerat enim mathematicus quod est in substantia non considerando subiectum. Sequitur ergo si linea naturalis potest distingui a naturali sine disticto situ: ꝙ similiter linea mathematica a linea mathematica cum sint realiter idem. Per hoc ad argumentum dico: ꝙ sicut sunt due linee naturales: sic similiter sunt due mathematice quo ad rem: non tamen quo ad considerationem mathematicam: mathematicus autem considerat omnes lineas: vt sunt partes alicuius figure: omnes autem linee simul existẽtes sunt partes vnius figure. vtputa basis vnius trianguli vel tale quid. et istud verbum Commentatoris glosandum: ꝙ quecunqꝫ in mathematicis sunt simul sunt vnum. quod ē

1. physico. co.22. — verum quo ad constitutionem alicuius figure. tamen in se non sunt vnuz: non tamen constituunt maius aliquid due linee simul ꝙꝫ vna. ideo non accipitur nisi vt vna constituendo figuram: eodem modo de puncto q̄ est cum alio puncto ꝙ non sunt duo puncta pro tanto: quia non constituunt aliquid maius. indiuisibile enim additum indiuisibili non facit maius: non tamen sequitur ꝙ sunt vnum. ⁊ hoc sufficit philosopho quo ad intentionem suam in. vj. tantum enim vult ibi probare:

6. phy. ⁊.1. de generā. T.lc.1. ⁊.2. ⁊ inde. — ꝙ non fit ex eis continuum. et hoc est verum. Similiter in proposito dico de istis duobus corporibus ꝙ nõ faciunt maius: vt sunt in loco vno: non tamen sequitur ꝙ sunt vnum. ¶ Ex hoc patet ad aliud de lineis tractis inter duo puncta ⁊c. quia ille rationes non concludunt vt videtur. Et quia secundum theologiã opz ponere duo corpora posse esse simul. ideo dicunt aliqui ꝙ sic.

Ri. pri. di. arti.4. q.5. opi.2. Quẽ ī var ro. vbi. s. hoc idem. — ¶ Sed quidam dicunt hoc modo ꝙ corpus subtile gloriosum virtute forme create alicuiꝰ. scilicz subtilitatis potest esse cum alio corpore non glorioso: vel non subtili. hoc probatur. cuiuscunqꝫ dotis corporis gloriosi est aliquis effectus proprius. Sed dotis subtilitatis non videtur esse alius effectus nisi penetrare aliud corpus et facere se simul cum eo. sed hec est forma creata et datur corporibus gloriosis. ergo possunt se facere cum alio corpore non subtili penetrando ipsum. ¶ Preterea. ꝙ possit esse per virtutem creatam probatur. Christus inquantum deus posset facere ꝙ corpus gloriosum posset esse cum glorioso. nec tamen conceditur ꝙ corpus gloriosum posset se facere: cum glorioso. sed bene conceditur ꝙ posset se facere cuz nõ glorioso. ergo non est tantum per potentiam diuinam sed per aliquid quod est in eo. hoc non videtur esse nisi dos subtilitatis. ergo ⁊c. ¶ Preterea. si subtilitas nõ esset ratio corpori essendi cum alio corpore: tunc corpus post resurrectionẽ esset in onus anime. anima autem quantum est ex se potest esse cum quocunqꝫ corpore: et si corpus non posset esse similiter tam esset sibi in onus: quia non posset cum ipso quod posset sine ipso: quod est contra Augustinum. xxij. de ciuitate dei.

Cap.11. — ¶ Preterea. sicut deus potest facere illd corpus pro nunc cum alio corpore. ita potest ipsuz conseruare per aliquod tempus et perpetuo. ergo a simili poterit sibi dare aliquam formam per quam sit cum illo alio corpore: et per quam perpetuo conueniat sibi esse cuz alio pro libito voluntatis sue. ¶ Preterea. magꝭ videtur de corporibus gloriosis ꝙ per subtilitatem suam possent se facere cum alio corpore ꝙꝫ de alijs non gloriosis. sed aliqua corpora inueniuntur que possunt se facere cum alio corpore. vt ignis cum ferro. et vinum similiter cum pane. Ignis enim in ferro oportet ꝙ vere sit quia ferrum ignitum habet propriam actionem ignis et ferri. vnde si est acutum comburit et scindit. Nec potest dici ꝙ sit ibi in aliena materia. quia due forme substantiales specifice non possunt simul perficere materiam eandem. Qꝫ etiam vinum sit vbiqꝫ cum pane: patet. quia vera est humiditas in pane. sed humiditas nõ potest separari a proprio subiecto. vt patet per philosophum. ij. de anima. De humido aque et aeris. licet minus sit sensibile in aere. vnde semper quando comprimuntur digiti in aere vel in aqua secundum eum intercipitur aqua vel aer inter digitos: quod patet quia manet humiditas que non separatur ab eis. ergo multomagis hoc possunt corpora gloriosa. — T.c.113.

¶ Modus ponendi est iste. subtile est aptum ad penetrare. vnde i de generatione dicitur ꝙ subtile est quod est repletiuum partium aliquid enim potest dici penetratiuum tripliciter. vel quia habet figuram acutam aptam ad penetrandum. Alio modo propter materie paruitatem: vt sunt corpora rara. Tertio modo per ꝟtutẽ actiuaz aliquam in eis ⁊ illo tertio modo est subtilitas in proposito in corporibus gloriosis. — Li.2.t.c.10

Alii dicunt ꝙ repugnantia. quare duo

Petrꝰ de tarẽ. i pn̄ti dis. pbleu. 4.q.3. Th.d.44 4.ar.2.q.2 i so.pn̄.2.q T.c.6.⁊50 ⁊.51.⁊.iñ. — corpora non possunt simul esse in eodem loco est propter grossitatem quam habent corpora non gloriosa. ⁊ ideo illis corporibus cum datur qualitas opposita. scilicet dos subtilitatis tunc tollitur illa grossities.

¶ Contra. Gloriosuz corpus est sensibile corpus. sed fatuum est dicere ꝙ locus in quo est corpus sensibile sit vacuus. Vacuum enim (vt patet. iiij. physicorum.) est locus priuatus corpore. ergo vbi est corpus gloriosum ibi est corpus sensibile. et per consequens est locꝰ plenus: nec hoc tollit ab eo gloriam: nec gloria tollit ab eo quin repleat locum. sed corpus replens locuz expellit aliud corpus naturaliter. ergo gloria non tollit quin expellat aliud corpus. ergo ⁊c. — T.c.76.

¶ Preterea. si dimensiones essent separate a corporibus non essent simul cum alio corpore. vt probat philosophus. iiij. physicorum. sed ille dimensiones non essent sensibiles ⁊ tamen expellerent aliud corpus. ergo multo magis facit corpus sensibile hoc. et hoc est contra modum ponendi secundum. quia quantũcunqꝫ tollatur grauitas nihilominus remanet corpus naturale sensibile. vt patz de celo quod nec est graue nec leue vel etiam stella. — 1.⁊.2.ce.

¶ Preterea. ad diffinitionem dimensiue quantitatis pertinet situs: quia quantitas permanens per hoc distinguitur a successiua: ꝙ habet partes in toto ad vnũ terminum communem copulatas: sed diffinitio non potest separari a diffinito. ergo per dotem non potest separari situs a quantitate. ergo ⁊ cetera.

¶ Preterea. ad hoc est auctoritas Boetij allegata.

¶ Preterea. Linea addita linee secundum ꝙ nata est facere extensionem facit maius. ergo corpus additu corpori secundum omnem extensionem facit maius. Sed hoc non videtur per dotem tolli: dotem dico subtilitatis. ergo ⁊ cetera. ¶ Preterea. Nihil im- — In pn̄tꝭ a 5. meta.

Th. vbi. s̄ pedit vnitatem situs nisi quod est ratio distincti situs:
⁊. q̄. 1. q 20. sed nihil pōt esse ratio distincti situs nisi quantitas di
stincta: sed hoc non tollit per dotē. ergo ⁊c. ¶ Dicunt
ergo isti ꝙ ad hoc ꝙ duo corpora sint simul reqritur
necessario ꝙ habeant distinctum esse: ⁊ ꝙ illud esse di
stinctum seruet vel conseruet eis quādo sunt in eodē
loco. esse aūt illud dependet a causis suis ⁊ principali⁹
ab essentialibus causis ⁊ ꝑmis. sed a deo dependent
omnia sicut a causa prima. ita ꝙ a causa secunde est di
stinctio situs quā requirit diuersitas materie que ē p̄n
cipium indiuiduationis. et quia deus potest conserua
re rem in esse cessantibus causis secundis. vt patet
per primam propositionem de causis. ideo deus: et so
lus deus potest tantū facere ꝙ esse corporis vni⁹ ma
neat distinctum ab esse alterius corporis: q̄uis eius
materia non sit distincta in situ a materia alterius cor
poris: et ponunt exemplum de sacramēto altaris: vbi
deus separat accidens a subiecto.

¶ Contra. hec opinio prima facie non est probabilis
quo ad hoc quod dicit ꝙ solus deus potest facere disti
ctionem duorum corporum existentium simul in eodē
loco. quia vel manent principia essentialia illorū cor
porum vt sunt in vno loco distincta: vel non. si sic. ergo
solus deus non conseruat. quia cum causis secundis
manentibus et concurrentibus conseruat: cuius con
trarium dicitur in positione si non: sequitur ꝙ deus cō
seruat et non conseruat: conseruat secundum te illud
esse distinctum eis. non conseruat: quia non conseruat
nisi quod est. sed materia illius est istius secundum te:
et forma illius est forma istius. ergo nō sunt distincta
ergo nec conseruat vt distincta: et sic ponis contradi
ctoria. ¶ Et si dicas ꝙ deus potest conseruare corpo
ra illa distincta sine distinctione principiorum intrin
secorum illorum. Hoc non valet: quia deus nunq̄ cō
seruat: nec potest conseruare rem sine suis principijs
essentialibus: vt hominem sine anima et corpore hu
mano. ergo nec distinctas res potest conseruare: sine
distinctis principijs essentialibus. talia autē sunt ma
E teria et forma. ergo ⁊c. ¶ Preterea. aut situs est for
male et essentiale distinctiuum quantitatis / vel acci
dentale. si formale et essentiale. ergo deus de potentia
absoluta non potest conseruare quantitatem distinctā
ab alia sine situ alio. deus enim nunquam potest effe
ctū cause formalis facere sine ipsa. vt hominē sine ani
ma humana et album sine albedine. quia est contradi
ctio. si est accidentalis ratio distinctionis quantitatis
ipse situs. ergo ante illud habuit causam essentialem
formalem propriam distinctionis. et tunc deus conser
uat illa distincta secundum causas suas priores sine il
lo quod est accidentalis ratio: vel si est causalis: tunc
conseruat causam sine effectu: ⁊ hoc est bene possibile.
¶ Preterea. in causis eiusdem ordinis non est circu
lus. sed distincta quantitas est causa effectiua distictio
nis situs: vt ipse accipit in vna ratione contra aliam
opinionem. ergo econuerso sit⁹ nō pōt esse causa effe
ctiua distinctionis quantitatis.

Alius est intellectus ꝙ in ordinatis se
Hē. q̄. 9. q. cundum prius ⁊ posterius deus potest conseruare pri
vl. fol. 1. ar. us sine posteriori: vt subiectum sine accidente. natura
tn̄ non pōt hoc semper: licz posset aliquando vt qn̄ ac
cidentia sunt necessaria respectu talis subiecti: vt su
perficiem non potest natura conseruare sine aliquo colo
re. deus tamen potest sine omne colore. quia totum ge
nus colorum superficiei inest contingenter sicut quod
libet indiuiduum. vnde sicut potest ab vno indiuiduo
separari. sic a toto genere coloris. sic est in proposito:
quantitas est ratio situs et distincta distincti situs. li
cet ergo tota natura nō posset separare a distincta quā
titate distinctum situm: tamen deus potest: et tunc hoc
modo debent procedere: ꝙ licet distinctio situs sit acci
dens consequens necessario distinctam quantitatem:
tamen deus potest vnum separare ab alio et conserua
re prius sine posteriori quantitatem: scilicet distinctā
sine distincto situ. natura tamen hoc non posset.

¶ Et tunc respondendum est ad rationes prime opi
nionis: quando dicitur ꝙ quelibet dos habet actū ali
quem. Dico ꝙ non est verum: immo impassibilitas ē
dos: et non habet aliquem actum: quia non posset pa
ti non est nisi negatio ipsius posse pati. ¶ Et si dicas
ꝙ impossibilitas prohibet ne agens contrarium possit
causare actionem. dico ꝙ si hoc est verum tamen hoc
non est aliqua actio sed sola resistentia. Sicut nec celū
prohibendo elementa agere in se est per aliquam actio
nem elicitam a celo. sic in proposito impassibilitas nō
dicit aliquam actionem seu actum secundum.

¶ Ad secundū dico ꝙ deus de potentia absoluta pos
set facere corpus gloriosum cum glorioso sicut nō glo
rioso: non tamen deus disposuit et pro tanto dicitur ꝙ
potest facere gloriosum cum non glorioso: non autem
cum glorioso. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ propter hoc
corpus non est onus: non quia non habet hoc propter
qualitatem aliquam in ipso per quam posset se virtu
te propria facere cū alio corpore: sed quia ita cito vir
tute diuina potest facere se cum alio corpore sicut si es
set sine corpore. posset eē cum alio corpore virtute sua.

¶ Ad aliud quando dicitur ꝙ deus potest facere cor
pus cum alio corpore ⁊ conseruare ipsum per aliquod
tempus cum eo et perpetuo: concedatur. et quando di
cis vltra: si potest ipsum perpetuo conseruare: potest
sibi dare formam per quam sit cum alio corpore.

¶ Respondeo. si intelligas per illam formam respe
ctum quendam extrinsecū ad aliud corpus qui respe
ctus est simultas: concedo. si autem intelligas ꝙ det
sibi formam priorem que sit causa simultatis: nego.

¶ Ad aliud de igne ⁊ ferro. dico ꝙ ferrum est corpus
alterabile ab igne: non tamen ferrum ignitū est ignis
tamen quia corpus durum et difficulter recipiens ex
quo recipit fortiter alterationem in illis qualitatibus
et per consequens secundum eas fortiter agit: non ta
men ibi est ignis sed qualitas ignis nisi forte in poris
ferri vbi est ignis: quia corpus subtile ⁊ penetratiuum
est. ¶ Ex hoc enim aliquid dicitur penetratiuum: nō
ꝙ penetret solida. sed partes minimas vbi non est so
liditas: sic etiam spiritus animalis dicuntur subtiles:
quia diffundunt se per totum corpus per poros illos
vbi non est caro solida: non ꝙ simul sint cum carne so
lida. ¶ Ad probationem. cum dicis habet virtutem
alterandi. dico ꝙ verum est: non tamen in materia ꝓ
pria. ¶ Ad aliud de pane et vino. dicendum ꝙ si tot⁹
panis esset pori: nihil esset ibi de pane. oportet ergo ali
quam partem esse solidam et aliam porosam: ⁊ in illis
poris recipitur vinum vere: in alijs vero partibus nō
est vinum: sed humiditas quedam extra circunstans:
non tamen in pane: sed in vino: vt patet in exemplo
philosophi de digito et aqua: quia humiditas circun
stans digito non est tantum humiditas. sed est de a
qua cum humiditate que non est in digito sicut in sub
iecto. sed in aqua a qua non separatur. nec tantum est
ibi illa humiditas que ab aqua separari non potest:
que tantum est contigua digito: sed aliqua humiditas
alia quam potest digitus recipere que subiectiue est in
digito: sic aliqua qualitas causatur a vino que est sub
iectiue in pane. ⁊ sic patet ꝙ argumentum non conclu Bot. q̄lib.
dit per illud sire. ¶ Alij dicunt ꝙ corpus gloriosum ē 6. q. 5.
cū non glorioso: ⁊ pōt esse ꝑ miraculum: mod⁹ ei quā

titatiuus est: ratio quare aliquid est localiter in loco. sed modus quantitatiuus potest tolli a corpore: et sic non erit localiter in loco: esse autem cum alio corpore: non tamen localiter non est inconueniens.

¶ Contra. hoc non valet: quia quod est in loco sibi equali: est localiter in loco: sed tale corpus quando est cum alio corpore est in loco sibi equali: nec vnq̄ tollitur ab eo quin sit in loco sibi equali. ergo nec modus quantitatiuus: licet bene concedam ꝙ deus bene pōt hoc facere. nō tamē facit illud.

F Respondeo ergo ad quæstionem: vbi primo ostendo: ꝙ possibile est duo corpora esse simul: secūdo ꝙ hec possibilitas debetur corpori vt informatur ab hac anima. tertio vtrum sit qualitas absoluta illa possibilitas. ¶ Ad primum dico ꝙ in corpore glorioso est possibilitas essendi cum alio corpore. probo: ad simpliciter impossibile non est aliquid in potentia actiua. sed ad hoc est potentia. vt fide tenemus de corpore christi in natiuitate ⁊ in aliis exemplis suprapositis. ergo ⁊c. ¶ Sed quomodo ita fit? Dico ꝙ int᷑ quātitatem ⁊ quantitatem non est repugnantia formalis: nec inter situm et situm: nec inter vbi et vbi probatio. quecunq̄ forme quantūcunq̄ sint contrarie si sunt in diuersis subiectis non repugnant. sed illa duo vbi sūt in diuersis. ergo non repugnant formaliter. vnde dato ꝙ in hoc corpe sit hoc vbi: et in alio aliud vbi: ista duo vbi non repugnant formaliter: quia eiusdem speciei sunt: nec repugnant respectu corporis. scilicet subiecti quia hoc vbi est in vno corpore. aliud in alio. si ergo ē impossibilitas ꝙ illa duo vbi sint ī diuersis hoc non ē propter repugnantiam quam habent inter se absolute nec etiam vt comparata ad subiecta. ergo oportet ꝙ ꝓpter comparationem eorum ad eundem terminum respectu cuius accipiuntur. sed nec sic est impossibilitas: quia duos respectus extrinsecos esse in diuersis nō ad diuersos terminos non est impossibile: quia nec est impossibile de respectibus intrinsecus aduenientibus. vt duos respectus similitudinis esse in diuersis ad vnum

G simile. ¶ Preterea. hoc patet ex hoc ꝙ impossibilitas quanti ad quantum existendi in eodem loco non est nisi sicut impossibilitas cause essendi sine suo effectu: et naturali: sed cum causa prior sit suo effectu omne prius naturaliter deus posset ꝯseruare sine posteriori: non est impossibile quantum esse cum quanto et quantum esse sine effectu suo et per consequens potest esse quantitas siue dimensio distinctis sine distincto situ: sed erunt duo respectus eiusdem situs: et per consequens duo corpora simul possunt esse.

H ¶ De secundo dico ꝙ possibilitas essendi cū alio corpore cōuenit huic corpori et debetur vt ab hac anima informatur: et hec possibilitas est dos subtilitatis: vnde sicut perfectio huius anime est debit᷒ ordo ad gloriam sic est perfectio corporis ꝙ sit cum alio corpore: prolibito voluntatis aīe beate ad coagendū illi alteri.

¶ Sed de tertio principali. quid est ista possibilitas? est ne aliqua qualitas absoluta? Dico ꝙ non. quia hec

I possibilitas non est aliud in hoc corpore nisi vt non repugnet ad coexistendum alteri corpori: talis enim nō repugnantia non est qualitas absoluta. ergo ⁊c.

¶ Preterea. non videtur ꝙ aliqua qualitas creature habeat respectu vbi maiorem virtutem q̄ angelus. sed angelus non potest causare duo vbi respectu eiusdem termini. ergo nec illa qualitas. si ergo pōatur erit frustra. ¶ Preterea. si erit qualitas aliqua absoluta: vel erit qualitas actiua vel passiua. non passiua: quia tūc per illam corpus gloriosum fieret passibile: nec actiua quia nec simultas corporum esset actio eius nec terminus. non actio; quia suum oppositum magis importat actionem que est expellere. nec terminus actionis eius. quia simultas aliquorum est eorum non mutua expulsio. vnde dicit carentiam actionis. ergo propter illam non oportet ponere qualitatem actiuam. si ergo inesset qualitas talis non ageret. immo magis impediret. quia si haberet aliquem actum ille esset expellere aliud corpus. ꝙ autem sit aliqua qualitas et non habeat aliquam actionem inconueniens est. K

¶ Dico ergo ꝙ subtilitas vel illa possibilitas non habet susceptiuum intrinsecum in corpore glorioso: sed habet causam intrinsecam voluntatem suam et extrinsecam voluntatem et potentiam diuinam. et sic ille ordo intrinsece est in illo corpore et debetur sibi quasi de iure: vt dictum est de dote impossibilitatis: et secundum hoc dicitur dos.

a.l.extrinsece.

Ad argumenta. ¶ Ad primum dico ꝙ L non erit corpus gloriosum subtile per carentiam alicuius partis materie. sed per possibilitatē existendi cū alio corpore secundum libitum voluntatis anime sue: non tamen ex se effectiue sed per aliam causam: scilicet voluntatem diuinam.

¶ Ad secundum dicitur communiter ꝙ non est simile. maior enim virtus requiritur ad hoc ꝙ vnum corpus sit in duobus locis q̄ ꝙ duo in vno loco: et ideo consequentia non valet.

Ri. pū. di. 4. pū. q. 5. fol. 6. arg.

¶ Ista solutio non valet. vtrūq̄ enim non est nisi potentie increate. ergo equalis virtutis. neutrum enim ē possibile potentie create: sicut ergo vnum posset esse ꝑ dotem. ita et reliquū. ¶ Sed posset dici ꝙ natura non potest dare nec causare mutationem positiuā sine mutatione priuatiua in quibus nata sunt concurrere. vnde non potest dare albedinem nisi priuet subiectū nigredine: in quibus tamen non sunt nata concurrere in illis potest: vt in illuminatione: ibi enim est mutatio positiua sine priuatiua.

Ad propositum omnis mot᷒ ad diuersa vbi est talis quasi ad contraria: et ita absolute loquendo natura non potest facere ꝙ corpus aliquod accipiat vnum vbi et non priuetur alio vbi: quia nate sunt M concurrere mutationes positiue et priuatiue in talib᷒. sic nō est quando facit duo corpora simul: quia priuat corpus vno situ et ponit ipsum in alio situ: non tamen facit illam mutationem priuatiuam: circa aliud corpus sed in se.

¶ Preterea. si faceret vnum corpus in duobus locis faceret mutationem que nata est terminare motum sine motu: quod patet: quia si manet in illo loco et est in alio non mouetur ad illum: quia iam dimitteret primum: quia motus ad illud vbi est recessus ab alio vbi. sed impossibile est naturam facere mutationē sine motu: que mutatio nata est terminare motum localem: vt patet. ergo ⁊c̄. hoc autem non sequitur si ponātur duo corpora in vno loco.

¶ Potest etiam dici ꝙ ad hoc ꝙ vnum corpus sit in diuersis locis requiritur aliqua actio positiua et sic aliqua virtus actiua: non autem ad hoc ꝙ duo corpora in vno sint: et ideo non est simile.

Ad tertium dicendum ꝙ procedit ex falsa imaginatione: quia dimensiones illas esse easdem dimensionibus loci potest intelligi positiue: vel negatiue. si positiue falsum est; quia non sunt eedem alicui dimensioni loci; quia locus non habet dimensiones: vt patet. quarto physicorum. preter dimensio- N nes locati. Si autem intelligatur negatiue. id est non alie: verū est: ⁊ tūc glosandū est. dimēsiones illius cor

poris & alterius corporis que sunt in eodem loco sunt idem dimensionibus loci: id est non alie: quia non sũt dimensiones loci alie a dimensionibus locati vel contenti in loco: sed propter hoc dimensiones corporis illius non oportet ꝙ sint idem dimensionibus alterius quia non sunt alicui alteri idem. & ideo manent distincte dimensiones. ¶ Ad vltimum dico ꝙ non est data potestas corpori glorioso coexistẽdi corpori alteri glorioso: licet sibi possit dari: quia dos subtilitatis est q̃d ad imperium voluntatis sue sit cum alio propter perfectionem aliquam: ꝙ autem sit cum glorioso non requiritur dos subtilitatis nec perfectio aliqua. ¶ Ad illud quod dicis ꝙ magis conuenit gloriosum cũ glorioso q̃ cum non glorioso. dico ꝙ verum est. Et cum dicis. ergo deberent esse magis simul dico ꝙ non oportet: nisi essent cetera paria. non enim omnis similitudo est ratio simultatis: si enim ratio valeret: concluderet ꝙ cum due dimensiones plus conueniant inter se: q̃ quantitas cum qualitate. ergo magis possent esse simul quod falsum est. ¶ Potest etiam ibi dici ꝙ non: propter imperium voluntatis alterius beati. non enim habet anima imperium super corpus gloriosum. sicut super non gloriosum.

¶ Hic oritur quæstio ex præmissis ducens originem &c.

Distinctio.L.

Questio.I Circa istam distinctionem.L. primo queritur. Utrum aliquis secundum rectã rationem ad fugiendum miseriam possit appetere non esse? Videtur ꝙ sic. per illud Matt.xxvj. de iuda &c. Bonum erat &c. Ergo hoc est minus malum. ergo magis appetendum.

¶ Preterea. philosophus.j. rhetorice capi.ij. Carentia mali est delectabilis: sed delectabile est desiderabile. ergo carentia mali est desiderabilis: sed non esse nõ includit aliquod malum: ergo est delectabile: & per cõsequens desiderabile. ¶ Preterea. Ansel. Cur deus homo. lib.j. capitu.xxj. Fateri me necesse est: quia pro tota creatura nihil deberet facere contra voluntatem dei: sed annihilari eligendum esset. ¶ Contra Augustinus. iij. de libero arbitrio ante medium vel circa probat oppositum per tres rationes ex intentione. & est p̄ma ratio sua. vbi sic dicit. Non esse non est recte eligibile: quia nihil est.

¶ Preterea. secũda ratio est. in quo nulla est ratio boni in ipso non est ratio melioris. Sed in non esse non est ratio boni: igitur nec melioris. ergo non est preeligendum.

¶ Preterea. tertia ratio Augustini ibidem. Qui recte eligit necesse est vt cũ peruenerit ad illud quod eligit melior fit. sed nullus fit melior per nõ esse. ergo &c. et has rationes ponit Augustinus ex intentione in libro predicto.

Quæstio secunda.

Iuxta hoc quæritur. Utrum dãnati appetant nõ esse propter fugiendaz miseriã? Videtur ꝙ non: obiectum volũtatis est bonum: vel verum vel apparens. ergo nihil est appetibile nisi aliquod illorum: sed in non ente nullum illorum est. ergo &c. ¶ Preterea. qui vult eẽ in quiete vult esse: non enim potest velle esse in quiete: nisi velit seipsum. sed dãnati non possunt non appetere beatitudinem. ergo nec possunt non velle esse in q̃ete. ergo non põt velle non esse. ¶ Contra. Apostolus. Desiderabunt mortem &c. Apoca.9.

Respondeo ad primam quæstionem: A ꝙ potest dupliciter intelligi secũdum ꝙ est duplex miseria. scilicet pene & culpe. ¶ Si querat questio vtrum possit quis secundum rectam rationem ad fugiendum miseriam pene appetere non esse. Dicunt quidaz ꝙ nõ Ri. pñ.di. prima ratio est ad hoc: malum ideo est malũ: quia adimit aliquod bonum: sed non esse adimit totum bonũ: ar.pncl.4. q.2. quia totam naturam. ergo maius malum est non esse: q̃ miseria pene: sed secundum rectam rationem maius malum nunq̃ debet appeti propter fugam minoris mali. ergo nunq̃ non esse est appetendum secundũ rectam rationem p̄pter fugam pene. ¶ Preterea. secundo. fuga maioris perfectionis non est appetenda: Aug.12.ci. propter adeptionem minoris perfectionis. igitur nec c.16. oppositum maioris p̄fectiõis p̄pter fugã oppositi minoris: sed esse est maior perfectio q̃ gaudiuz: quia sm Diony. de diui. no. Inter omnes diuinas p̄ticipationes esse est nobilior. ergo oppositum esse ipsius nõ põt Cap.5. appeti p̄pter fugam oppositi ipsius quod est pena.

¶ Si autem querat de malo culpe. dicunt q̃dã ꝙ nõ: Ri. vbi.s. sicut & prius dictum est in vl'. & ad hoc concludũt due predicte rationes. ¶ Prima: q2 culpa non adimit totum bonum: quia relinquit naturã: sed nõ esse nihil relinquit. ¶ Secũda. q2 esse est nobilior participatio diuina q̃ esse sine culpa: vel participatio iustitie opposite culpe. ¶ Ad hoc etiam assignant alie rõnes. Pria est talis. Si propter fugam culpe esset appetendũ nõ esse: & non propter pene fugam: hoc esset propter aliquam rationem mali repertam in culpa que non reperitur in pena. triplex autem malum inuenitur in culpa quod non in pena. vnum quia pro culpa infligitur pena. Secundum: quia deus potest penam efficere non culpam. Tertium: quia culpa facit habentem formaliter malum. Propter primum non potest appeti nõ eẽ: quia nihil est appetendum quod est maius malum p̄pter fugam minoris mali: sed appetendo non esse propter fugam culpe ratione mali pene infligende per eaz non vitatur maius malum q̃ sit maluz pene que infligitur pro illo. ¶ Preterea. pene infligentia nunq̃ potest esse ita mala sicut non esse. ergo non est appetendũ non esse propter fugam pene infligende pro culpa.

¶ Preterea. nec propter secundum malum repertuz in culpa. quale est quod deus non potest facere. quia sicut non potest facere culpam: sic etiam non potest facere non esse. neutrius enim est causa positiua: vt patz per Augu. lxxxiij. q.q. xxj. vbi dicit ꝙ deus non est causa alicui creature tendendi in non esse: sed tantũ est cãsa non esse non conseruando esse. sic est etiaz causa peccati non infundendo gratiam per quam tollitur peccatũ nec propter tertium: quia per culpam non deordinatur tota natura: nec efficitur malo/nisi voluntas. ergo propter illam malitiam etiam non est appetendum nõ esse.

Ri. vbi su pra, z Hē. Alii dicunt oppositum. scilicet q propter culpam fugiendam est appetendum non esse secundum rectam rationem. quod primo probatur sic. quilibet tenetur magis fugere illud quod est contra deum quam illud quod est contra seipsum. sed culpa est contra deum: non esse vero contra seipsum. ergo zc. ¶ Et confirmatur: quia homo plus tenetur diligere deum quam se. ¶ Preterea. maius malum est magis fugiendum. tale est malum culpe respectu non esse. ergo zc. minor probatur. carentia boni debiti est maius malum: quia formaliter malitia est: quam carentia boni indebiti: sed peccatum vel culpa est carentia boni debiti: non esse autem non est carentia boni debiti: alias ante creationem mundi fuisset boni debiti carentia: z sic malum. peius ergo est peccatum quam non esse. ¶ Preterea. quod est malum simpliciter: magis est vitandum quam quod est tantum malum huic. propter quod etiam conceditur q deus potest esse causa pene: licet non culpe: quia culpa est simpliciter malum: non pena: sed solum huic. z q culpa sit malum simpliciter. probatio: quia opponitur bono simpliciter. tollit enim deo honorem debitum. sicut patet per Anselm. j. Cur deus homo. cap. xj. et. xv. peccator enim quantum in se est deum inhonorat: quia ergo peccatum est contra deum et contra ordinem vniuersi est malum simpliciter. non esse autem non est malum simpliciter. sed huic tantum.

Contra primam opinionem quæ dicit q malum pene est magis eligendum. videtur q ille rationes sint contra eos: quia ita concludunt de malo culpe sicut de malo pene: z tamen non dicunt ipsi vniformiter de vtroque malo: nec est etiam ista propositio vera: q illud quod adimit maius bonum vel plus de bono sit maius malum. ¶ Preterea. ille rationes de malo culpe habent instantiam: quia quando dicitur in prima ratione q quilibz tenetur magis fugere quod est contra deum quam contra seipsum. dicendum q verum est si eodem modo est contra deum z contra seipsum: aliter non oportet. patet in aliis. plus ego diligo pedem meum quam aliquem alium hominem: tamen magis volo aliquam lesionem pedis mei quam mortem alicuius alterius: sic plus diligo deum: tamen potius volo sibi aliquam offensam quam me non esse: sed qui peccat non ita facit contra deum q velit deum non esse: sed tantum facit contra preceptum dei: et sic non facit contra esse dei.

¶ Ad secundum dicendum q maior vera est ceteris paribus: scilicet q maius malum est fugiendum: quia ceteris paribus carentia boni debiti est maius malum quam boni indebiti. si autem bonum debitum supponit bonum indebitum: nec sine ipso potest haberi: tunc carentia boni indebiti est maius malum: quia sic est carentia boni indebiti causalis occasio carentie boni debiti: sic est in proposito. bonum enim secundum q est bonum debitum non potest haberi sine bono indebito quod est primum. z sic maior in proposito est falsa: quia cetera non sunt paria. Unde quando dicitur in minori: q malum culpe est maius malum. dico. q est petitio principii.

¶ Ad tertium eodem modo dicendum sicut ad primum si enim deo vel vniuerso posset esse peius in se propter culpam verum esset. sed turbatio vniuersi non est in toto vniuerso: sed tantum in hac parte: sicut damnatio non est nisi in hac parte. si ergo intelligis per malum simpliciter huic: est verum. si autem intelligis q est simpliciter malum z huic falsum est quia sic non esse est. ibi simpliciter malum non culpa: quia non esse tollit totale esse eius: et sic est sibi totale malum. non autem sic culpa: quia non tollit totam naturam. ¶ Cum dicis q peccator inhonorat deum: z ideo est malum simpliciter,

Dico q si peccatum tolleret aliquid de his que sunt in deo a deo: tunc verum esset. sed quia non tollit aliquid honoris nisi quod debet esse in honorante ideo non valet. ¶ Preterea. secundum hoc. deus maxime deberet nolle peccatum: quia est contra ipsum: et secundum hoc potius deberet annihilare peccatum quam velle ipsum non esse peccantis.

¶ Preterea. quodcunque peccatum mortale cuilibet persone equale existens eque inhonorat deum. et tunc secundum hoc quilibet potius tenetur velle non esse quam in quemcunque mortaliter peccare: quod non credo tamen.

Respondeo ergo ad quæstionem q propter fugam mali pene nullus secundum rectam rationem potest vel debet appetere non esse. probo. nullus recta ratione potest appetere non esse ad fugiendum iustum z bonum: sed malum pene est iustum et bonum: ergo propter fugam ipsius nullus debet appetere non esse. maior patet. quia nihil potest appeti simpliciter nisi esse. iustum autem et bonum magis habet rationem esse quam non esse: quia non esse opponitur ipsi esse. minorem probo: quia pena est quid iustum z bonum: quia positiuum z punitiuum peccati z culpe. ¶ Preterea. B

nullus secundum rectam rationem potest aliquid appetere contra inclinationem naturalem quando illa consonat voluntati diuine. sed ad esse est appetitus naturalis: vt patet. ij. de generatione. et. ij. de anima. et est voluntati diuine consonus: quod patet ex hoc q ipsum causat immediate in creatura rationali: et in perpetuum conseruat. pena autem non est dissona voluntati diuine: quia infligit eam. ergo propter ipsam non est appetendum non esse. ¶ Utor autem in istis rationibus bonitate et iustitia inclinatione naturali ad esse et voluntate diuina que est regula recta appetitus humani que non concludunt de malo culpe. Nam licet voluntas diuina sit ad penam puniendum non tamen voluntas naturalis. non vtor autem istis terminis sicut alie predicte rationes dicebant q malum adimit bonum z maius malum maius bonum. ¶ De secundo dico: q ad fugiendum malum culpe potest aliquo modo appeti non esse: z alio modo non. ¶ Unde sciendum q dupliciter potest comparari volitas ad non esse: z ad miseriam culpe. s. vniformiter z difformiter. vniformiter vt sit causa ipsius non esse sicut est causa ipsius culpe: z hoc modo quod nulla. esset: quia nullo modo potest esse causa ipsius non esse: nec etiam si posset deberet velle se facere non esse propter fugiendam culpam: quia in hoc peccaret mortaliter. probo. sicut post esse diuinum maxime teneor diligere esse meum: sic post odium esse diuini maxime teneor vitare z fugere odium esse proprium. quia odiendo esse proprium z volendo ipsum facere non esse pecco mortaliter. quod oportet vt intelligatur questio secundum q ad ea comparatur voluntas difformiter. videlicet secundum q voluntas potest appetere non esse: non vt sit causa sicut est causa peccati: sed vt voluntarie sustineret ipsum: non esse si infligeretur sibi: z sic non est quasi velle simpliciter: sed quasi non nolle: z talis voluntas est semper quando duo mala ponuntur maius z minus malum: quia quando sunt duo mala in eligendo minus malum est fugere maius malum: quia ibi vnum habet rationem boni respectu alterius: vt patet. v. ethico. c. vj. sic ergo intelligendo questionem: dico q voluntas creata tenetur non vitare non esse a deo annihilante. aliter enim mortaliter peccaret. ¶ Ratio ad hoc: quia quilibet secundum rectam rationem tenetur seruare preceptum diuinum quamdiu non est reuocatum. et per consequens non facere peccatum in quocunque casu: quia quodcunque peccatum est peccatum: quia est contra preceptum diuinum. ergo in quocunque peccato quis transgreditur preceptum diuinum: sed non nolendo se a deo annihilari non transgreditur quis preceptum diuinum. sed inclinationem naturalem. Uitare autem peccatum includit preceptum quod non est reuoca-

T.c.59.
T.c.33.
C
D

tum.nunc autez semper sic est.ergo tenetur ad istud vt
E fugiat ⁊ vitet illud. ¶ Preterea. quando aliqua duo
concurrunt secundum diuersas regulas: semper illud
quod est secundum regulam superiorem est eligendū:
et faciendum sic est in proposito: quia preceptum diui
num est secundum regulam superiorez: quia secundū
voluntatem diuinam: quod est de non cōmittendo cul
pam: sed nolle non esse est secundum inclinationez na
turalem que est inferior. ergo potius debet nō nolle se
annihilari a deo q̄ culpam suam vel peccatum esse.
¶ Et dico nisi reuocetur preceptum: quia non videt
ꝙ circa creaturam sit aliquod peccatuz mortale ex ge
nere: sed tātum ex precepto diuino: vt cognoscere alie
nam: occidere hominem: quia illa ex se si deus reuoca
ret preceptum non essent peccata. ¶ Preterea. velle il
lo modo non esse ne.s. peccet quis mortaliter est velle
non esse ne inhonoret deum. sed hoc procedit ex maxi-
ma charitate ⁊ dilectione dei: quia intantum vult ser-
uare preceptum dei ꝙ potius vult non esse q̄ transgre
di: sed actus procedens ex maxima dilectione dei est
actus consonus rationi recte. ergo debet se permittere
occidi a deo anteq̄ velit peccare. deus enim nō peccat
Ca.9. occidendo te ⁊c. ¶ Preterea. sm phl'm. ix. ethicorum
Idē ethi. propter bonum actum virtutis debet se virtuosus ex
cap.11. ponere morti: non ꝙ occidat seipsum: sed ꝙ se offerat
alteri vt occidatur priusq̄ committat aliquid turpe.
ergo magis qui sequitur legez diuinam debet se expo
nere morti: etiam ipsi non esse anteq̄ faciat contra le-
gem diuinam. ¶ Et si dicas ꝙ philosophus non dice
ret ꝙ debet se exponere morti si sciuisset ꝙ haberet vi
tam immortalem. quia vita immortalis preponderat
illi actui virtutis propter quem mortuus est. sed quia
non diu durasset vita illius secundum eum: ideo p̄pō-
derauit ille actus virtutis omnibus aliis quos post-
ea habuisset: ⁊ si tunc secundum rectam rationem nō
fuisset eligendum apud Aristotelem. non esse potius
quam ꝯmitteretur turpe. ergo nō nūc. ¶ Respondeo.
si homo secundum rectam rationem debet se coniun-
gere fini: tunc secundum rectam rationem debet se cō-
iungere omni quo coniungitur illi fini: sicut si tenetur
ad finem moralem secundum rectam rationem: tūc q̄c
quid concomitatur illum actum: nihilominus habet:
eque necessarium ordinez ad illum finem. siue ergo cō
comitet immortalitas siue non pro illo nunc ne p̄dat
finem moralem secundum rectam rationez tenetur ad
illum actum virtutis per quem sibi coniungitur.
¶ Et tunc si arguatur: in omni natura ita est ꝙ meli-
or est substantia q̄ operatio vel beatitudo eius: q2 btī
tudo eius est accidens. nullum autem accidens perfe-
ctius est substātia. ergo nāq̄ beatitudo est finis: quia
finis nobilior est eo quod est ad finem. ¶ Respondeo
pro tanto operatio vel beatitudo non dicitur bonum.
nisi quia coniungitur fini: quod est simpliciter bonum
et quia est medium ei. sic intelligit Aristo. ꝙ quecūq̄
operatio se habet ad finem humanum illa est simplici
ter eligenda: quia secundum hanc substantia sua perfi
citur et conuersatur: et sic aliud non est accipiendum
quod auertit.

¶ Alii textus sic habent.

¶ Respondeo si homo secundum rectam rationē de
bet se coniūgere fini: tunc secundum rectam rationem
debet se ad omne quod coniungit illi fini coniungere.
diuturnitas igitur siue perpetuitas nihil facit: ac si ex
pectaret aliam vitam perpetuam: quia sicut est rectus
ordo ad finem ⁊ recta ratio. pro tunc igitur semper fuis
set rectus ordo actus practici ad finem virtutis vel a-
ctus moralis: igitur talis actus semper est faciendus
anteq̄ turpe aliquid fieret contra virtutes vel bonos
mores. ¶ Si dicas ꝙ actus ille moralis est minus p

fectus q̄ sit substantia mea vel vita vel esse meum: q̄a
est bonum perpetuum. ¶ Respondeo. dico ꝙ actus ī
trinsecus non est simpliciter bonus: nisi quia operādo
circa ipsum subiectum efficitur bonum. ita substantia
est melior q̄ finis intrinsecus beatitudinis: ⁊ tamen p
pter habendam beatitudinem sustinemus mortem. et
amittimus esse substantiale: tamen inquantum actus
ille vel operatio coniungit fini vltimo ⁊ bono extrin-
seco dicitur esse melior et perfectior substantia sua. ma
xime quia in hoc facit optimum substantie sue q̄tum
melius potest. inquantum iste actus facit magis ppi-
quum deo. sic in proposito: quia per actum moriendi
coniungitur fini morali: ⁊ est optimum substantie sue.

Ad argumenta. Ad primū dicendum.

ꝙ potest concedi ꝙ prius debuisset eligere se non fuis-
se creatum a deo q̄ ꝙ fecisset illud malum. si autem in
telligatur ꝙ melius fuisset sibi non fuisse natum q̄
habere penam illam: tunc exponitur de natiuitate:
extra vterum ꝙ melius sibi fuisset ꝙ fuisset mortuus ī
vtero. ¶ Ad secundum dicendū ꝙ carentia mali sup
posito aliquo bono est delectabilis. sz nullo bono sup-
posito non est delectabilis: quia nihil est. ¶ Si autez
arguas de malo culpe: tunc argumentum est pro me.
¶ Ad aliud dicenduz: ꝙ arguit de miseria culpe. Et
hoc concedo. potest etiam concedi ꝙ est verbum disci-
puli. tamen Ansel'. approbauit. ¶ Ad illa in oppositū
dicendum ꝙ absolute loquendo nō debet appetere nō
esse: ita ꝙ voluntas sit causa ipsius non esse quantum
est in se. potest tamen appetere non esse. scilicet permis
siue. scilicet ꝙ si infligeretur sibi voluntarie acciperet.
et secundum hoc procedunt rōnes Augustini.

Ad secundam quæstionem iam patet

quid sit dicendum: quia licet debent magis velle non F
esse q̄ in peccato permanere. credo tamen ꝙ appetunt
non esse non propter culpam fugiendam. sunt eniz ob
stinati. sed propter penam q̄ sustinent. ratio est. non eē
non est maximum malum: nec se odibile: sed miseria ē
per se malum ⁊ per se odibile. ergo quilibet ipsam na-
turaliter refugit: nec ab hac fuga retrahitur. tale autē
non est non esse. ergo ⁊c.
¶ Prima patet: quia sicut non esse ab eterno non fu
it malum sic nec post est malum: nec aliquis vnq̄ con
tendit cum deo: quia non fuit natus anteq̄ fuit natus
sed pena ⁊ miseria est simpliciter malum: ⁊ ideo sim-
pliciter nolenda: quia est contra appetitum naturalē:
nec esse est per se obiectum commodi. Unde si daret
mihi optio ego eligerem potius non esse simpliciter q̄
in tali ⁊ tanta miseria esse.
¶ Contra. esse est magis diligibile affectiōe commo
di probo. Omnis appetitus affectione commodi ē cō
cupiscens: concupiscens alicui concupiscit. ⁊ hoc habz
pro fine. Sed omnis appetitus affectione commodi:
sibi concupiscit. ergo maxime concupiscit sibi suum eē
¶ Preterea. August. xix. de ciui. dei: dicit ꝙ amor sui
viq̄ ad contemptum dei facit ciuitatem diaboli. hoc Ca. vlti.
maxime viget in dānatis sicut ex opposito maxime a
mor dei in beatis. ¶ Preterea. affectio commodi seq̄
tur appetitum naturalem sed natura maxime appetit
esse. ergo ⁊ affectio commodi maxime est ad esse: tunc
sic: cuius oppositum quis maxime odit ipsuz affectio
ne commodi maxime diligit. Sed oppositum ipsius
esse maxime quis odit affectione commodi. ergo esse
maxime diligit. ¶ Respondeo de minori posset eē du
bium propter beatitudinem que magis videtur diligi
affectione commodi: quia opponitur ipsi miserie. sz ta
men certuz est ꝙ licet concupiscentia quo ad concupi
tum sit magis ad beatitudinem non tamen concupita

est beatitudo nisi ppter me sicut propter finẽ. Cõcedo ergo minorẽ: sed ad maiorẽ (quando dicitur q esse est maxime eligibile affectione cõmodi: et sic oppositum eius est maxime fugiendum.) dico q est falsa: nisi sit in eodem genere oppositionis: tunc ad minorem dico q non esse est oppositum esse cõtradictorie. sed miseria et beatitudo cõtrarie. Velle etiã et nolle sunt actus contrarij et habent opposita obiecta: nũc autẽ contradictorium nõ habet rationẽ formalem odibilis: sed cõtrarium. contrarium enim est maioris odij q contradictorium. probo: ex affectione beatitudinis est odibilitas. nõ enim appeto nõ esse nisi quia vellem beatus esse: sed huic opponitur miseria. ergo etc. ¶ Preterea
B illud est malũ formaliter: sed nõ esse nõ est malũ formaliter. et sic patet q illa ppositio est falsa que dicit: qd opponitur magis bono est magis fugiendũ: nisi opponatur cõtrarie. credo tñ q ppter fugam pene vellent nõ esse: quia dicit hoc scriptura fm illud Apoca. Desiderabunt hoĩes mori et fugiet mors ab eis. 9.

Ad argumenta. Ad primũ dico q ibi sunt duo nolle: tamen fortius nolle teneret: et sic dicuntur nolle nõ esse: quia in non esse nihil mali imaginatur. ¶ Ad secundum dicendum q consequentia bona est de volitione efficaci: nõ tamen de absoluta vel simplici volitione: et ideo arguis ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis non destruendo totum consequens.

¶ Questio.iij.

Utrum beati videant penas dãnatorũ? videt q nõ: quia si viderent aliqd esset eis ratio vidẽdi: sed nihil põt eis esse ratio videndi eas: quia nõ essentia diuina: quia ipsa nõ representat oĩa vt distincta: quia ipsa est indeterminata ad oẽs creaturas: nec ppñetas psonalis: quia illa nõ est cõmunis tribus: ratio autẽ cognoscendi est cõmunis tribus: nec alius respectus ad extra: quia ille nõ põt esse cognitus nisi prius sint cognita extrema. ergo cũ nihil aliud sit in diuinis nisi aliqd illorũ: et per illa nõ cognoscũt: ergo nõ possũt cognoscere. ¶ Preterea nihil cognoscit nisi qd hz ideam in deo: pena autẽ est qddã malũ. ergo nõ habet in deo ideaz. ergo etc. ¶ Preterea si vident penas dãnatorum vel volunt eas vel nolunt. si volunt: ergo videntur crudeles. si nolunt et non possunt subleuare: ergo cadit in eis tristitia: qd
Di.4.c.34. est incõueniens. ergo etc. ¶ Contra Gregorius in dia-
Idez super logo: et ponit magister in litteris.
Luc.16.

Respondeo. Hic primo est videndũ vtrũ videant vel cognoscãt illas penas in gñe pprio. Scdo vtrũ in verbo. ¶ Patet q nõ videant visione sensibili: quia nec est distãtia debita simplr: si requirit distantia debita inter intellectũ et obiectũ: et nõ cognoscunt: quia nõ est distãtia pportionata inter potẽtiã existentẽ in celo empyreo et obiectũ in inferno. Sic ergo patet q nõ in genere pprio. ¶ Remanet ergo qstio
A si in verbo cognoscant eas. vbi prima difficultas est qd est ratio cognoscendi eis illas penas in deo? ¶ Et dico: q est essentia diuina: non respectus nec persona le aliquod. probatio. quando causa est illimitata ex perfectione sua ad plures effectus in se ex se est determinatissima determinatione excludente cõtradictionẽ vel indifferentiã ad cõtradictoria ad quodcũq illorũ plurium. pbo. quia si esset tm illius: esset determinata ad illud: sed qd extendit se etiam ad aliud causandum nihil diminuit de virtute sua respectu illius nec impedit determinationẽ sui respectu illius. tunc arguitur. Si aliqua essentia esset determinata ad representandum tantũ hanc essentiam: illa esset determinata duplici determinatiõe ad cõtradictoria: et determinatiõe ad alia: sed essentia diuina est illimitata ad omnia entia: et est ad qdlibet illorum determinata determinatione excludẽte indifferẽtiã ad ptradictoria: vt ostensum est in primo libro. ergo per hoc q extendit se / et est illimitata ad plura / nihil tollitur sibi de pfectione respectu illius vel cuiuslibet illorum in se. et ideo sine omni determinatione et omni determinante re vel ratione cognoscibilis est ex se: et ratio cognoscẽdi omnium ad que est. ¶ Secundo est videndũ quomodo hoc est. an pena habeat ideam in deo. ¶ Dico di.7.et.28.
fm Augustinũ.ix.de trinit.c.x. q aliquid est cognoscibile fm speciem: et aliquid fm priuationem. Cognitio B
fm speciẽ est eius rei que cognoscit in se. fm priuationem cognoscitur qd cognoscitur p aliud. et idem dicit philosoph9.iiij.vij.et.ix.meta. q priuatio cognoscit p habitum. ¶ Tunc dicitur ad propositũ: q pena dãnatorum est multiplex. quedam pena dãni: carentia scilicet visionis diuine. Alia est tristitia de ipsa pena. Tertia tristitia de culpa: non vt est offensiua dei: sed vt est causa pene. Quarta est tristitia de igne continẽte perpetuo. Quinta de igne immutante et retinente intellectũ dãnatorũ in perpetua consideratione sua.
6. Tertia tristitia. s. de culpa inquantum est peccatũ / est vermis conscientie. ¶ Si ergo est questio de pena dãni que est carentia visionis diuine: siue de culpa que C
est causa pene: sic dico q nõ vident in essentia diuina: quia nec habent ideam in deo: nec imitantur ideam: quia nec in se: nec in aliquo gradu entis sunt: nec per consequens imitantur illam in aliquo gradu: et ita ista non est ratio cognoscendi in essentia diuina fm speciem: quia non habent propriam ideam in deo: sed fm similitudinem per aliud. ¶ Si autem est questio de tristitijs alijs: tunc dico q ille cognoscuntur fm speciem: quia sunt vere entia positiua que habent vere propriam ideam in deo. ¶ Sed quid facit idea si ponatur ad cognitionem et visionem illam? Dico q si idea ponitur respectus essentie diuine ad extra / cognitio illorum ad que est respectus ille necessario presupponitur. essentia enim nunquã est comparata nisi prius intelligatur illud ad quod fit comparatio. non enim fit comparatio ad ignotum. ¶ Per quid ergo cognoscuntur illa ad que cõparatur? nõ per cognitionem illius respectus. oportet ergo q per illam essentiam que perfectissime omnia representat: que vt sic representans illa vt obiecta cognita habet rationem idee. ¶ Et si arguatur q hoc nõ potest esse: quia illud quod sic se habet in ratione cogniti est deductum vel abstractum ab alio. ergo habet necessario exemplar / a quo vel vnde productum est sub ratione propria et determinata: et hoc habet rationem idee. ¶ Dico q falsum est: immo ipsa essentia est exẽplar illimitatũ. Et D
ista est prima ratio in esse cognito: non autẽ alia ratio que prius det esse cognitũ: vt dictũ est in primo libro. et hec magis determinate representat q aliquid limitatum: nedum extra existens: immo q aliquid intra. Illo modo loquebatur Augu. quia ipse loquebatur de ideis sicut Plato. Plato aũt ponebat eas in mẽte diuina sicut per se entia. ¶ Sed de tertio principali: scilicet quomodo se habet voluntas beatorum ad ipsas penas damnatorũ: nõ credo q consolẽtur absolute de penis eorũ: quia nec deus qui est iudex inferẽs penam cõsolatur absolute. vt patet per Esaiam. Heu me consolabor sup inimicos meos. Obiectũ enim cir-

ea qđ ordinatur est natura nuda. ⁊ illam non ordinat ad penam nisi propter rationē mali. nō ergo gaudent de eis nisi propter iustitiam iudicis si est: imo quia est nolita ab eis. aliud autē vt culpa est nolitum ab eis. ¶ Aliter tamen est in eis velle ꝙ in deo: quia deus est iudex voluntarie inferens: sed in eis non est nisi velle cōplacentie inquantū est determinatū a iusta voluntate diuina: ⁊ si placeret deo: vellent liberationē eorū: vel saltem non displiceret eis si placeret deo. ⁊ sic patet ꝙ nō acceptant penam vt primū obiectum: sed vt est a iustitia diuina inflicta eis.

E ¶ Sed erit ne tristitia in eis in videndo penas dānatorū ꝑpter illud nolle? Dico ꝙ nō: quia beati omnia vident in deo sicut in primo obiecto eorū volito: ⁊ volunt qđ deus vult. vident autē deum velle penas eorum ⁊ intelligere eas: ideo volunt eas intelligere vt deus: ⁊ velle vt deus vult eas: ⁊ ideo pena illa nō est eis vt obiectum nolitum: sed volitum: tamen si placeret deo absolute nollent. nec tamen ꝑpter hoc est tristitia in eis: qꝛ voluntas eorū nō est capax tristitie ꝑ-

i. Ethi.c.8. pter delectationē perfectā que impedit omnē tristitiam nō solum oppositā: sed quācūqꝫ contingentē. nec est etiā ista nolitio: nisi conditionalis. s. si deus vellet: ⁊ ideo non sequitur tristitia: quia talis nolitio non est sufficiens causa tristitie.

Ad argumenta. Ad primū nego maiorem: quādo dicis ꝙ essentia nō potest esse ratio cognoscendi. ⁊ ad probationē qñ dicis ꝙ est indeterminata: dico ꝙ verū est: nō tamē indeterminatione que est cū potentialitate quadam ad ꝯtradictoria: que est imꝑfectionis. ⁊ isto modo materia est indeterminata ad formas: ⁊ genus ad species. ⁊ de ista verū est ꝙ nō

F sufficit ad determinatā cognitionē. Sed alia est indeterminatio ⁊ illimitatio actiua ⁊ actualitatis: ⁊ talis est sufficiens ratio ⁊ causandi ⁊ cognoscendi. sic essentia diuina est indeterminata ꝑpter illimitationē sue perfectionis. illud autē indeterminatū qđ ꝑpter suā illimitationē est perfectius ꝙ determinatum determinatione opposita bene potest esse ratio determinate cognitionis: sicut esset vnius tm̄. sic autem essentia diuina se habet ad omnia cognoscibilia. ¶ Ad aliud dico: ꝙ non habet ideam. cognoscitur tamen per habitum sicut priuatio habet cognosci. ¶ Ad tertium dico: ꝙ volunt eas: sed non primo: quia volunt quicquid deus vult. ⁊ si etiā illas penas volunt: nō tamen propter hoc sunt crudeles: quia nolunt prima volitione. nec tamen propter hoc tristantur: quia appetitus eorum non est capax tristitie: vt dictum est: sed vultu diuino satiantur.

¶ Questio. iiij.

Ultimo quo ad totum quartū istum queritur. Utrum pena omniū dānatorum sit equalis? videtur ꝙ sic. Pena essentialis dānatorum est pena dāni: que consistit in carentia diuine visionis. carentia vero est priuatio: sed priuatio non recipit magis ⁊ minus. ergo ⁊c. ¶ Item ignis qui facit penam sensus omnium erit idem. Sed agens naturale agit ſm vltimū potētie sue in oē in quod agit. ergo equaliter patientur: quia in omnibus pena equalis erit ⁊c. ¶ Item si pena vnius esset minor ꝙ pena alterius: tunc pena peioris esset maior ꝙ minus mali: sed hoc est falsum. ergo ⁊c. consequentia patet. falsitas consequentis probatur: quia maior pena est maius bonum: quia pena est aliquod positiuum: ⁊ per consequens bonum: quia a deo. ⁊ sic si daretur pena maior peiori: plus daretur sibi de bono. ¶ Preterea si illa pena esset sic diuersa in diuersis ſm magis ⁊ minus: tūc deberet plus attēdi maioritas vel minoritas ſm extensionem ꝙ ſm intensionem. probo. ex hoc debet attendi grauitas pene ex quo grauitas culpe. grauitas autem culpe attenditur penes infinitatem. ergo ⁊ pene. sed hoc non potest esse ſm intensionē. ergo quo ad extensionē. ergo in penis nō est diuersitas inequalitatis: qꝛ quelibet infinita extensiue: ⁊ per consequens omniū hominū erit equalis. ¶ Contra. Apoc. xviij. dicitur. Quantum glorificauit se: ⁊ in delitijs ⁊c. ⁊ in psal. dicit. Reddet vnicuiqꝫ ſm opera sua. 60 Idē puer.

¶ Questio. v. 24. ⁊ ...

Iuxta hoc queritur. Utrum beatitudo omniū beatorū sit equalis? videtur ꝙ sic. quia dicitur in Matth. Singuli receperunt singulos denarios. equale enim donū erit in ecclesia militāte quantum ad numerum. ergo nō potest intelligi ſm extensionem. ergo ſm intensionē. ¶ Preterea fruitio sequitur visionem sed nō vident deum inequaliter. ergo nec fruuntur eo inequaliter. ꝙ nō videant deuꝫ inequaliter patet per Augu. lxxxiij. q. q. xxxij. vbi dicit ꝙ vnus nō intelligit melius rem ꝙ alius: quia qui aliter intelligit rem ꝙ est fallitur. igitur cum ſm eum ibidem beati intelligant deum ⁊ videant sicut est: vnus non videbit eum clariorē alio: igitur nec eo delectabilius nec beatius perfruitur. ergo nō potest inequaliter videri. ¶ Preterea Augu. super Joannē homil. lxvi. dicit: ⁊ ponitur in littera. Omniū erit par gaudiū. ergo par beatitudo. gaudiū eñ vel est idem qđ operatio: vel consequitur operationem: quia equalem operationē sequitur equalis delectatio. ¶ Contra. Joan. xiiij. dicit saluator. In domo patris mei mansiones multe sunt. ⁊ loquitur de beatis ſm Augustinū. ¶ Preterea. apostolus prima ad Cor. Sicut differt stella a stella in claritate ⁊c. ¶ Itē in psal. dicit. Reddet vnicuiqꝫ ſm opera sua: sed opera sunt inequalia ⁊c. 15.

¶ Questio. vi.

Iuxta hoc queritur. Utrum beatitudo corporum erit equalis? videtur ꝙ sic. primo de impassibilitate. impassibilitas est priuatio: sed priuatio nō recipit magis ⁊ minus. ergo nec impassibilitas. ¶ Preterea. ꝙ non in subtilitate: quia subtilitas est possibilitas coexistendi vnum corpus cum alio pro libito voluntatis anime informantis ipsum. Sed equaliter omne corpus beatum habet possibilitatem talem. ergo ⁊c. ¶ Contra ad Corinth. Stella differt a stella: sic erit resurrectio mortuorum. l.15.

Respondeo. Et primo ad secundam questionem: circa quā sex sunt videnda. Primo quomodo potest stare inequalitas in eadem specie. Secūdo vnde est ista inequalitas. Tertio ꝙ nō potest absolute esse ex parte potentie passiue. Quarto ꝙ est ex actiuo ⁊ qualiter. Quinto vtrum ex natura voluntatis vel habitus. Sexto ex his que inequaliter fruuntur deo. ¶ De primo ꝙ inequalitas possit esse in eadem specie in beatitudine videtur esse contradictio: quia beatitudo includit quietationem appetitus naturalis in quolibet beato. Sed appetitus naturalis in quolibet indiuiduo est ad perfectionem summam possibilem in illa specie. ergo si appetitus talis quie-

tatur:non nisi per summum possibile in specie, ergo hoc erit equale in omnibus. quia appetitus naturalis est equalis in omnibus. ergo ⁊c. ¶ Preterea appetitus liber consonus appetitui naturali rectus est. probo. Consonans recto rectum est. appetitus naturalis est rectus:quia deus est causa illius in natura q̄ non potest esse causa nisi recta ⁊ recti: sed appetit⁹ naturalis est ad summam perfectionem possibilem ī specie. ergo ⁊ voluntas libera si est recta erit ad summaꝫ perfectionem in specie. sed nullus est beatus nisi qui habet quicquid vult recte. ergo nullus erit beatus nisi habeat summam perfectionem que est possibilis in specie.

A ¶ Respondeo ꝙ inequalitas potest stare cum beatitudine in eadem specie. probo. Non oportet ꝙ appetitus naturalis habeat omnem perfectionem cuius est summe capax. patet de graui quod est capax esse summe deorsum scilicet in centro. non tamen omne graue potest esse in cētro. ⁊ si tolleretur impedimentum esset summe deorsum: ⁊ tamen nō potest esse:sed facit se deorsum quantuꝫ potest: ⁊ ibi quiescit. ⁊ ideo sufficit ꝙ graue quietetur eo modo quo grauitas est principium intrinsecum ad quietationem. est autem sic principium ꝙ stante eadem perfectione nature ad quam est / maior intentio nature / maiorem habet perfectionem. ⁊ hoc siue sit ab intrinseco perfectiuo eorum siue ab extrīseco: qđ est natura vniuersalis. hoc autem est vt illa que sunt magis grauis quietentur magis deorsum. vnde sufficit minus graui ꝙ quietetur in superficie terre. ¶ Sic est etiam in proposito ꝙ licet appetitus naturalis naturaliter inclinet ad summam perfectionem: iustitia tamen distributiua in deo que ordinat omnia propter seipsaꝫ: ordinat sic homines ad beatitudinem vt hec perfectio detur ꝓpter meritum non propter appetitum naturalem. ⁊ quia inequalia possunt esse merita in eadem specie hominum: per consequens ⁊ perfectio potest esse inequalis ¶ Ad primum argumentum dico. ꝙ totalis appetitus quietatur vt est consonus volūtati siue regule superiori: non ꝙ tantum accipiat quantum capere posset. nihilominus tamen quietatur: quia attingit quātum natus est attingere per dispositionem illam mediam sine qua non erit coniunctio ad illā causam. huius autem dispositio est per merita. ¶ Ad secundum dico. ꝙ appetitus liber tunc est rectus quando est cōsonus regule diuine: ⁊ huic appetitui naturali huius suppositi. modo ita est ꝙ quando aliquid habet duas regulas si vt comparatur ad superiorem regulam est

B conforme ei: tunc simpliciter est rectum. si vt comparatur ad inferiorem regulam est ei conforme: est secundum quid rectum. sed beatus non vult habere maiorem beatitudinem q̄ꝫ deus vult eum habere. ⁊ hoc dico actu elicito. ergo tunc simpliciter appetitus est rectus: non autem quantum inclinat naturalis appetitus. ⁊ si conformaretur sibi in hoc non diuine regule: iam esset simpliciter malus id est secundum quid rectus. ¶ Et quando dicis ꝙ tūc appetitus naturalis esset malus: dico ꝙ non. appetitus enim naturalis est ad hoc ad quod datus est. nec propter hoc malus est appetitus enim naturalis tactiuus non est propter hoc malus ꝙ non potest non delectari in tangibili cōuenienti: quia hoc non est in potestate sua: sed hoc in appetitu libero esset malum: quia est in potestate sua non delectari: ⁊ ideo appetitus naturalis in hoc non est rectus: quia appetit illud quod deus vult ipsuꝫ appetere: non enim potest absolute appetere quod deus vult sicut liber. nec tamen appetit contra deum: quia deus ordinat eum sic appetere. ¶ Secundo est videndum vnde sit illa inequalitas. oportet enim ꝙ sit vel a potentia passiua vel actiua: vel ab obiecto beatitudinis / si potentia sit neutra: sed non potest esse ab obiecto. probatio. obiectum beatitudinis non potest esse obiectum beati: nisi vt infinitum in perfectione. Infinitum vt infinitum in perfectione non potest esse inequale. ergo ex parte obiecti non potest esse inequalitas. maior probata est in primo libro. ⁊ modo etiam ꝓbatur. Impossibile est potentiam quietari perfecte: nisi in optimo in quo saluatur ratio obiecti sui: sed totum ens est obiectum voluntatis sub ratione boni: ⁊ intellectus sub ratione veri. ergo intellectus ⁊ voluntas non quietantur: nisi vbi est obiectum suum in summa sua perfectione: sed in nullo finito potest esse in summa sua perfectione. ergo non nisi in infinito. minor probatur. enti vt ens non repugnat esse infinituꝫ: vt ꝓbatuꝫ ē libro prīo. ergo ⁊c. Patet ergo ꝙ ex parte obiecti non potest esse ista inequalitas: quia secundum totum secundum rem ⁊ rationem obijcitur obiectum.

C Dist.3.q.5. ⁊ alibi sepe. Distin.2.

D ¶ Tertia conclusio est ꝙ non potest esse ista inequalitas ex parte potentie passiue absolute. cuius ratio est. quecunqꝫ potentia passiua in specie est ad ꝑfectionem totam eandem in specie absolute in quocūqꝫ indiuiduo propter dispositionem tamen: vtputa ꝓpter merita vt disposita sic potest esse inequalis respectu perfectionis in diuersis indiuiduis in eadem specie. sed ista non sufficit: quia nō manet cum effectu scilicet beatitudine. nec est causa principalis: sed est tantum preuium ad effectum. non autem manet quando inest.

E ¶ Quarta conclusio est: ꝙ est ex parte actiui. actiuum autem potest poni vel intrinsecum vel extrinsecum. si ponatur extrinsecuꝫ: impossibile est ꝙ ponatur inequale in se: sed quia tm̄ inequaliter agit. non autem potest inequaliter agere: vel saltem non agit inequaliter: nisi quia dispositio preuia est inequalis. nisi forte diceres ꝙ agit inequaliter sine dispositione: quia agit sicut vult: ⁊ non secundum iustitiaꝫ distributiuam. tunc enim non est causa quare vnus minus vel plus habeat q̄ꝫ alius: nisi quia vult vni dare plus q̄ꝫ alteri. ⁊ si esset agens necessarium vt poneret philosophus: qđ ageret necessitate nature: sequeretur ꝙ causaret in quolibet quantum posset capere natura illa. ¶ Si autem ponatur principium actiuum intrinsecum aliqualiter videtur probabile ꝙ sit charitas. nō enim videtur poni propter aliud nisi propter principium actiuum. non enim videtur facere ad passionem nec frustra ponitur. ergo habet rationem pīcipij actiui: sed non potest habere rationem principij actiui: nisi potentia sit actiua: quam habilitat ad agendum: que potentia est voluntas. si sic: tunc facile est videre quomodo est inequalitas: non solum in actione sed etiam in ipso principio actiuo est inequalitas: vt patet. voluntas enim ⁊ charitas in diuersis secundum perfectionem possunt esse inequales. ¶ Quinta conclusio sequitur ex illa quarta: quia si voluntas est causa inequalitatis: quia est principium actiuum inequale: tunc erit inequalitas in beatitudine in naturalib⁹. si autem inequalitas sit per habitum charitatis: tunc videtur ꝙ nobilior voluntas si non habet equaleꝫ habitum charitatis: non pōt equaliter agere sicut ignobilior: quod videtur inconueniens. ¶ Respondeo ad hoc: ꝙ siue sit voluntas equalis: charitas vero inequalis: siue charitas equalis ⁊ voluntas inequalis: potest tamen in inequalem actum. probo. In effectu potest esse perfectio aliqua: non solum a prima causa: sed etiam a secunda. ¶ Sed dices. si sit equalis charitas: ita ꝙ habens voluntatem ignobiliorem habet tā

tam charitatem quantam habēs nobiliorē voluntatē
⁊ habēs nobiliorē habet simplicē charitatē;⁊ ē cā eq̄
lis actus tunc quantū est ex parte actus charitatis:
tamen quantum est ex parte actus volūtatis:qui ha=
bet voluntatem nobiliorem habet perfectiorē actum:
⁊ tunc cum charitas sit ratio merendi sequitur ꝙ in=
equaliter meriti erunt equaliter beati. ¶ Respondeo
⁊ dico ꝙ est equalitas quantitatis in illis in specie
actus:tamen est inequalitas ꝓportionis. inferior eñi
voluntas agit ſm totum suum conatum: sed volūtas
nobilior non.⁊ sic ſm hoc non dabitur tanta charitas
vni sicut alteri proportionaliter. ¶ Sed argues. Ille
qui habet nobiliorem voluntatem ⁊ minorem charita
tem non habet equalem beatitudinem equali actu.
G ¶ Dico ꝙ primo sunt equales in merendo equalita=
te quantitatis:non equalitate proportionis:que attē
ditur ſm maiorem conatum vel minorem.ideo chari=
tas inequaliter inequalitate proportionis tribuitur
eis.beatitudo tamen equaliter equalitate quantita=
tis. ¶ Ex hoc patet.6.ꝙ scilicet inequaliter fruuntur
deo. ¶ Sed quid? volunt ne equaliter bonum suum ⁊
alteri bono bonū suū mai⁹ vel inequaliter? videtur ꝙ
non:quia maius bonum est magis diligendum. Sed
bonum beatissime virginis est maius q̃ bonum Lini.
ergo beatus Linus magis diligit bonum beate virgi
nis q̃ suum sibi:⁊ si sic /cum dilectionē sequatur gau
dium:tunc tantum gaudebit:immo plus de bono alte
rius qui habet maius gaudium:q̃ de bono suo quod
est minus. ¶ Respondeo.vnusquisq; citra deum plus
H diligit se q̃ alium : ⁊ ad hoc tenetur : quia post deum
minus tenetur odire se q̃ aliquem alium : ⁊ magis di
ligere se q̃ aliquem alium:quia si non/ tunc non tene
retur magis vitare peccatum in se q̃ in quacūq; crea
tura:quod est falsum. In nullo enim tantum debet fu
gere peccatum sicut in se.⁊ pro tanto magis tenetur
sibi diligere deum amore commodi q̃ beate virgini.
¶ Ad rationem quando dicitur maius bonum ⁊c.di=
co ꝙ verum est ceteris paribus.hic autem non sunt ce
tera paria.excluso igitur simpliciter optimo falsum
est ꝙ omne melius sit magis diligēdum:nisi sit equa
lis vnitas vtriusq; boni ad diligentem:q: dilectio fun
datur in vnitate. ¶ Aliter potest dici:ꝙ verum est ex
tensiue non intensiue.vult enim beate virgini bonum
quod est maius ⁊ sibi suum:tamen vult bonum suum
intensiori actu q̃ beate virgini suum bonū:licet plu=
ra bona velit beate virgini. ¶ Sed q̄d? erit ne adhuc
propter hoc equale gaudium:quia vult illi bonum su
um:quod est maius:⁊ sibiipsi bonū suum quod est mi=
nus? videtur ꝙ sic:quia vult illi maius bonum q̃ sibi:
quod bonum etiam euenit sibi. sed de hoc generatur
gaudium.ergo habebit gaudium tantum vel plus de
bono alterius sicut de suo. ¶ Respondeo. gaudiū ma
I ius non semper prouenit ex volito magis bono:sed ex
intensiori actu volendi bonum volitum : sed bonum
suum est magis volitum intense q̃ alterius. ergo ex
hoc maius gaudium est.

Gregorius sic exponit

Ad argumenta illius q̄stionis.

¶ Ad primum ꝙ singuli recipiunt singulos denarios ⁊c. di
citur ꝙ verum est : ⁊ exponitur de vita eterna : quam
quilibet accipit. ¶ Aliter expono:ꝙ ille denarius est
essentia diuina : que est idem obiectū omnium beato
rum:⁊ datur omnibus sub equali ratione:quia infini=
ta ex parte obiecti. ¶ Ad secundum dico ꝙ omnes il
le propositiones sunt truncate. aduerbium enim nisi
habeat participium vel verbum semper est truncata
locutio siue incongrua:sic est propositio hec in propo
sito : qui intelligit rem aliter q̃ est fallitur. hec enim
alietas potest poni circa actum intelligendi : ⁊ sic est
propositio falsa:quia omnis intellectus creatus intel K
ligit rem aliter q̃ est:quia intellectio est accidens:in=
tellectum autem potest esse aliqua substantia:⁊ sic nō
est ꝓpositio Augustini alia ab illa philosophi.ab eo In p̄dic
ꝙ res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. Po mētis,ca
test etiam poni circa rem que intelligitur. ⁊ sic intel= substanti
lectus si rem aliter intelligit q̃ sit:falsum intelligit.⁊
ſm hoc illud aliter dicit modum circa obiectum.⁊ sic
qui intelligit rem aliter q̃ est fallitur: quia non intel=
ligit eam.nihilominus tamen vnus potest habere cla
riorem modum intelligendi alio. ¶ Ad aliud dico ꝙ L
non est par fruitio : nec par gaudium : nec etiam par
amor concupiscentie:nec etiam par delectatio sequēs
licet enim sit de paribus:non tamen pari affectu. In=
telligit ergo Augustinus extensiue: non intensiue:q:
quilibet gaudebit de quolibet:⁊ de omnibus de qui=
bus alius gaudebit.

Ad tertiam questionem dicendum:

ꝙ si ille beatitudines corporis ponuntur qualitates M
absolute positiue:tunc erunt inequales: quia siue per
ficiant corpus suum ex redundātia anime ad corpus
siue a deo immediate:differūt tamen ſm merita: quia
merita sunt inequalia:etiam cum beatitudo animarū
sit inequalis/ille qualitates erunt inequales. Si au=
tem impassibilitas est solum possibilitas non patien=
di corpus passione abiiciente a substantia deo preser=
uante:vt visum est prius:⁊ si subtilitas est possibilitas
essendi corpus cum alio corpore pro libito volūtatis
anime sue:tunc videtur de his ꝙ non recipiūt inequa
litatem:quia omnia corpora equaliter preseruantur
a passione:⁊ equaliter possunt esse cum alio corpore:
agilitas vero si est in corporibus qualitas proportio=
nis posset esse equalis.si vero est ſm ꝙ proportionan
tur virtuti anime:⁊ illa potest esse inequalis: sic ⁊ agi
litas. De claritate si est tantū perfectus color in gra=
du perfecto/non est dubium quin sit inequalis. ¶ Ad
argumenta.duo prima procedunt de impassibilitate
⁊ subtilitate: patet in corpore questionis quid sit di=
cendum. ¶ Ad illud oppositū de claritate concedo.

Ad primam quæstionem concedo ꝙ

damnati erunt miseri:miseria scilicet anime ⁊ corpo= N
ris:⁊ ita ē duplex miseria:sicut ⁊ beati sunt bti in aīa
⁊ corpore.miseria autem anime est in duplici pena:sci
licet damni ⁊ vermis.de pena damni dico ꝙ non est so
lum carentia:quia sic non esset pena: sed carentia est
boni apti nati inesse:⁊ conueniētis quod debet inesse:
non boni remoti sed propinqui : nec cum hoc toto es=
set illa carentia pena:nisi esset nolita: ⁊ ideo oportet
ꝙ sit carentia inuoluntaria. sic autem potest duplici
ter intelligi inequalis : primo quia esset carentia in=
equalis:quia inequaliter ordinati ad beatitudinem:
quia ad alios ⁊ alios gradus beatitudinis. Simili=
ter potest esse inequalitas inuoluntaria: quia magis O
vellet minus bonum suum q̃ alterius. ¶ Sed quali=
ter erit illa inequalitas in illis? Dico ꝙ erit ſm in=
equalitatem culpe:quia qui habet grauiorem habe=
bit carentiam maioris boni ad quod fuit ordinatus.
probo. Quanto actus elicitur cum maiori conatu tā
to debet habere maiorem rectitudinem: ⁊ per conse=
quens tanto magis debet ordinari ad maius premi=
um.qui ergo grauius peccat:priuat se maiori bono:⁊
sic patet ſm primum modum quomodo potest pena
damni esse inequalis. ¶ Ex alia parte: Quanto ali=

quis grauius peccat tanto magis dimittitur affectioni cõmodi: ⁊ priuatur affectione iustitie: ⁊ per consequens erit magis nolens peccatum suum inquãtum est causa pene. ergo magis habebit de nolitione ꝙ̃ alius: quanto magis habet de affectione commodi. ¶ Contra. si ille q̃ fuit maior peccator magis diligit se: ⁊ sic magis tristatur de damno suo: tamen quãtum diligit se magis delectabitur. probo. si talis magis diligit se ⁊ voluntarie operat̃ circa se vt obiectum dilectionis sue: vtputa circa obiectum beatissimum. ⁊ sic tunc aliqua delectatio erit in eis: qđ est incõueniens.

P ¶ Respondeo. si quilibet damnatus: ⁊ precise demones possent stare in quieta cognitione sua ⁊ dilectione sua perpetua: ⁊ non determinarentur ab hoc vel ab alio: reputarent se beatos beatitudine naturali: ⁊ ideo in cognitione sua maxime quiescerẽt. ⁊ credo ꝙ quia ab hoc impediuntur ꝙ est eis maxima pena. ¶ Et tunc ad rationẽ dicendum: ꝙ nullus potest stare absolute in cognitione ⁊ consideratione sua: sed tm̃ vt est terminus cuiusdam alterius: scilicet inferni vel carentie vel priuationis tanti boni cõmodi: sicut infirmus considerat se: nõ tamẽ delectatur: quia nõ considerat se nisi vt est terminus concupite sanitatis qua caret. quã si obtinere non potest amplius tristatur ⁊ pungitur: ⁊ tunc dico ꝙ diligens se ad habẽdum aliquid: qđ nunꝙ̃ poterit habere/illa dilectio est causa meroris ⁊ tristitie. ¶ De pena vermis dico sicut de prima. Illa enim pena vermis erit quedam tristitia ⁊

Q continuus remorsus conscientie: ⁊ ista pena erit eis inequalis. sicut tristitia qua nollent isti mala pati est eis inequalis: vt dictum est supra inquantũ tollit ab eis bonũ cõmodi. sic enim habebunt remorsum maiorem vel minorem ẜm ꝓportionem culpe: sicut de peccato grauiori infligitur eis grauior pena. ¶ Si queras vel dicas ꝙ isti sunt equales in naturalibus: inequales tamen in conatu voluntatis ad peccãdũ. ergo debetur eis pena equalis propter equalitatẽ in naturalibus: vel inequalis propter maiorem vel minorem conatum. ¶ Respondeo sicut supra de beatitudine

In solutione secunde questionũ. non enim est equalis beatitudo propter equalitatem in naturalibus: nec propter equalitatem boni actus eliciti. sed ẜm ꝙ est maior conatus in hoc ꝙ̃ in illo: ẜm hoc est maius meritum ⁊ maius premium. sic in proposito: licet voluntates peccantiũ ⁊ actus fuerint equales: non tamen eque fuit in eis culpa: quia non fuit in quolibet equalis conat⁹ in peccato: quare nec equalis pena in puniendo. ¶ De pena ignis dico: ꝙ

